

Rubrice litterarum communium anni primi domini Martini pape quarti¹

¹ Die Überschrift ist nicht zeitgenössisch, Denifle, *Registerbände*, 52, datiert die Schrift ins 15. Jh. Sie ist auch inhaltlich nicht korrekt, denn es finden sich in dem vorliegenden Register keine Rubriken. Was der Ausdruck 'litterae communes' im dreizehnten Jahrhundert meint, ist nicht ganz klar (Vgl. Herde, *Beiträge*, 66).

1 (1)

Martin ernennt Goffrido de Summesot zum Rektor in temporalibus für die Provinz Campagna und Marittima und erteilt ihm die entsprechenden Vollmachten.

Orvieto, 1281 April 30.

Reg. Vat. 42, fol. 1r

Pásztor, Amministrazione, 184; dies., Vespro, 141.

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio nobili viro Gaufrido de Sumesont¹ Campanie Maritimeque rectori salutem et apostolicam benedictionem.

5 Dum incumbentia nobis onera, quibus assidue premimur, intenta consideratione pensamus videntes, quod nequimus exsolvere circa singula per nos ipsos debitum apostolice servitutis, nonnuquam^a aliquos ad gerenda nostra et ecclesie Romane servitia iuxta qualitatem agendorum assumimus, quorum laudabilia merita per operum evidentiam in conspectu sedis apostolice sub publica notitia presentantur et quorum solerti ministerio sperati fructus de communicatis sibi laboribus valeant provenire.

10 Sane licet de singulis provinciis specialiter nobis et eidem sedi subiectas^b, quantum nobis ex alto permittitur, curam vigilem habeamus, tamen circa Campanie Maritimeque² partes eo maiori reddimus attentione solliciti, quo ipsas potiori zelari tenemur affectu velut ad eandem sedem pleno iure specialiter pertinentes et infra sedis eiusdem brachia constitutas. Et quia cordi gerimus, ut in eisdem partibus servetur cultus iustitie, fidei puritas, devotionis integritas et opulencia pacis, personam ad horum promotionem utilem inibi decrevimus deputandam, per
15 cuius industriam status earundem partium conservetur prospere ac a dispendiis dante Domino preservetur.

Cum autem circa hec personaliter intendere nequeamus munerabilium^c dicte sedis negotiorum varietate distracti, ad te circumspectionis sollicitudine preeditum, nobis et eidem sedi devotum convertimur nostre mentis intuitum, de cuius fidelitate plenam in Domino fiduciam obtinentes rectoriam³ Campanie ac Maritime predictarum in temporalibus auctoritate apostolica tibi duximus committendam disponendi, ordinandi, statuendi, precipiendi, puniendi et faciendi in eisdem partibus, quicquid honori et commodo ecclesie Romane ac prospero statui fidelium partium earundem cognoveris expedire, necnon et contradictores et rebelles
20 districtione, qua convenit, appellatione postposita compescendi concedentes tibi plenariam potestatem.

Ideoque nobilitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus onus regiminis dictarum partium devote suscipiens illud prudenter^d gerere studeas et ea, que ad ipsum regimen

pertinent, laudabiliter prosequaris, ita quod exinde nostram et sedis prefate gratiam possis plenius promereri.

30 Nos enim sententias sive penas, quas temporaliter rite tuleris vel statueris in rebelles, ratam^e habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari; non obstantibus aliquibus privilegiis vel indulgentiis aut litteris apostolicis quibuscumque personis, communitatibus, universitatibus et locis secularibus ab eadem sede concessis, per que tue in hac parte iurisdictionis executio
35 posset quomodolibet impedi et de quibus fieri debeat in nostris litteris de verbo ad verbum mentio specialis.

Dat. apud Urbemveterem II. kal. Maii pontificatus nostri anno primo.

^a Verschrieben für nonnumquam. ^b Verschrieben für subiectis. ^c Verschrieben für innumerabilium. ^d
Im Text: p demus mit übergeschriebem u über p (hier nach Nr. 130 emendiert). ^e Verschrieben für ratas.

¹ Familiar Karls I. von Anjou (vgl. Schadek, *Die Familiaren*, 340); 1278 Vizemarschall des Königreichs Jerusalem (RA 19); 1279 Justitiar im Val di Crati und der Terra Giordana (RA 21), 1280 in der Terra di Bari (RA 25), ebenso 1282 und 1283 (RA 26 bzw. 27) - Er hatte das Rektorenamt bis 1282 Januar 27 inne (Ernennung eines neuen Rektors), s. u. Nr. 94, vgl. Pásztor, *Amministrazione*, 184.

² Campagna und Marittima, vgl. hierzu Waley, *Papal State*, 81, 91; Falco, *I communi* in: *Lazio nel medioevo*, 2, 419 ff.

³ Vgl. zum Amt des Rektors Waley, *Papal State*, 95 ff., Ermini, *I rettori provinciali della Stato della Chiesa da Innocenzo III all' Alborno*, RSDI IV (1931), 29 ff.; Allgemein zur weltlichen Gewalt im Kirchenstaat Schimmelpfennig, *Utriusque potestatis monarchia*, ZRG. Kan. Abt. 105 (1988) 305-27.

(2)

Martin verkündet allen weltlichen Personen wie Institutionen in der Provinz Campagna und Marittima die Ernennung von Goffrido de Summesot zum Rektor in temporalibus.

(Orvieto, 1281 April 30).

Exekutoria zu Nr. 1, danach ist der Text zu ergänzen; siehe zu den Namen ebd.

In eundem modum.^a Dilectis filiis universis nobilibus, potestatibus seu rectoribus, communitatibus et universitatibus ceterisque personis secularibus civitatum et castrorum per Campaniam et Maritimam constitutis.

5 Dum incumbencia nobis etc. ut in superiori proxima usque distracti, ad dilectum filium nobilem virum Gaufridum de Sumesont circumspectionis sollicitudine peditum verbis
competenter mutatis usque potestatem.

Ideoque universitati vestre mandamus, quatinus ipsum, immo potius nos in ipso, benigne recipientes et honorifice pertractantes ei tamquam Campanie Maritimeque rectori plene in omnibus intendere ac obedire curetis, ita quod exinde commendari merito valeatis. Alioquin
10 sententias^b etc. ut in superiori per totum.

Dat. ut supra.

^a *Im Text: I. e. m. Hier so aufgelöst, da später so ausgeschrieben.*

^b *Korrigiert aus sententiam.*

2 (3)

Martin ernennt Bischof Peter von Anagni zum Vikar in spiritualibus für die Provinz Campagna und Marittima.

Orvieto, 1281 April 30.

Reg. Vat. 42, fol. 1r-1v

Vgl. Pásztor, Amministrazione, 192

Martinus etc. Venerabili fratri Petro episcopo Anagnin.¹ in spiritualibus Campanie Maritimeque vicario salutem etc.

Cum habeatis discretione peditus ac^a sollicitudine circumspectus, dignum duximus, ut te nostris et ecclesie Romane servitiis deputemus, quem nobis industrium et fidelem tua merita representant. Speramus enim, quod procedent laudabiliter et agentur utiliter, que tue bonitatis studio committuntur.

Cupientes itaque, ut status provincie Campanie et Maritime² prospere conservetur ac eius negotia salubriter dirigantur, tibi plenam iurisdictionem in spiritualibus³ auctoritate apostolica inibi duximus comittendam. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus iurisdictionem ipsam prudenter et fideliter studeas exercere, ita quod tuam diligentiam exinde commendare merito valeamus.

Nos enim sententias sive penas, quas spiritualiter rite tuleris vel statueris^b in rebelles, ratas habebimus et faciemus * auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari; non obstantibus aliquibus indulgentiis vel privilegiis apostolicis, cuiuscumque tenoris existant, per que mandati nostri executio posset quomodolibet impediri et de quibus plenam et expressam seu de verbo ad verbum fieri oporteat in nostris litteris mentionem.

Dat. apud Urbem veterem II. kal. Maii pontificatus nostri anno primo.

^a Verderbt.

^b Danach vel statueris gestrichen.

¹ Pietro, 1252 Bischof von Todi, 1276 Bischof v. Anagni, Onkel Benedikt Caetani, des späteren Papstes Bonifaz' VIII. Er amtierte bis zum 1282 Januar 27 als Rektor, als sein Nachfolger ernannt wurde, s. u. Nr. 94, vgl. zu ihm Waley, *Caetani, Pietro Viatico*, DBI, XVI, 219 f. (kennt allerdings diesen Brief nicht); Herde, *Ein Consilium Benedikt Caetani*, 175 ff., ders., *Benedetto Caetani canonico, notaio pontificio e cardinale*, in: Bonifacio VIII, *Atti del XXXIX Convegno storico internazionale Todi*, 13 – 16 ottobre 2002, Spoleto 2003, 91 ff.

² Campagna und Marittima; siehe Nr. 1

³ Wird später auch als *rector in spiritualibus* bezeichnet, vgl. etwa *Les Registres de Boniface VIII*, ed. R. Fawtier u. a. Nr. 2345; zu dem Amt vgl. Waley, *Papal State*, 105 ff. - Die Ernennung eines Rektors in geistlichen Angelegenheiten für die Campagna und Marittima war notwendig, da der Rektor in weltlichen Angelegenheiten, Goffrido de Sommesot, ein Laie war, vgl. Pásztor, *Amministrazione*, 184.

3 (4)

Martin verkündet den weltlichen und geistlichen Personen und Institutionen in der Provinz Campagna und Marittima die Ernennung des Bischofs Peter von Anagni zum Vikar in spiritualibus.

(Orvieto, 1281 April 30.)

Reg. Vat. 42, f. 3r-3v

Sbaralea, Bullarium Franciscanum III, (ex Reg.) 469, Nr. 1 - Potthast 21747 - Die vorliegende Urkunde ist die Exekutoria zu Nr. 2; Zur Literatur und den Namen siehe oben.

5 Martinus etc. Venerabilibus fratribus episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus et conventibus Cisterciensis et aliorum ordinum ac decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbiteris, plebanis, capitulis et aliis ecclesiarum prelati seu rectoribus ceterisque personis ecclesiasticis exemptis et non exemptis ac hospitalis Ierosolimitani et militie Templi magistris et preceptoribus necnon prioribus, guardianis et fratribus Predicatorum et Minorum ordinum, universis quoque nobilibus et potestatibus seu rectoribus, communitatibus et universitatibus ceterisque personis ecclesiasticis et secularibus per Campaniam et Maritimam constitutis salutem etc.

10 Cum venerabilis frater noster Petrus episcopus Anagnin. habeatur discretione predictus^a ac sollicitudine circumspectus, dignum duximus, ut ipsum nostris et ecclesie Romane servitiis deputemus, quem nobis industrium et fidelem sua merita representant. Speramus enim, quod procedent laudabiliter et agentur utiliter, que sunt^b bonitatis studio committuntur. Cupientes itaque, ut status provincie Campanie et Maritimae prospere conservetur ac eius negotia salubriter dirigantur, sibi plenam in ipsa provincia iurisdictionem in spiritualibus auctoritate apostolica duximus committendam.

15 Ideoque universitati vestre per apostolicam^c scripta mandamus, quatinus ipsum benigne recipientes et honore debito pertractantes eidem in omnibus, que ad eandem iurisdictionem pertineant, plene intendere ac obedire curetis.

Alioquin sententias sive penas, quas spiritualiter rite tulerit vel statuerit in rebelles etc.¹

^a *Verschrieben für preditus.*

^b *Verschrieben für sue.*

^c *Verschrieben für apostolica.*

¹ Nach Nr. I (1), Z.31ff. zu ergänzen.

4 (5)

Martin ersucht den Ritter Egidius Archionis, Ort und Burg Palliano mit allen Waffen und sonstigem Zubehör dem Rektor der Provinz Campagna und Marittima, Goffrido de Summesot, zu übergeben und darüber drei Urkunden anfertigen zu lassen, eine für sich, die anderen für den Rektor und den Papst.

Orvieto, 1281 Mai 7.

Reg. Vat. 42, fol. 1v

Martinus^a etc. Dilecto filio Egidio Archionis¹ militi, castellano castris Pallian., salutem etc.

Cum castrum et roccam Pallian.² sub regimine dilecti filii nobilis viri Gaufridi de Sumesont,³ Campanie Maritimeque rectoris, velimus consistere ac per eius industriam usque ad nostrum beneplacitum custodiri, presentium tibi tenore per apostolica scripta mandamus, quatinus roccam ipsam cum armis, guarnimentis et omnibus utensilibus, que habentur ibidem, prefato rectori sive ipsius certo nuntio presentes litteras deferenti studeas sine difficultate qualibet assignare faciens de assignatione huiusmodi et rebus, que inibi reperte fuerint, confici tria publica instrumenta, quorum unum^b penes te et aliud penes ipsum rectorem remaneat et tertium ad nos mittas.

Dat. apud Urbem veterem non. Maii pontificatus nostri anno primo.

^a Davor eine Zeile freigelassen.

^b Korrigiert aus unus.

¹ Egidius Archionis ist als *ostiarius* unter Nikolaus III. belegt (vgl. Baethgen, *Quellen und Untersuchungen*, 196) und in dieser Funktion auch noch unter Bonifaz VIII. tätig, vgl. Göring, *Die Beamten*, 73.

² Palliano (bei Anagni).

³ Vgl. zu ihm Nr.1 Anm.1.

5 (6)

Martin ernennt Amiel d' Agout di Courban zum Rektor in temporalibus für die Mark Ancona.

Orvieto, 1281 Mai 7.

Reg. Vat. 42, fol. 1v.

Pásztor, Amministrazione, 187; dies., Vespro, 143; - Die abgekürzten Passagen sind nach Nr. 1 (1) zu ergänzen.

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Amelio domino Corbani,¹ rectori Marchie Anconitan., salutem etc.

Dum incumbentia etc. ut supra in proxima usque circa statum Marchie Anconitan.² etc. usque in eadem Marchia etc. usque usque^a eiusdem Marchie status conservetur prospere etc. usque obtinentes etc. rectoriam predictae Marchie in temporalibus³ usque committendam.

Ideoque etc. usque onus regiminis dicte Marchie devote suscipiens etc. usque in finem.

Dat. apud Urbemveterem non. Maii anno primo.

^a *Verschrieben.*

¹ Amiel d'Agoult di Courban, 1267 Kapitän der Truppen Karls I. von Anjou in den Abruzzen, 1272 Seneschall in der Lombardei, 1280 Prokurator Karls in den Verhandlungen mit Rudolf von Habsburg, Rektor in der Mark Ancona bis 12. 5. 1282, vgl. F. Sabatini, *Agoult, Amelio*, DBI, I, 494 ff.

² Mark Ancona, vgl. Waley, *Papal State*, 92 f.

³ Zum Rektorenamt siehe Nr. 1.

6 (7)

Martin verkündet den weltlichen Personen und Institutionen der Mark Ancona die Ernennung von Amiel d'Agoult di Courban zum Rektor in temporalibus.

Orvieto, 1281 Mai 7.

Reg. Vat. 42, fol. 1v

Exekutoria zu Nr. 5; Zur Literatur und den Namen ebd.

Martinus etc. Dilectis filiis universis nobilibus, potestatibus etc. per Anconitan. Marchiam constitutis.

Dum incumbentia etc. sicut in littera rectoris Campanie verbis competenter mutatis usque in finem.¹

5 Dat. apud Urbemveterem non. Maii anno primo. *

¹ Vgl. Nr.1 (2).

7 (8)

Martin ernennt Amiel d'Agoult di Courban zum Rektor in temporalibus für die Provinz Massa Trabaria.

Orvieto, 1281 Mai 7.

Reg. Vat. 42, fol. 2r

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Amelio domino Corbani¹ Marchie Anconitan. et Masse Trabarie rectori salutem etc.

5 Cupientes, ut status Masse Trabarie² in statu prospero conservetur et salubriter auctore Domino dirigatur, ipsam Massam Trabariam specialiter tuo regimini duximus in temporalibus³ committendam.

Ideoque nobilitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus tandem^a Massam Trabariam sic in hiis regere ac laudabiliter gubernare procures, quod exinde tue sollicitudinis studium commendare merito valeamus.

10 Nos enim sententias sive penas, quas temporaliter rite tuleris aut statueris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari.

Dat. apud Urbemveterem non. Maii pontificatus nostri anno primo.

^a*Verschrieben für eandem.*

¹ Vgl. zu ihm Nr. 5 Anm. 1.

² Massa Trabaria; Die Massa Trabaria hatte nur selten einen eigenen Rektor, sie wurde in der Regel von dem der Mark Ancona oder der Romagna mitverwaltet, vgl. hierzu Waley, *Papal State*, 93; T. Codignola, *Ricerche storico-giuridiche sulla Massa Trabaria nel XIII secolo*, Florenz 1940.

³ Zum Rektorenamt vgl. Nr.1.

8 (9)

Martin verkündet dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde der Massa Trabaria die Ernennung von Amiel d'Agoult di Courban zum dortigen Rektor in temporalibus.

(Orvieto, 1281 Mai 7).

Reg. Vat. 42, fol. 2r

Exekutoria zu Nr. 7. Zu den Namen vgl. ebenda.

Martinus etc. Dilectis filiis . . potestati^a, consilio et comuni Masse Trabarie^a salutem etc.

Cupientes, ut status Masse Trabarie in statu prospero conservetur et salubriter auctore Domino dirigatur, ipsam Massam Trabariam specialiter regimini dilecti filii nobilis viri Amelii domini Corbani duximus in temporalibus committendam.

5 Ideoque universitati vestre per apostolicam^b scripta mandamus, quatinus eidem rectori super hiis plene intendere ac obedire curetis. Alioquin etc.¹

Dat. ut supra.

^a *Verschrieben, zu erwarten wäre:* Dilectis filiis universis nobilibus, potestatibus etc. per Massam Trabariam constitutis. ^b *Für apostolica.*

¹ Nach Nr. I (1) zu ergänzen.

9 (10)

Martin ernennt Jean de Mayrolles zum Rektor in temporalibus für das Herzogtum Spoleto.

Orvieto, 1281 Mai 7.

Reg. Vat. 42, fol. 2r

Pásztor, Amministrazione, 186, 193. - Der Brief ist nach Nr. I (1) zu ergänzen.

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Johanni de Mayroles,¹ rectori Ducatus Spoletan., salutem etc.

Dum incumbentia etc. ut in prima² usque circa statum Ducatus Spoletan.³ eo maiori etc., quo ipsum potiori etc. usque in finem mutatis mutandis.

5 Dat. apud Urbem veterem non. Maii anno primo.

¹ Jean de Mayrolles; 1280/81 erscheint ein 'miles' dieses Namens als Inhaber eines Lehens ('baronie') in den Abruzzen, vgl. RA, 24, S. 26. Sein Herkunftsort lässt sich, da es mehrere Orte namens 'Marolles' gibt, nicht genau bestimmen.

² Siehe Nr. I (1).

³ Dukat Spoleto, vgl. hierzu Waley, *Papal State*, 92.

10 (11)

Martin verkündet den weltlichen Personen und Institutionen im Dukat Spoleto die Ernennung von Jean de Mayrolles zum Rektor in temporalibus und fordert sie auf, ihm Gehorsam zu leisten.

5

(Orvieto, 1281 Mai 7).

Reg. Vat. 42, fol. 2r.

Exekutoria zu Nr. 9 (siehe zu den Namen ebenda). - Der Brief ist nach Nr. I (1) zu ergänzen.

Martinus etc. Dilectis filiis universis nobilibus etc. ut in prima per ducatum Spoletan. constitutis salutem etc.

5

Dum incumbentia etc. usque ei tamquam eiusdem ducatus rectori etc. usque in finem.

Dat. ut supra in proxima.

11 (12)

Martin ernennt Adam Fourrier zum Rektor in temporalibus für das Patrimonium beati Petri in Tuszien.

Orvieto, 1281 Mai 5.

Reg. Vat. 42, fol. 2r

Pásztor, Amministrazione, 185, 192; Kiesewetter, DBI, 49, 515 f. - Der Brief ist nach Nr. I (1) zu ergänzen.

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Ade Forrerii,¹ rectori Patrimonii beati Petri in Tuscia, salutem etc.

5

Dum incumbentia etc. usque tamen circa statum Patrimonii beati Petri in Tuscia² eo maiori etc. per cuius industriam eiusdem Patrimonii status conservetur prospere etc. onus regiminis dicti Patrimonii usque in finem.

Dat. apud Urbemveterem III. non. Maii anno primo.

¹ Adam Fourrier, Familiar Karls I. v. Anjou, seit 1269 mit diplomatischen Aufgaben im Dienst Karls I. betraut, 1275-1278 Vizemarschall des Königreichs Sizilien, 1279 'vicemagister iustitiarius', 1280 wohl 'magister iustitiarius', von 1281 bis 1284 Rektor (mit kurzer Unterbrechung 1283) im Patrimonium beati Petri in Tuszien, zum letzten Mal im November 1284 erwähnt (s. u. Nr. 535); über ihn ausführlich Kiesewetter, *DBI*, 49, 515 f.

² Patrimonium beati Petri in Tuszien, vgl. Waley, *Papal State*, 91 f.

12 (13)

Martin verkündet den weltlichen Personen wie Institutionen des Patrimoniums beati Petri in Tuszien die Ernennung von Adam Fourrier zum Rektor in temporalibus und fordert sie auf, diesem Gehorsam zu leisten.

(Orvieto, 1281 Mai 5).

Reg. Vat. 42, fol. 2r

Exekutoria zu Nr. 11; vgl. zu den Namen ebd.- Der Brief ist nach Nr. I (2) zu ergänzen.

Martinus etc. Dilectis filiis universis nobiles, potestatibus etc. per Patrimonium beati Petri in Tuscia constitutis etc. mutatis mutandis usque in finem.

Dat. ut supra.

13 (14)

Martin erteilt dem Dekan der Kirche von Chartres, seinem Kaplan Guillaume Durand die Vollmacht, zur Bezahlung von Söldnern für das päpstliche Heer in der Romagna im Namen des Papstes und der Kirche einen Kredit in Höhe von bis zu zehntausend Pfund Turnosen aufzunehmen, sofern ihm dies nötig erscheint, und in dieser Höhe Papst und apostolische Kammer bei den Gläubigern zu verpflichten und das Geld zur Anwerbung der Söldner zu verwenden.

Orvieto, 1281 Mai 9.

Reg. Vat. 42, fol. 2r-2v

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 396 - Potthast 21750.

Martinus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ decano ecclesie Carnoten. cappellano nostro salutem et apostolicam benedictionem.

Quam gravibus tribulationum angustiis^a et quam diris afflictionibus et psussuris^b statum Romaniole,² que Romane ecclesie specialis existit, presumptuosa Guidonis de Montefeltro³ temeritas hactenus opprimendo turbaverit et perturbet nonnullis iniquitatis filiis illarum et aliarum etiam partium sibi ausu dampnabili adherentibus in hac parte, tuam non credimus latere notitiam, cum id iam in remotis partibus fame relatio divulgavit. Porro quia nolumus, sicuti nec debemus, tantam insolentiam tatamque^c superbiam equanimiter sustinere, huiusmodi negotium ad laudem divini nominis, exaltationem Romane ecclesie et predicte terre statum prosperum et tranquillum de fratrum nostrorum consilio⁴ ex animo assumentes ad partes illas propter hoc victricem actore Domino, cuius negotium agitur, exercitum destinamus.

Licet igitur ad predictorum Guidonis et adherentium superbiam conterendam copiosius militare subsidium fore necessarium non credimus, quia tamen huiusmodi negotium non mediocriter insidet cordi * nostro nec volumus in hoc aliquem intervenire defectum, nos de tue puritate fidei et experte discretionis industria confidentes tibi pro stipendiandis^d militibus et equitibus ad ipsius expeditionem^e negotii, si necessarium fuerit et videris expedire, contrahendi mutuuum nostro et ecclesie Romane nomine usque ad decem milia librarum

20 Turonen. ac nos et cameram nostram ac eandem ecclesiam propter hoc creditoribus obligandi, convertendi quoque pecuniam ipsam vel partem eius, prout expedire cognoveris, in huiusmodi militum et equitum conducendorum stipendia plenam auctoritate presentium concedimus facultatem.

Dat. apud Urbemveterem VII. id. Maii pontificatus nostri anno primo.

^a *Verschrieben für angustiis.*

^b *Verschrieben für pressuris.*

^c *Verschrieben für tantamque.*

^d *Korrigiert aus stipendiis.*

^e *Für expeditionem.*

¹ Guillaume Durand, (um 1230-1296) Kanonist und Liturgiker, gen. 'Spekulator' (nach seinem bedeutendsten Werk, dem 'Speculum iudiciale'); seit 1265 in unterschiedlichen Funktionen an der Kurie, Rektor unter Nikolaus III. im Patrimonium (1280), unter Martin IV. in der Romagna, seit 1285 Bischof von Mende, seit 1295 Rektor in der Romagna und der Mark Ancona; vgl. über ihn Gy (Hrsg.), *Guillaume Durand, recteur de Romagne*, 33-47 (berücksichtigt allerdings dieses Register nicht!).

² Romagna; Die Romagna ist als fünfte Provinz erst unter Nikolaus III. zum Kirchenstaat gekommen, vgl. hierzu Waley, *Papal State*, 93, 193; vgl. zu den Auseinandersetzungen mit Guido de Montefeltro Waley, *Papal State*, 203ff., Fasoli, *Guelfi e Ghibellini di Romagna nel 1280-81* i n: ASI 94 (1936).

³ Guido da Montefeltro, 1268 Vikar Konradins in Rom, seit 1274 Anführer der Ghibellinen in der Romagna, 1.5.1282 Sieger über das päpstliche Heer in der Schlacht bei Forlì, 1289 Heerführer in Diensten Pisas (gegen Florenz), 1292 Podestà von Urbino, Eintritt in den Franziskanerorden, gest. 1298, vgl. zu ihm Franceschini, *I Montefeltro*, Varese 1970 (bes. 91 ff.)

⁴ Gemeint ist das Kardinalskollegium, vgl. hierzu Waley, *Papal State*, 122 ff., Sägmüller, *Thätigkeit und Stellung der Cardinäle*, 74 ff.

14 (15)

Martin beauftragt den Rektor der Mark Ancona, Amiel d'Agoult di Courban, mit der weltlichen Regierung über Stadt und Bezirk Urbino.

Orvieto, 1281 Mai 7.

Reg. Vat. 42, fol. 2v

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Amelio domino Carboni,¹ Marchie Anconitan. rectori, salutem etc.

5 Cupientes, ut status civitatis et districtus Urbinat.² ad statum debitum reducatur et in eo quibuslibet sumetis^a obstaculis salubriter auctore Domino conservetur, civitatem et districtum ipsos specialiter tuo regimini duximus in temporalibus committendos.

Ideoque nobilitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus civitatem et districtum eosdem^b sic in hiis regere et laudabiliter gubernare procures, quod exinde tue sollicitudinis studium commendare merito valeamus.

10 Nos enim sententias sive penas, quas temporaliter rite tuleris vel statueris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari; non obstantibus aliquibus indulgentiis vel privilegiis apostolicis, cuiuscumque tenoris existant, per que tue iurisdictionis executio posset

quomodolibet impediri et de quibus plenam et expressam seu de verbo ad verbum fieri oporteat in nostris litteris mentionem.

15 Dat. apud Urbemveterem non. Maii pontificatus nostri anno primo.

^a Verschrieben für sumotis ^b Korrigiert aus eiusdem

¹ verschrieben für 'Corbani'; zur Person siehe Nr. 5 Anm. 1

² Urbino. Urbino gehörte zu der Provinz Mark Ancona und hier zum Einflussbereich des aufständischen Guido von Montefeltro.

15 (16)

Martin unterrichtet den Podestà, den Rat und die Gemeinde der Stadt sowie die Einwohner des Bezirks Urbino, dass er Amiel d'Agoult di Courban mit ihrer Regierung betraut hat, und fordert sie auf, diesem Gehorsam zu leisten.

Orvieto, 1281 Mai 7.

Reg. Vat. 42, fol. 2v

Exekutoria zu dem vorhergehenden Brief. Zu den Namen siehe ebenda.

Martinus etc. .. potestati, consilio et communi civitatis Urbinat. ac hominibus districtus eiusdem spiritum consilii sanioris¹.

Cupientes, ut status vestre civitatis et districtus ad statum debitum redducatur^a et^b in eo quibuslibet summotis obstaculis salubriter auctore Domino conservetur, civitatem Urbinatem ac districtum eiusdem specialiter dilecti filii nobilis viri Amelii domini Corbani, rectoris Marchie Anconitan., regimini duximus in temporalibus committendos.

Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem rectori super hiis plene intendere^c ac obedire curetis.

^dAlioquin sententias etc.^{d 2}

10 Dat. apud Urbemveterem non. Maii pontificatus nostri anno primo.

^a Für reducatur
nachgetragen.

^b Über der Zeile nachgetragen

^c Verschrieben für intendere

^{d-d} Über der Zeile

¹ Diese Grußformel wurde bei Urkunden an Empfänger benutzt, die exkommuniziert waren, vgl. Frenz, *Papsturkunden*, § 51.

² Nach Nr. 14 (15) zu ergänzen.

16 (17)

Martin beauftragt den Rektor des Patrimoniums beati Petri in Tuszien, Adam Fourier, mit der weltlichen Regierung über die Stadt und den Teil der Diözese Rieti, der unmittelbar der päpstlichen Jurisdiktionsgewalt untersteht.

Orvieto, 1281 Mai 11.

Reg. Vat. 42, fol. 2v

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Ade Forrerii¹ rectori Patrimonii beati Petri in Tuscia salutem etc.

Cupientes, ut civitas Reatin. et eius diocesis pro ea parte, que ad iurisdictionem Romane ecclesie nullo medio noscitur pertinere,² in statu prospero conserventur et salubriter auctore
5 Domino dirigantur, easdem civitatem et diocesim spetialiter tuo regimini duximus in temporalibus committendas.

Ideoque nobilitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus civitatem et diocesim supradictas sic in hiis regere ac laudabiliter gubernare procures, quod exinde tue sollicitudinis studium commendare merito valeamus.

10 Nos enim sententias sive penas, quas temporaliter rite tuleris aut statueris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari; non obstantibus aliquibus indulgentiis vel privilegiis apostolicis, cuiuscumque tenoris existant, per que iurisdictionis executio posset quomodolibet impediri et de quibus plenam et expressam seu de verbo ad verbum fieri oporteat in nostris
15 litteris mentionem.

Dat. apud Urbemveterem V. idus Maii pontificatus nostri anno primo.

¹ Adam Fourier, vgl. zu ihm Nr. 11 Anm. 1

² Rieti; Ein Teil der Diözese Rieti gehörte zum Königreich Sizilien, vgl. Karte in *Studi e Testi* 161 (= *Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV*, Umbria, Citta del Vaticano 1951) und Brentano, *A new world*, 81 ff.

17 (18)

Martin unterrichtet den Podestà, den Rat und die Gemeinde von Rieti über die Beauftragung des Rektors des Patrimoniums beati Petri in Tuszien, Adam Fourier, mit ihrer weltlichen Regierung, wobei der Teil der Diözese, der unmittelbar der päpstlichen Jurisdiktionsgewalt untersteht, ausdrücklich eingeschlossen ist.

(Orvieto, 1281 Mai 11).

Reg. Vat. 42, fol. 2v-3r

Exekutoria zu Nr. 16. - Zu den Namen und zum Formular siehe ebenda.

Martinus etc. Dilectis filiis . . potestati, consilio et comuni Reatin. salutem etc.

Cupientes, ut status vestre civitatis et diocesis pro ea parte, que ad iurisdictionem Romane ecclesie nullo medio noscitur pertinere, prospere conserventur et salubriter auctore Domino dirigantur, easdem civitatem et diocesim specialiter dilecti filii nobilis viri Ade Forrerii rectoris Patrimonii beati Petri in Tuscia duximus regimini in temporalibus committendas.

Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem rectori super hiis plene intendere ac obedire curetis.

Alioquin etc.

Dat. ut supra.

18 (19)

Martin ernennt Simon, den Bischof von Bagnoregio, zum Vikar in spiritualibus für das Patrimonium beati Petri in Tuszien.

Orvieto, 1281 Mai 11.

Reg. Vat. 42, fol. 3r

Pásztor, Amministrazione, 192

Martinus etc. Venerabili fratri S. episcopo Balneoregen.,¹ vicario in spiritualibus Patrimonii beati Petri in Tuscia,² salutem etc.

Cum habeas discretione peditus ac sollicitudine circumspectus, dignum duximus, ut te nostris et ecclesie Romane servitiis deputemus, quem nobis industrium et fidelem tua merita representant. Speramus enim, quod procedent laudabiliter et agentur utiliter, que tue bonitatis studio committuntur.

Cupientes itaque, ut status Patrimonii beati Petri in Tuscia prospere conservetur ac eius negotia salubriter dirigantur, tibi plenam in eodem Patrimonio iurisdictionem in spiritualibus auctoritate apostolica duximus committendam.

Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus iurisdictionem ipsam prudenter et fideliter studeas exercere, ita quod tuam diligentiam exinde commendare merito valeamus.

Nos enim etc. ut in littera Campanie.³

Dat. apud Urbemveterem V. idus Maii pontificatus nostri anno primo.

¹ Simon, 1272-1297 Bischof v. Bagnoregio (bei Viterbo), vgl. Ughelli, *Italia sacra I*, 515. - Er übte die hier geschilderte Funktion während des gesamten Pontifikats Martins aus, vgl. Pásztor, *Amministrazione*, 185.

² Zum Patrimonium siehe Nr. 11 Anm. 2

³ Nach Nr. 2 (3) zu ergänzen.

19 (20)

Martin verkündet den geistlichen wie weltlichen Personen und Institutionen im Patrimonium beati Petri, dass er dort Bischof S(imon) von Bagnoregio zum Vikar in spiritualibus ernannt hat, und fordert sie auf, diesem Gehorsam zu leisten.

5

(Orvieto, 1281 Mai 11).

Reg. Vat. 42, fol. 3r

Exekutoria zu Nr. 18, zu den Namen siehe ebenda.

Martinus episcopus etc. Venerabilibus fratribus episcopis etc. ut in littera Campanie¹ per Patrimonium beati Petri in Tuscia constitutis salutem etc.

Cum venerabilis frater noster S., episcopus Balneoregensis etc. usque plenam in eodem Patrimonio iurisdictionem in spiritualibus etc. usque in finem sicut in dicta littera Campanie.

5

Dat. ut supra in proxima.

¹ Siehe Nr. 3 (4).

20 (21)

Martin ersucht den Dogen, den Rat und die Gemeinde von Venedig, den Salzhandel mit der vom aufständischen Guido von Montefeltro besetzten Stadt Cervia zu beenden, Guido und seine Anhänger keinesfalls zu unterstützen und erklärt alle Zuwiderhandlungen für ungültig..

Orvieto, 1281 Mai 19.

Reg. Vat. 42, fol. 3r-3vl

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 399 - Potthast 21756.

Martinus episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis . . . duci¹, consilio et communi Venetorum salutem et apostolicam benedictionem.

5

Dum sincere devotionis zelum et fidei solide puritatem, quibus civitas vestra inter ceteras urbes Italie clarere erga Romanam ecclesiam consuevit, sedula meditatione pensamus et laudabilium operum studia, que illius beneplacitis se coaptans in eius obsequiis vigilanter exercuit, attenta consideratione metimur, mirandum non immerito nobis occurrit, si, quod de vobis nuper accepimus, veritas comitetur.

10

Intelleximus etenim, quod vos non attendentes, quod Guido de Montefeltro² utpote proprie salutis immemor et in reprobum sensum datus nos et predictam ecclesiam statum Romanioniole^b, que ipsius ecclesie specialis existit, diris afflictionibus opprimendo et sevis affligendo pressuris, multimodis laccessivit iniuriis et offensis gravibus provocavit, nec advertentes, quod idem Guido ad civitatem Cervie³ ad eandem spectantem ecclesiam temerarias et occupatrices manus extendens eam nequiter detinens^c occupatam, salem, qui in

15 illa et in territorio ipsius percipitur et plene ad eandem spectat ecclesiam, intenditis emere ab
eodem non descutiendo debita considerationis indagine, quod tam violento tamque temerario
detentori vendere non licet seu alias alienare quomodolibet dictum salem quodque^a vos rem
ecclesiasticam sollempnitate debita non servata maxime a non domino emendo scienter et
penis legalibus super prohibita rerum ecclesiasticarum alienatione statutis et indevotionis
infamie ac periculis exponitis animarum.

20 Ideoque universitatem vestram monemus, rogamus et ortamur attente per apostolica vobis
nichilominus scripta mandantes, quatinus vos tanquam viri discretione ac prudentia prediti
premissis omnibus vigili meditatione pensatis ad emptionem huiusmodi procedere nullatenus
presumatis⁴, quin immo ab illa penitus abstinentes nullum eidem Guidoni utpote ipsius
25 ecclesie indevoto et persecutori notorio aut eius complicitibus vel fautoribus in hoc vel alias
contra devotos eiusdem ecclesie favorem, consilium vel auxilium impendatis, sed eius potius
pravis actibus ausibusque nephariis resistere procuretis, ut exinde vestra devotio possit non
immerito commendari.

Licet autem rei ecclesiastice alienatio presumpta taliter satis ipso iure viribus vacuetur, nos
tamen, ut nulli circa hoc tergiversationi sit locus, * quicquid de sale predicto attemptari
30 contigerit contra presentis inhibitionis nostre tenorem, irritum decernimus et inane omnique
carere robore firmitatis.

Dat. apud Urbem veterem XIII. kal. Iunii pontificatus nostri anno primo.

^a *Darüber quodque gestrichen.*

^b *Verschrieben für Romaniolo.*

^c *Wohl verschrieben für detinet.*

¹ Giovanni Dandolo, Doge 1280-89, vgl. über ihn G. Rösch, *Dandolo, Giovanni*, DBI 32, 476 ff.

² Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

³ Cervia, Prov. Ravenna; zum Salzhandel zwischen Cervia und Venedig vgl. A. Torre, *I patti tra Venezia e Cervia*, Studi Romagnoli XI (1960), 21 ff.

⁴ Diese Aufforderung mußte am 29. Oktober 1281 noch einmal wiederholt werden, s.u. Nr. 77.

21 (22)

Martin ernennt den Bischof von Spoleto, Rolando, zum Vikar in spiritualibus für das Herzogtum Spoleto.

Orvieto, 1281 Mai 18.

Reg. Vat. 42, fol. 3v

Pásztor, Amministrazione, 193 - Der Brief ist nach Nr. 2 (3) zu ergänzen.

Martinus episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Rollando episcopo Spoletan.¹
vicario in spiritualibus ducatus Spoletan.² salutem et apostolicam benedictionem.

Cum habeatis discretione preditus etc. ut in littera directa episcopo Anagnin. usque
committuntur.³

5 Cupientes itaque, ut status ducatus Spoletan. prospere conservetur ac eius negotia salubriter
dirigantur, tibi in eodem ducatu iurisdictionem in spiritualibus etc. usque in finem.

Dat. apud Urbem veterem XV. kal. Iunii pontificatus nostri anno primo.

¹ Rolando Taverna, Bischof von Spoleto 1278-85, vgl. Ughelli, *Italia sacra I*, 1263.

² Vgl. Nr. 9 Anm. 2.

³ Vgl. Nr. 2 (3), Z. 7.

22 (23)

Martin verkündet allen geistlichen Personen wie Institutionen im Herzogtum Spoleto, dass er dort Rolando, den Bischof von Spoleto, zum Vikar in spiritualibus ernannt hat, und fordert sie auf, diesem Gehorsam zu leisten.

(Orvieto, 1281 Mai 18).

Reg. Vat. 42, fol. 3v

Exekutoria zu Nr. 21 - Siehe zu den Namen ebenda. - Der Brief ist nach Nr. 3 (4) zu ergänzen.

Martinus episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus et conventibus etc. usque secularibus per Ducatum Spoletan. constitutis etc.

5 Cum venerabilis frater noster Rollandus episcopus Spoletan. habeatur discretione preditus etc. verbis competenter mutatis usque dirigantur, sibi in eodem ducatu iurisdictionem in spiritualibus auctoritate apostolica duximus committendam.

Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsum etc. ut in littera episcopi Anagnin. usque in finem.

Dat. ut supra.

23 (24)

Martin ernennt Bischof Simon von Bagnoregio zum Vikar in spiritualibus für die Stadt und den Teil der Diözese Rieti, der unmittelbar der päpstlichen Iurisdiktionsgewalt untersteht.

(Orvieto, 1281 Mai 18?).

Reg. Vat. 42, fol. 3v - Der Brief ist nach Nr. 2 (3) zu ergänzen.

Martinus etc. Venerabili fratri Symeoni episcopo Balneoregen.¹ vicario in spiritualibus civitatis Reatin. ac eius diocesis pro ea parte, que ad iurisdictionem Romane ecclesie nullo medio noscitur pertinere,² salutem et apostolicam benedictionem.

Cum habearis discretione preditus etc. ut supra usque committuntur.

5 Cupientes itaque, ut status civitatis Reatin. et eius diocesis pro ea parte, que ad iurisdictionem Romane ecclesie nullo medio noscitur pertinere, prospere conservetur ac earum negotia salubriter dirigantur, tibi plenam iurisdictionem^a auctoritate apostolica inibi duximus committendam.

Ideo que etc. ut supra usque in finem.

10 Dat. ut supra.

^a Zu ergänzen ist in spiritualibus.

¹ Simon von Bagnoregio (früher Bagnorea), vgl. Nr. 18 Anm. 1.

² Siehe dazu Nr. 16 Anm. 2.

24 (25)

Martin verkündet dem Klerus und dem Volk der Stadt Rieti sowie dem Teil der Diözese Rieti, der unmittelbar der päpstlichen Jurisdiktion untersteht, dass er Bischof Simon von Bagnoregio zum Vikar in spiritualibus für ihre Gebiete ernannt hat, und fordert sie auf, diesem Gehorsam zu leisten.

(Orvieto, 1281 Mai 18?).

Reg. Vat. 42, fol. 3v

Exekutoria zu Nr. 23; siehe zu den Namen ebenda. - Der Brief ist nach Nr. 3 (4) zu ergänzen.

Martinus etc. Dilectis filiis clero et populo civitatis Reatin. et eius diocesis pro ea parte, que ad iurisdictionem Romane ecclesie nullo medio noscitur pertinere, salutem etc.

Cum venerabilis frater noster Symeon episcopus Balneoregen. etc. usque committuntur. Cupientes itaque, ut status civitatis vestre ac diocesis pro ea parte, que ad iurisdictionem
5 Romane ecclesie nullo medio noscitur pertinere, prospere conservetur ac earum negotia salubriter dirigantur, sibi plenam iurisdictionem in spiritualibus auctoritate apostolica inibi duximus committendam.

Ideo que universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsum recipientes benigne etc. usque in finem.

10 Dat. ut supra.

25 (26)

Martin ernennt Tadeo, den Grafen von Montefeltro und Urbino, zum Kapitan der zu sammelnden Truppen aus dem Kirchenstaat und aus der Toskana und befiehlt ihm, sich mit diesen dem Befehlshaber des päpstlichen Heeres in der Romagna, Jean d'Eppe, zu unterstellen.

(Orvieto, 1281 Mai 27).

Reg. Vat. 42, fol. 3v-4r

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 398 - Potthast 21755

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio nobili viro Tadeo comiti Montefeltri et Urbini¹ salutem et apostolicam benedictionem.

Enormes iniurias, offensas graves durasque molestias, quas sub continuatione temporis longioris Guido de Montefeltro² iniquitatis filius, pravitatis alumpnus cum suis sequacibus sacrosancte Romane ecclesie, cunctorum^a matri fidelium, dampnatis^b ausibus^c irrogavit terram Romaniolē³, que ipsius ecclesie specialis existit, diversis et variis afflictionibus opprimendo ac civitates ac alia loca varia inibi nichilominus presumptione temeraria occupando, iam fere terrarum fines orbisque anguli precurentes^d fame relatibus agnoverunt.

Nos autem ab ipsius pene promotionis nostre primordiis ad predictam terram considerationis aciem convertentes dirisque pressuris compatientes ipsius stabiliter duximus^e disponendum, ut, cum Guidonis et sequacium predictorum elata superbia, qui utpote in malitia affirmati nec ⁴Deum tement^f nec hominem reverentur,⁴ non flecti monitis, non minis conteri, non metus incussionibus^g valeat emolliri, brachii secularis invocaremus auxilium contra eos, ut quos Dei timor a malo non revocat, necessitas eorum nequitiam refrenatura compescat.

Propter quod tantam illius abhominantes insaniam, tantam equamiter substinere stultitiam cogente nos conscientia nequeutes mandavimus, prout tuam non credimus latere notitiam, tam de gente carissimi in Christo filii nostri * C. regis Sicilie⁵ illustris quam de terris ipsius ecclesie necnon et de partibus Tuscie⁶ victricem auctore Domino exercitum congregari adversus tante insolentie virum tamteque^h ministrum nequitie ipsiusque complices feliciter Deo auspice processurum.⁷ Et quia huiusmodi negotium multum insidet cordi nostro, magnoque desiderio ducimur, ut illud ad laudem et gloriam Domini Iesu Christi ac exaltationem eiusdem ecclesie optate promissionis exitum sortiatur.

Licet predictae terre Romaniolae necnon ipsius totalis exercitus generalem curam et regimen dilecto filio nobili viro Iohanni de Epa⁸ duxerimus committendam, quia tamen exercitum ipsum eo speramus felicius dirigendum, quo illum per partes contingerit plurium sollicitudine sub eiusdem generalis rectoris vigilantia gubernari, nos tue probate probitatis titulos, quibus pellereⁱ dignosceris, tueque solide fidelitatis constantia^k diligentius attendentes tibi capitaneum^l et regimen militum et equitum omnium de terris eiusdem ecclesie ac Tuscie partibus supradictis, sicut predictur, congregandos^m presentium auctoritate committimus usque ad nostre volumptatis beneplacitum exercendam nobilitatem tuam rogantes et hortantes attentius et per apostolica scripta nichilominus iniungentes, quatinus pro apostolice sedis et persone nostre reverentia huiusmodi oneris sarcinam humeris prontisⁿ excipias preferendam ad laudem divini nominis et honorem tanto nobis proinde potius placiturus, quanto prontiusⁿ te in hoc apostolicis beneplacitis coaptabis. Volumus autem, ut tam tu quam milites et equites antedicti memorato rectori tanquam tui et ipsorum necnon et eiusdem exercitus rectori, duci et generali capitaneo pareatis in omnibus et humiliter intendatis, ut summi regis obsequium, ad quod te ac ceteros fidenter duximus eligendos, ipsius ausiliante^o dextera facilius et celerius promereri.^p

Dat. ut supra.⁹

^a *Verschrieben für cunctorum.*

^b *Verschrieben für dampnatis.*

^c *Am Rand committitur capitaniam etc.*

^d *Wohl verschrieben für precurrentis.*

^e *Verschrieben für duximus.*

^f *Verschrieben für timent.*

^g *Klassisch incussibus (von incussus).*

^h *Für tanteque.*

ⁱ *Verschrieben für pollere.*

^k *Verschrieben für constantiam.*

^l *Verschrieben für capitaniam.*

^m *Verschrieben für congregandorum.*

ⁿ *Verschrieben für promptis bzw. promptius.*

^o *Für auxiliante.*

^p *Zu ergänzen ist possit.*

¹ Tadeo de Montefeltro (1230?-1284, Onkel Guidos von Montefeltro), Graf von Montefeltro und Urbino, 1270 Vikar Karls I. von Anjou in Lucca, 1273 Podestà in Siena und Arezzo, 1273-75 Rektor im Patrimonium beati Petri in Tuszien, vgl. G. Franceschini, *Un caduto del 'sanguinoso mucchio'. Il conte Taddeo di Montefeltro (1230?-1284) e la sua discendenza*, Studi Romagnoli VII (1956).

² Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

³ Zur Romagna vgl. Nr. 13 Anm. 5.

⁴⁴ Vgl. Lk 18,4.

⁵ Karl I. von Anjou, * 1226, † 7. 1. 1285, Bruder Ludwigs IX. von Frankreich, war 1265 von Clemens IV. mit dem Königreich Sizilien belehnt worden, vgl. zu ihm J. Dunbabin, *Charles I of Anjou*, London 1998; P. Herde, *Karl I. von Anjou*, Stuttgart 1979.

⁶ Toskana, siehe unten Nr. 26.

⁷ Der Feldzug im Sommer 1281 blieb entgegen der hier geäußerten Hoffnung erfolglos, vgl. etwa Davidsohn, *Geschichte*, II, 208.

⁸ Jean d'Eppe, * um 1240 bei Laon, † 1293, Familiar Karls I. von Anjou, seit 1274 Inhaber zahlreicher Lehen im Königreich Sizilien, von Martin IV. mit wichtigen Aufgaben im Kirchenstaat betraut, so ist er Rektor *in temporalibus* in der Romagna (1281 – 1283, siehe unten Nr. 29), Kapitän des päpstlichen Heeres in der Provinz Campagna Marittima (1283 - 1284). 1285 soll er einen Aufstand Konrads von Antiochien unterwerfen, vgl. über ihn umfassend Kieseewetter, *DBI*, 43, 29 ff.

⁹ Das vollständige Datum (27. Mai 1281) findet sich auf einer Abschrift dieses Briefes weiter unten (fol. 7v; Nr. 37), der hier nicht abgedruckt wurde.

26 (27)

Martin verkündet den Soldaten aus dem Kirchenstaat und Teilen der Toskana, die zum päpstlichen Heer in der Romagna gehören, die Ernennung Tadeos von Montefeltro zu ihrem Kapitän und fordert sie auf, diesem sowie Jean d'Eppe Gehorsam zu leisten.

(Orvieto, 1281 Mai 27).

Reg. Vat. 42, fol. 4r

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr.398 - Exekutoria zu Nr. 25; siehe zu den Personen und dem Sachverhalt ebenda.

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis universis militibus et equitibus de terris ecclesie ac partibus Tuscie¹ in servitium ecclesie Romane contra indevotos ipsius in Romaniolam processuris salutem et apostolicam benedictionem.

5 Enormes iniurias etc. ut supra usque gubernari.² Nos dilecti filii nobilis viri Tadei comitis Montefeltri probitatem provideque fidelitatis constantiam, quibus pollere dinoscitur, diligentius attendentes sibi capitaniam et regimen militum et equitum omnium de terris eiusdem ecclesie ac Tuscie partibus supradictis, sicut predicatur, congregandos^a, per nostras litteras commisimus usque ad nostre volumptatis beneplacitum exercenda.

10 Ideoque universitatem vestram rogamus, monemus et ortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eidem comiti tamquam vestro capitaneo obediatis humiliter et efficaciter intendatis una cum ipso memorato rectori³ Romaniole velut totius prefati exercitus magistro et capitaneo generali in omnibus et per omnia, que ad huiusmodi negotium pertinuerit^b, cum humilitate et efficacia debita seruiuturi^c.⁴

Dat. ut supra.⁵

^a *Verschrieben für congregandorum (siehe Nr. 25).*

^b *Für pertinere*

^c *Verschrieben für servituri.*

¹ Toscana.

² Nach Nr. 25 zu ergänzen.

³ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

⁴ Die toskanischen Städte haben nur sehr zögerlich die päpstliche Seite unterstützt, vgl. Davidsohn, *Geschichte*, 207.

⁵ Das vollständige Datum findet sich auf einer Abschrift dieses Briefes weiter unten (fol. 7v; Nr. 38), der hier nicht abgedruckt wurde.

(28)

Gleichlautender Brief wie oben an die Soldaten aus Perugia im päpstlichen Heer in der Romagna.

(Orvieto, 1281 Mai 27).

- 5 Item in eundem modum. Dilectis filiis universis militibus Perusinis¹ in servitium ecclesie Romane contra indevotos ipsius in Romaniolam processuris salutem et apostolicam benedictionem etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

¹ Perugia.

(29)

Gleichlautender Brief wie oben an die Soldaten aus Siena im päpstlichen Heer in der Romagna.

(Orvieto, 1281 Mai 27).

- 5 Item in eundem modum. Dilectis filiis universis militibus Senen.¹ in servitium ecclesie Romane contra indevotos ipsius in Romaniolam processuris salutem et apostolicam benedictionem etc. ut supra.

Dat. apud ut supra.

¹ Siena.

(30)

*Gleichlautender Brief wie oben an die Soldaten aus Lucca im päpstlichen Heer in der Romagna.
(Orvieto, 1281 Mai 27).*

Item in eundem modum. Dilectis filiis universis militibus Lucanis¹ in servitium ecclesie
5 Romane contra indevotos ipsius in Romaniolam processuris salutem et apostolicam
benedictionem etc. ut supra.

Dat. ut supra. *

¹ Lucca.

27 (31)

*Martin befiehlt dem Rektor im Patrimonium beati Petri, Adam Fourrier, dafür zu sorgen,
dass niemand mehr aus seinem Gebiet Guido von Montefeltro in irgendeiner Weise
unterstützt. Wer dem zuwiderhandelt, ist mit dem Verlust seiner Güter oder mit Verbannung,
jedoch nicht mit Blutstrafen zu bestrafen.*

Orvieto, 1281 Mai 28.

Reg. Vat. 42, fol. 4v

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Ade dicto Foure rectori Patrimonii beati Petri in
Tuscia¹ salutem, etc.

Enormes iniurias etc.² ut supra usque occupande^a, iam fere terrarum fines orbisque anguli
volucris fame relatibus agnoverunt.

5 Nos autem ab ipsius pene promotionis nostre primordiis etc. ut supra usque in
processivam.^b

Cum itaque, sicut mirantes accepimus, nonnulli partium, que tue iurisdictionis existunt,
proprie salutis inmemores contra fidelitatis debitum, quo predictae tenentur ecclesie, prefato
Guidoni³ et eius complicibus seu fautoribus favorem, consilium et iuramentum^d publice
10 occulte^d ministrare presumpserunt, nos nolentes, sicuti nec debemus, tamtam^e illorum
perfidiam et insolentiam sustinere discretioni tue per apostolica scripta districte precipiendo
mandamus, quatinus generaliter et expresse auctoritate nostra inihibeas^f et per omnia loca
iurisdictionis tue, de quibus expedire putaveris, similiter facias inihiberi, ne aliquis de partibus
illis Guidoni suisque sequacibus supradictis^g stipendiarios mittere aut in eorum subsidium
15 cum stipendiis vel sine stipendiis procedere vel alias eis favorem, consilium aut ausilium^h
publicum vel occultum aliquatenus exhibere presumantⁱ.

Et si quisquam ad premissa vel eorum aliquod ausu temerario forsitan iam processit^k, illa
difficultate et dilatione submota qualibet prorsus revocet et ab ipsis omnino desistat. Illos,
quos ad ea vel eorum aliquod iam processisse compereris, prout excessus exegerit et expedire
20 videris, castigando, quodsi forte contra huiusmodi tuam inno nostram inhibitionem quisquam

deinceps venire presumpserit, presumptores huiusmodi per bonorum omnium privationem et furbannitionem seu relegationem perpetuam de tota tue iurisdictionem¹ provincia necnon et alias, prout illorum protervia exegerit, taliter citra penam sanguinis punire procures, quod ex eorum pena ceteri a similibus arceantur.

25 Dat. apud Urbem veterem V. kal. Iunii pontificatus nostri anno primo.

^a *Verschrieben für* occupando. ^b *Verschrieben für* processurum. ^c *Danach* perfidiam et insolentiam substinere discretioni tue *gestrichen (homoioteleuton)*. ^d *Davor* vel zu ergänzen. ^e *Für* tantam. ^f *Verschrieben für* inhibeas. ^g *susupradictum im Text*. ^h *Für* auxilium. ⁱ *Verschrieben für* presumat. ^k *precessit vor Korrektur*. ^l *Verschrieben für* iurisdictionis.

¹ Adam Fourrier, vgl. Nr. 11 Anm. 1.

² Nach Nr. 25 zu ergänzen.

³ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm. 3.

(32)

Brief gleichlautenden Inhalts wie oben an den Rektor in der Mark Ancona, Amiel di Courban.
(Orvieto, 1281 Mai 28).

5 Item in eundem modum. Dilecto filio nobili viro Aymelio domino Corbani Marchie Anconitan. rectori¹ salutem etc. Enormes iniurias etc. ut supra in proxima per totum usque in finem.

¹ Amiel d'Agoult di Courban, vgl. Nr. 5 Anm. 1.

(33)

Brief gleichlautenden Inhalts wie oben an den Rektor im Dukat Spoleto, Jean de Mayrolles.
(Orvieto, 1281 Mai 28).

5 Item in eundem modum. Dilecto filio viro^a Iohanni de Marosa Ducatus Spoletani rectori¹ salutem etc. Enormes iniurias etc. usque in finem.

Dat. apud etc.

^a *Davor fehlt* nobili.

¹ Jean de Mayrolles, vgl. Nr. 9 Anm. 1.

28 (34)

Martin verkündet den Rittern aus Florenz, die sich im päpstlichen Heer zur Bekämpfung der Aufständischen in der Romagna befinden, die Ernennung Tadeos von Montefeltro zum Kapitän der päpstlichen Truppen und fordert sie auf, ihm sowie Jean d'Eppe Gehorsam zu leisten.

(Orvieto, 1281 Mai 27).

*Reg. Vat. 42, fol. 4v
Exekutoria zu Nr. 25.*

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis universis militibus Florentinis in servitium ecclesie Romane contra indevotos ipsius in Romaniolam processuris¹ salutem et apostolicam benedictionem.

Enormes iniurias etc. ut supra in littera, que dirigitur Lucan.², per totum usque in finem.

5 Dat. ut supra.

¹ Florenz; Florenz hatte sich mit 50 Rittern und 100 Knappen am päpstlichen Heer beteiligt, die allerdings zu ihrem Dienst gezwungen werden mussten, vgl. Davidsohn, *Geschichte II*, 207.

² Siehe Nr. 26.

29 (35)

Martin ernennt Jean d'Eppe zum Rektor in temporalibus für die Romagna, die Stadt Bologna, die Grafschaft Bertinoro sowie aller dazugehörigen Gebiete und stattet ihn mit den entsprechenden Vollmachten aus.

Orvieto, 1281 Mai 24.

*Reg. Vat. 42, fol. 4v-5r
Pásztor, Amministrazione 189, 193*

Martinus^a episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio nobili viro Johanni de Epa¹ totius provincie Romaniolae², civitatis Bononie³, comitatus Brictonarii⁴ ac pertinentiarum earundem rectori salutem et apostolicam benedictionem.

5 Etsi exigente pastoralis officii debito de statu terrarum omnium, in quibus Romana mater ecclesia obtinet principatum, prosperis preservando successibus cogitare sollicite teneamur, circa terram provincie Romaniolae, diutius vexate molestiis guerrarum, vallidis agitate procellis et dissidiorum diris incurisibus lacerate, tanto solertius in^b intente considerationis aciem extendentes tantoque propensius de illo feliciter dirigendo solliciti, quanto ipsa
10 nostris^c iuris et iurisdictionis existit quantoque ipsius nobis non ignota conditio^d efficacis^e

acceleratione consilii noscitur indigere auctoritatis apostolice partes, studia vigilanter adhibere satagimus, ut nostre provisionis remedio suffragante^f provincia ipsa de tribulatione erepta, turbinationibus eruta fluctibus stabilis tranquillitatis dulcedinem sentiat, adversis quibuslibet profligatis votive prosperitatis eventibus iocundetur.

15 Levantes igitur in circuitu orculos mentis nostre personam tuam, quam testimonio fidedignorum accepimus strenuitatis insigniis * decoratam, discretione predictam, circumspectione pollentem et multiplicis probitatis titulis insignitam ad exequendum in hac parte desiderium cordis nostri duximus eligendam. Et ideo te in predicta provincia Romaniole ac civitatis Bononie comitatusque Brictonorii et pertinentiarum earundem partibus, que
20 vexationum et molestiarum huiusmodi non expertes idem remedium expetunt et expectant, generalem rectorem in temporalibus⁵ duximus statuendum in illis tibi plene rectoris provincie officium comittentes petendi nichilominus et recipiendi nostro et ipsius ecclesie nomine civitates, castra, fortellicias et loca quelibet omniaque bona et iura, que in eiusdem partibus ad nos^g et ecclesiam ipsam spectant queve nobis et ecclesie ipsi debentur, et ea defendendi ac
25 etiam conservandi, disponendi^h, quoque ordinandi, statuendi, precipiendi, puniendi, penas imponendiⁱ et inpositas exigendi, mandandi et insuper faciendi et exequendi omnia et singula in predictis partibus, que ad nostram et ipsius ecclesie iurisdictionem^k pertinent temporalem et que prospero statu partium earundem cognoveris^l expedire, contradictores etiam et rebelles temporali distictione, qua convenit, compellendi expresse concessa tibi tenore presentium
30 plenaria potestate.

Sic itaque premissa rectoris officium et alia diligentie tue commissa tamquam vir industrius, fidelis et strenuus circumspectione pervigili et constantia solida prosequaris, quod de officii et aliorum tue industrie commissorum executione^m laudabili Deo gratus et apud nos commendandus appareas nostramque ac eiusdem ecclesie gratiam uberius consequi merearis
35 attentius provisurus, ne tu, qui ad recuperanda et manutenenda in eisdem partibus iura ipsius ecclesie Romane mitteris, ea, quod tibi precise interdiciamus, aliquatenus minuas aut quomodolibet alienes.

Dat. apud Urbemveterem VIII. Kal. Iunii pontificatus nostri anno primo.

^a Verschrieben für Martinus ^b Verschrieben. ^c Verschrieben für nostri. ^d Für conditio.

^e Verschrieben für efficacius. ^f Verschrieben für suffragante. ^g Über der Zeile nachgetragen.

^h Im Text doppelt. ⁱ Verschrieben für imponendi. ^k Am Rand, mit Verweiszeichen hier eingefügt.

^l Für cognoveris ^m Für executione.

¹ Jean d'Eppe; vgl. Nr. 25, Kieseewetter, *DBI*, 43, 30.

² Zur Romagna und dem dortigen Konflikt Nr. 13 Anm. 5.

³ Bologna gehörte zur Provinz Romagna, vgl. Waley, *Papal State*, 93.

⁴ Komitat Bertinoro; Dieser ist im 12.Jh. von seinen Herren der Kirche geschenkt worden, vgl. Waley, *Papal State*, 94.

⁵ Vgl. Nr. 1 Anm. 6.

(36)

Martin verkündet den weltlichen Personen und Institutionen der Romagna, der Stadt Bologna, der Grafschaft Bertinoro sowie aller zugehörigen Gebiete die Ernennung von Jean

5 *d'Eppe zum dortigen Rektor in temporalibus und fordert sie auf, diesem Gehorsam zu leisten.*

Orvieto, 1281 Mai 24.

In eundem modum. Dilectis filiis universis comitibus, baronibus ac militibus, nobilibus et potestatibus, capitaneis et rectoribus, consiliis, comunibus et universitatibus civitatum, castrorum, terrarum et locorum per totam provinciam Romaniolae, civitatem Bononie, comitatum Brictonorii et pertinentias^a earundem constitutis salutem etc.

5 Etsi exigente pastoralis officii etc. ut supra verbis competenter mutatis personam^b dilecti filii non^c viri Johannis de Epa, quam testimonio fidedignorum accepimus strenuitatis insigniis decoratam, discretionem premitam, circumspectionem pollentem etc. usque generalem rectorem in temporalibus per alias nostras litteras duximus^d statuendum in illis sibi plenum rectoris provincie officium committentes etc. usque qua convenit, compellendi expresse concessa sibi
10 plenaria potestate proviso attentius, ne idem rector, qui ad recuperanda et manutenda^e in eiusdem partibus iura ipsius ecclesie Romane mittitur, ea, quod precise sibi interdiximus, aliquatenus minuat aut quomodolibet alienet.

15 Quocirca universitatem vestram^f rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta firmiter precipiendo mandantes, quatinus eidem nobili tamquam rectori nostro^g in premissis omnibus et singulis plene et humiliter intendere ac efficaciter obedire curetis ei de iuribus eisdem pro nobis et dicta ecclesia Romana integre responsuri.

Alioquin processus propter hoc contra rebelles rite per ipsum habendos ratos habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Dat. apud Urbem veterem VIII. kal. Iunii pontificatus nostri anno primo.

^a Verschrieben für pertinentias.

^b Davor usque zu ergänzen.

^c Verschrieben für nobilis.

^d Über der Zeile nachgetragen.

^e Verschrieben für manutenda.

^f Über der Zeile nachgetragen.

^g Zu erwarten wäre vestro.

30 (36)

Martin ernennt Jean d'Eppe zum Befehlshaber über das sich im Kampf mit Guido von Montefeltro befindliche Heer.

Orvieto, 1281 Mai 26.

Reg. Vat. 42, fol. 5r-5v

Raynaldus, Annales ecclesiastici ad anno 1281, § 12 - Potthast 21760.

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio nobili viro Johanni de Epa totius provincie^a Romaniolae^b, civitatis Bononien., comitatus Brictonorii ac pertinentiarum^c earundem rectori¹ salutem et apostolicam benedictionem.

5 Enormes^d iniurias, offensas graves durasque molestias, quas sub continuatione temporis longioris Guido de Montefeltro² iniquitatis filius, pravitatis alumnus cum suis sequacibus sacrosancte Romane ecclesie, cunctorum matri fidelium, dampnatis ausibus irrogavit terram Romaniolae, que ipsius ecclesie specialis existit, diversis et variis afflictionibus opprimendo ac

civitates et alia loca varia inibi nichilominus presumptione temeraria ocupando^e, iam fere terrarum fines orbisque anguli volucris fame relatibus agnoverunt.

10 Nos autem ab ipsis pene^f promotionis nostre primordiis ad predictam terram considerationis * aciem convertentes dirisque pressuris compatientes ipsius stabiliter duximus disponendum, ut, cum Guidonis et sequacium predictorum elata superbia, qui utpote in malitia affirmati nec ³Deum timent, nec hominem reverentur³, non flecti monitis, non minis conteri, non metus incussionibus^g valeat emolliri, brachii secularis invocemus ausilium^h contra eos,
15 Deiⁱ timor a malo non revocat, necessitas eorum nequitam^k refrenatura compescat. Propter quod tantam^l illius abhominacionis insaniam, tantamque^m equaminiter substinere stultitiam cogente nos conscientia nequeutes mandavimus, prout tuam novimus non latere notitiam, tam de gente carissimi in Christo filii nostri . . . regis Sicilie illustris⁴ quam terrisⁿ ipsius ecclesie necnon et de aliis diversis partibus victricem auctore Domino exercitum congregari
20 adversus predictos G., tante insolentie virum tamteque^o ministrum nequitie, ac eius complices^p feliciter Deo auspice processurum.⁵

Desiderantes igitur ipsum regi et dirigi providi gubernacione rectoris, cuius eum strenuitas animet et circumspectio moderetur, te virum, sicut assertione fidedignorum accepimus^q, in armis strenuum et^r in aliorum exercitio experientia diutina eruditum ad huiusmodi ministrum
25 duximus eligendum te constituentes magistrum ipsius totalis exercitus, rectorem et capitaneum generalem tibi in illo magistri, rectoris et capitanei generalis officium cum omni sui iuris plenitudine comittentes. Devote itaque suscipe, strenue, prudenter exequere, constanter exerce commisse tibi partes sollicitudinis eo fidentius impleturus, quo retributorum bonorum omnium certiozem illum, cuius geris in hac parte negotium, non ignoras sciturus
30 nichilominus, quod ex tuis laboribus tuoque fideli et utili, ut speramus, servitio impremissis^s nostram et apostolice sedis gratiam in tuis oportunitatibus favorabilem tibi poteris non inmerito vindicare.

Dat. apud Urbem veterem VII. kal. Iunii pontificatus nostri anno primo.

^a Verschrieben für provincie. ^b 'o' einkorrigiert. ^c Verschrieben für pertinentiarum. ^d Am Rand committitur capitaneum. ^e Verschrieben für occupando. ^f Über der Zeile. ^g Klassisch incussibus (von incussus). ^h Für auxilium. ⁱ Davor quos zu ergänzen. ^k Für nequitiam.
^l Für tantam. ^m Für tantamque. ⁿ Davor de zu ergänzen. ^o Für tanteque.
^p Verschrieben für complices. ^q ,c' einkorrigiert. ^r Davor ei gestrichen. ^s Für in premissis.

¹ Siehe zu den Namen Nr. 29.

² Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm. 3.

³⁻³ Vgl. Lk. 18,4.

⁴ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 9.

⁵ Anfang Juni 1281 versammelte sich in Bologna ein 3400 Mann starkes päpstliches Heer, vgl. Kieseewetter, *Eppe*, 30.

31 (37)

Martin betraut Guillaume Durand mit der geistlichen Betreuung für das päpstliche Heer in der Romagna und stattet ihn und seine Helfer mit den entsprechenden Vollmachten aus.

Orvieto, 1281 Juni 1.

Reg. Vat. 42, fol. 5v

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio magistro Guilliemo(!) Duranti¹ capellano nostro decano Carnoten. salutem et apostolicam benedictionem.

5 Ad humiliandam superbiam Guidonis de Montefeltro² suorumque sequacium, qui provinciam Romaniole ad Romanam ecclesiam pleno iure spectante^a in grandem^b ipsius ecclesie iniuriam et offensam gravibus molestiis et dispendiis affecerunt et afficere non desistunt, ipsorumque insolentias compensandas tam de gente carissimi in Christo filii nostri Sicilie regis illustris³ quam de terris ecclesie, Tuscie⁴ aliisque partibus mandavimus, sicut nosti, exercitum congregari contra predictos iniquitatis filios feliciter auctore Domino processurum.

10 Cum autem eidem exercitui plene, sicut credimus^c, temporaliter sit procursum, deliberavimus ei spiritualiter, quod magis cordi nostro insidet, plenius providendum. De tua itaque fidelitate probata et experta prudentia plenam in Domino fiduciam obtinentes curam dicti exercitus in spiritualibus tenore presentium tue industrie duximus committendum^d audiendi per te vel alios presbiteros ydoneos confessiones convenientium in eodem, 15 absolvendi quoque ipsos a peccatis, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, et iniungendi^e eis pro modo delicti penitentiam salutarem, nisi talia fuerint, pro quibus sit merito ad sedem apostolicam recurrendum, concessa tibi auctoritate apostolica plenaria potestate.

Sic itaque commissum in hac parte tibi ministerium diligenter et sollicite prosequi studeas, quod exinde retributionis eterne premium et apostolici favoris augmentum assequi merearis.

20 Dat. apud Urbem veterem kal. Iunii pontificatus^f nostri anno primo.

^a *Verschrieben für spectantem.*

^b *Davor 'g' gestrichen.*

^c *Verschrieben für credimus.*

^d *Verschrieben für committendam.*

^e *Verschrieben für iniungendi.*

^f *Davor Iunii nostri anno primo gestrichen.*

¹ Guillaume Durand; vgl. Nr. 13 Anm. 1.

² Zu ihm und dem Konflikt in der Romagna vgl. Nr. 13 Anm. 2 und 3.

³ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

⁴ Toskana, vgl. dazu Nr. 26.

32 (38)

Martin ersucht Guillaume Durand, die ihm in der Romagna, der Stadt Bologna, im Komitat Bertinoro sowie im päpstlichen Heer aufgetragenen Aufgaben wie gewohnt sorgfältig zu erfüllen.

(Orvieto, 1281 Mai 30.)

Reg. Vat. 42, fol. 5v-6r

Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ decano Carnoten. capellano nostro.

Non indigne cedere tibi debet ad gaudium, quod tue industrie frequenter committimus, que incumbunt; ex hoc enim (?) habeas tui approbationis inditia et evidentia nostre de te confidentie argumenta. * Gaudenter itaque suscipe, que in Romaniola, civitate Bononie, comitatu Brictonorii² et pertinentiis earundem necnon in exercitu de mandato nostro inibi conquirenda³ tibi alias^a diversas nostras litteras duximus committenda⁴ et ea cum Dei auxilio^b, cuius negotium geritur, sic sollicite sic prudenter exequere, quod in eius approbatione non exercisse^c iuditium et in confidentia de te concepta nostrum non exacerbasse consilium merito gaudeamus tibi que de huiusmodi multiplicatione laborum apud Deum et sedem apostolicam gratiam et premium augeatur.⁵

^a Davor per zu ergänzen.. ^b Für auxilio, siehe Nr.27. ^c Für exercuisse.

¹ Guillaume Durand; siehe Nr.13 Anm. 1.

² Vgl. zu den genannten Orten Nr. 29.

³ Nimmt Bezug auf den vorhergehenden Brief.

⁴ Gemeint ist die Ernennung Durands zum Vikar in der Romagna, s.u. Nr. 33 (1281 Mai 30.)

⁵ Da es sich hier um einen Begleitbrief zu den Briefen Nr. 31 und 33 handelt, ist er wohl auch auf den 30. Mai 1281 zu datieren, vgl. Pásztor, *Registro camerale*, 520 (Anm. 7).

33 (39)

Martin ernennt Guillaume Durand zum Rektor in spiritualibus für die Provinz Romagna, den Komitat Bertinoro sowie die Stadt Bologna.

Orvieto, 1281 Mai 30.

Reg. Vat. 42, fol. 6r

Pásztor, Amministrazione, 193.

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio magistro Guilliemo Duranti¹ capellano nostro in spiritualibus totius provincie Romaniolae, civitatis Bononien., comitatus Brictonorii² ac eorundem^a pertinentiarum^a vicario salutem et apostolicam benedictionem.

5 Cum in provincie Romaniole, ^bcivitatis Bononien., comitatus Brictonorii partibus et
pertinentiis earundem, que ad Romanam ecclesiam in spiritualibus et temporalibus^b pertinent
pleno iure, in temporalibus de rectore ydoneo³ duxerimus providendum, volentes etiam de
rectore in spiritualibus, que magis cordi nobis insident, providere, tibi, quem nobis industrium
et fidelem tua merita representant, plenam iurisdictionem in spiritualibus⁴ auctoritate
apostolica in predictis partibus duximus committendam.

10 Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus iurisdictionem ipsam
prudenter et fideliter studeas exercere, ita quod tuam diligentiam exinde commendare merito
valeamus.

15 Nos autem sententias sive penas, quas^c sipiritualiter^d rite tuleris vel statueris in rebelles,
ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione
remota inviolabiliter observari; non obstantibus aliquibus indulgentiis vel privilegiis
apostolicis, cuiuscumque^e tenoris existant, per que mandati nostri executio posset
quomodolibet impediri et de quibus plenam et expressam seu de verbo ad verbum fieri
oporteat in nostris litteris mentionem.

Dat. apud Urbemveterem III. kal. Iunii pontificatus nostri anno primo.

^{a-a} Verschrieben für earundem pertinentiarum.

^{b-b} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

^c Danach quas gestrichen.

^d Verschrieben für sipiritualiter.

^e Korrigiert aus cuiusquam.

¹ Guillaume Durand; zu ihm vgl. Nr. 13 Anm. 1.

² Zu den Orten siehe Nr. 29.

³ 1281 Mai 24 war Jean d'Eppe zum Rektor *in temporalibus* ernannt worden, vgl. Nr. 29.

⁴ Vgl. Nr. 2 Anm. 3.

34 (40)

Martin verkündet den weltlichen wie geistlichen Personen und Institutionen in der Romagna, der Stadt Bologna, dem Komitat Bertinoro sowie in den dazugehörigen Gebieten die Ernennung von Guillaume Durand zum dortigen Rektor in spiritualibus und fordert sie auf, diesem Gehorsam zu leisten.

Orvieto, 1281 Mai 30.

Reg. Vat. 42, fol. 6r-6v

Sbaralea, Bullarium Franciscanum III, 470, Nr. 2 - Potthast 21761 - Exekutoria zu Nr. 33, vgl. zu den Namen ebenda.

5 Martinus episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus episcopis et dilectis filiis
abbatibus, prioribus et conventibus Cisterciensium et aliorum ordinum ac decanis, prepositis,
archidiaconis, archipresbiteris, plebanis, capitulis et aliis ecclesiarum prelatibus seu rectoribus
ceterisque personis ecclesiasticis exempitis^a et non exemptis ac Ierosolimitan.^b et militie
5 Templi magistris et preceptoribus necnon prioribus, guardianis et fratribus Predicatorum et
Minorum ordinum, universis quoque nobiles et potestatibus seu rectoribus, comunitatibus et
universitatibus ceterisque aliis personis ecclesiasticis et secularibus per provincie Romaniole,

civitatis Bononie, comitatus Brictonorii partes et pertinentias earundem constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

10 Cum in provincie Romaniole, civitatis Bononien., comitatus Brictonorii partibus et pertinentiis eorundem^c, que ad Romanam ecclesiam in spiritualibus et temporalibus pertinent pleno iure, in temporalibus de rectore ydoneo duxerimus providendum, volentes etiam de rectore in spiritualibus, que magis cordi nobis insident, providere, dilecto filio magistro Guilielmo Duranti¹ capellano nostro, quem nobis industrium et fidelem sua merita
15 representant, plenam iurisdictionem in spiritualibus auctoritate apostolica in predictis partibus duximus committendam.

Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsum benigne recipientes et honore debito * pertractantes eidem in omnibus, que ad eandem iurisdictionem pertinent, plene intendere ac obedire curetis.

20 Alioquin sententias sive penas, quas spiritualiter rite tulerit vel statuerit in rebelles, ratas habebimus etc.² usque mentionem.

Dat. apud Urbemveterem III. kal. Iunii pontificatus nostri anno primo.

^a Verschrieben für exemptis.

^b Davor fehlt hospitalis.

^c Zu erwarten wäre earundem.

¹ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1

² Nach Nr. 2 zu ergänzen.

35 (41)

Martin unterstellt Guglielmo di Caplut, dem Familiar des Kardinalbischofs von Porto und Santa Rufina, (Bernardo da Languissel), die Burg Lariano und das Dorf Arriccia mit allen dazugehörigen Vasallen, Rechten und sonstigem Zubehör.

Orvieto, 1281 Dezember 6.

Reg. Vat. 42, fol. 6v

Martinus^a episcopus etc. Dilecto filio Guillelmo de Caplut¹ familiari venerabilis^b patris^c nostri . . . episcopi Portuen.² salutem et apostolicam benedictionem.

5 Inter cetera castra, que Romana ecclesia facit suo nomine custodiri, de roca Lariani³, que est ipsius ecclesie specialis, tanto sollicitius cogitamus, quanto eius tuta custodia et regimen utile pro statu pacis in ipsis partibus conservando feliciora prosperitatis auspicia verisimiliter pollicentur.

Cum igitur eam habeamus de tua discretione fiduciam, ut, que tue sollicitudini a sede apostolica committuntur, ad honorem nostrum et exaltationem ipsius Romane ecclesie sapienter dirigas et fideliter prosequaris, castellaniam et regimen ac custodiam dicte rocce^d
10 necnon et castrum Aricie^e cum vassallis, iuribus et pertinentiis eorundem quoad temporalia fidelitati tue usque ad nostrum beneplacitum presentium auctoritate committimus per apostolica scripta tibi firmiter iniungentes, quatinus roccam et castrum prefata nullo^f umquam tempore alicui sine speciali mandato nostro vel apostolice sedis facto tibi super hoc per litteras

15 speciales tradere vel assignare presumens huiusmodi castellaniam et regimen sic prudenter
exerceas et oportuna vigilantia prosequaris, quod devotionem tuam exinde possimus merito
commendare.

Dat. apud Urbemveterem VIII. id. Decembris pontificatus nostri anno primo.

^a Daneben am Rand von zeitgenössischer Hand: Infra sub tali signo + (siehe Einleitung) ^b Davor domini
gestrichen. ^c Verschrieben für fratris. ^d Zweites 'c' einkorrigiert. ^e Auricie vor Korrektur. ^f
Davor 'n' gestrichen.

¹ Sonst nicht nachzuweisen.

² Bernardo da Languissel, * um 1230, seit 1263 an der Kurie belegt, 1273 Erzbischof von Arles, von Martin IV.
1281 zum Kardinalbischof von Porto und S. Rufina ernannt, † 1290, vgl. Paravicini Bagliani, *I testamenti* 46
ff., Waley, DBI 9, 272 f.

³ Lariano, Prov. Rom; vgl. Falco, *I comuni della Campagna e Marittima*, ASRSP 47 (1924), S. 125f.

36 (42)

*Martin befiehlt Thomas von Narni, dem Kastellan von Lariano, dem Überbinger der
vorliegenden Briefe, Guglielmo di Caplut, die Burg Lariano sowie den Ort Ariccia mit allen
Waffen und sonstigen dazugehörigen Gegenständen auszuhändigen und über die Übergabe
Notariatsinstrumente anfertigen zu lassen, eines für ihn selbst, eines für Guglielmo und eines
für die apostolische Kammer.*

Orvieto, 1281 Dezember 6.

Reg. Vat.42, fol. 6v. - Exekutoria zu Nr. 36, vgl. zu den Namen ebd.

Martinus etc. Dilecto filio gentili nato Thome militis Narnien.¹ castellano castris Lariani
salutem etc.

5 Cum dilecto filio Guillelmo de Caplut familiari venerabilis patris^a nostri . . . episcopi
Portuen. castellaniam, regimen et custodiam rocce de Lariano² necnon et castris Aricie³ cum
vassallis, iuribus^b et pertinentiis eorundem confidentes de fidelitate ipsius usque ad nostrum
beneplacitum duximus committenda, discretionis tue per apostolica scripta firmiter precipiendo
mandamus, quatinus roccam et castrum prefata cum omnibus armibus, guarnimentis et
utensilibus suis eidem Guillelmo presentes litteras deferenti⁴ visis hiis litteris absque qualibet
difficultate assignes faciens confici de assignatione huiusmodi tria publica instrumenta,
10 quorum unum penes te retineas et aliud apud prefatum Guillelmum^c remaneat^d et tertium ad
nos deferas in camera sedis apostolice conservandum.

Dat. apud Urbemveterem VIII. id. Decembris pontificatus nostri anno primo.

^a Verschrieben für fratris. ^b Davor et gestrichen. ^c Davor 'G' gestrichen. ^d 't' vor 'm' gestrichen.

¹ Thomas von Narni (bei Terni), sonst nicht nachweisbar.

² Lariano (bei Velletri), vgl. Silvestrelli, *Città*, I, 184 ff.

³ Ariccia, südlich vom Lago di Albano.

⁴ Gemeint sind wohl die hier unter Nr. 35 bzw. 36 registrierten Schreiben.

An dieser Stelle folgt im Register ein Brief Papst Bonifaz' VIII. Die anschließenden Nummern 37 (44) bis 41 (54) auf den Seiten 7r-8v sind identisch mit den Nummern 25 (26) bis 29 (36) und wurden somit hier nicht abgedruckt (dazu siehe Einleitung).

42 (55)

Martin ersucht den Vikar in der Romagna, Guillaume Durand, die Söldner aus der Campagna für einen weiteren Monat oder mehr unter dem vereinbarten Sold in päpstlichen Dienst zu nehmen, nachdem er darüber den Rektor Jean d'Eppe oder andere Getreue befragt hat. Wie er mit dem Sold für die französischen Ritter und Knappen verfahren soll, hat er ihm bereits mitgeteilt.

(Orvieto, 1281) August 26.

Reg. Vat. 42, fol. 9r

Magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro decano Carnoten. in spiritualibus provincie Romaniolae vicario.

Licet pridem per nostras litteras tibi expresse dederimus in mandatis, ut stipendiarios de Campanis² lapso spatio trium mensium in Romaniola³ per mensem alium vel alios retinens
5 illis stipendia impenderes consueta, tamen, ut ex iterato mandato advertas attentius, quam specialiter huiusmodi negotium insideat cordi nostro, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus prefatos stipendiarios Campaninos terminatis quatuor mensibus per unum mensem vel amplius sub stipendiis constitutis retineas inibi ad nostrum et ecclesie predictae servitium, prout requisito dilecti filii nobilis viri Johannis de Eppe⁴ rectoris dicte
10 provincie ac aliorum fidelium consilio videris expedire. De stipendiis autem Gallicis militibus et scutiferis persolvendis, quamdiu fuerit oportunum, modum et formam tibi nuper per nostras litteras direximus speciales.

VII. Kal. Septembris.

¹ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

² Campagna.

³ Romagna, vgl. Nr. 13 Anm. 5. - Die Auseinandersetzungen mit den Aufständischen dort im Sommer 1281 waren weitgehend erfolglos geblieben, vgl. Kiese wetter, *Eppe*, 30.

⁴ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 11.

43 (56)

Martin fordert den englischen König auf, den jährlich zu entrichtenden Zins von eintausend Mark Sterling für die letzten drei Jahre und dem laufenden Jahr dem in England weilenden päpstlichen Kammerkleriker Giffrid (von Vezzano) zu übergeben.

Orvieto, 1281 August 21.

Reg. Vat. 42, fol. 9r

Das Original dieses Stückes befindet sich im Public Record Office, vgl. Sayers, Original papal documents, Nr. 829 (siehe Einleitung). - Rymer, Foedera I, 195 - Potthast 21781; Bliss, Calendar, 475 - Vgl. Lunt, Financial relations, 161.

Martinus etc. Carissimo in Christo filio . . . regi Anglie illustri¹ salutem etc.

Quanto erga Romanam ecclesiam matrem tuam uberiori devotione novimus te fervere, tanto sinceritatem tuam ad ea, in quibus eidem ecclesie^a teneris ex debito, fiducialius nostris litteris excitamus sperantes, ut eo libentius et liberalius debitum ipsum solvas, quo ex hoc regium honorem studiosius prosequi et benevolentiam nostram uberius nosceris promerere.

Cum igitur census annuus mille margarum sterlingorum² a te, sicut nosti, predictae debeatur ecclesie fueritque iam per triennium proximum preteritum in ipsius solutione cessatum et etiam pro anno presenti terminando in proximo debeatur, serenitatem regiam requirimus et rogamus attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus eundem censum pro triennio predicto et isto presenti anno dilecto filio magistro Giffredo camere nostre clerico in Anglia commoranti³ nostro et ecclesie predictae nomine facias integre ac liberaliter assignari, ita quod nos id gratum habentes magnificentiam tuam possimus exinde merito commendare.⁴

Dat. apud Urbem veterem XII. kal. Septembris pontificatus nostri anno primo.

^a *Am Rand* pro censu Anglie.

¹ Eduard I., engl. König 1272-1307, vgl. M. Prestwich, *Edward I.*, London 1990.

² Gemeint ist der jährlich zu entrichtende Peterspfennig, vgl. dazu Lunt, *Financial Relations*, 3 ff.

³ Giffrid von Vezzano, Kammerkleriker, Kanoniker in Cambrai, von 1278 - 1299 ununterbrochen als Kollektor und päpstlicher Gesandter in England tätig, 1299 zum Bischof von Parma designiert, jedoch noch bis 1300 in England belegt, vgl. Lunt, *Financial relations*, 619; Göring, *Die Beamten*, 8.

⁴ Der hier eingeforderte Zins war kurze Zeit später gezahlt worden, wie eine Quittung Giffrids vom 8. November 1281 über 4000 Mark an den englischen König belegt, vgl. Lunt, *Financial relations*, 162.

44 (57)

Martin erteilt dem Kammerkleriker Giffrid den Auftrag, dem englischen König den Brief, in dem er diesen zur Zahlung des jährlichen Zinses für das laufende und die vergangenen drei Jahre auffordert, vorzulegen und zur Zahlung zu bewegen. Das empfangene Geld soll er den

genannten Florentiner und Sieneser Kammerkaufleuten übergeben. Den Empfang des Geldes soll er sich von diesen bestätigen lassen und das entsprechende Notariatsinstrument oder die Urkunde der päpstlichen Kammer übersenden.

(Orvieto, 1281 August 21).

Reg. Vat. 42, fol. 9r

Bliss, Calendar 475 - Vgl. Lunt, Financial Relations, 161.

Idem. Dilecto filio magistro Giffredo camere nostre clerico¹.

Cum carissimum in Christo filium nostrum regem Anglie illustrem² nostris litteris sub certa forma specialiter requiramus³, ut annum censum mille margarum sterlingorum, in quo pro triennio proximo preterito et etiam pro presenti anno in proximo terminando nobis et ecclesie Romane tenetur, pro eodem triennio et presenti anno tibi nostro et ecclesie Romane
5 nomine integre et liberaliter faciat assignari, volumus et presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus easdem litteras ex parte nostra regi representans eidem apud ipsum, ut de prefato censu iuxta litterarum ipsarum tenorem tibi nostro et dicte^a ecclesie^a nomine satisfaciat, insistas studio et sollicitudine oportunis censum ipsum dilectis filiis Durazo Uberti
10 de societate Rimbertinorum⁴, Medico Aliocti de societate Thomasii et Hugonis Spine⁵ ac Bartholomeo Marchi de societate Bonaventure Bernardini⁶ Florentin. et Senen. sociis mercatorum camere nostre assignaturus ad opus ipsius camere et recepturus^b de assignatione huiusmodi ab eis patentes ipsorum litteras sive publicum instrumentum, quod ad eandem
15 cameram per fidelem nuntium studeas destinare.

Dat. ut supra.

^a *Durch Verweiszeichen umgestellt.*

^b *Für recepturus.*

¹ Giffrid von Vezzano, vgl. zu ihm Nr. 43 Anm. 3.

² Eduard I., vgl. Nr. 43 Anm. 1.

³ Siehe den vorhergehenden Brief.

⁴ Die Florentiner Handelsgesellschaft der 'Rimbertini' findet sich unter Urban IV., dann wieder seit Nikolaus III. in päpstlichem Dienst, Durazo Uberti ist sonst nicht belegt, vgl. Jordan, *De mercatoribus*, 23 u.ö.

⁵ Die Florentiner Thomas Spiliati und Hugo Spine, bildeten etwa seit 1280 eine Sozietät, vgl. Jordan, a. a. O., 24 u.ö. - Medicus Aliocti ist noch unter Bonifaz VIII. belegt.

⁶ Ein anderer Name für die Sieneser Sozietät der 'Buonsignori', vgl. darüber M. Chiaudano, *I Rothschild del Duecento. La Gran Tavola di Orlando Bonsignori*, *Bulletino Senese di Storia Patria*, 6 (1935), 103 - 143.

45 (58)

Martin erteilt Giffrid die Vollmacht, den Empfang des Geldes [siehe Nr. 43] gegenüber dem englischen König im Namen des Papstes und der Kirche zu quittieren, nachdem dieser die fälligen Abgaben gezahlt hat.

(Orvieto, 1281 August 21).

Reg. Vat. 42, fol. 9r-9v

Vgl. zum Sachverhalt und zu den Personen Nr. 43. - Lunt, Financial Relations, 161.

Eidem. Cum super solutione annui census mille marcarum sterlingorum, in quo carissimus in Christo filius noster rex Anglie illustris per triennio preterito et etiam pro presenti anno in proximo terminando nobis et ecclesie Romane tenetur, tibi nostro et ipsius Romane ecclesie nomine facienda sub certa forma eundem regem per nostras litteras requiramus, nos de * discretionis tue industria^a plenarie confidentes faciendi eidem regi nostro et ecclesie prefate nomine refutationem plenariam de huiusmodi censu quatuor annorum, postquam de illo tibi nostro et ipsius ecclesie^c nomine fuerit integre satisfactum, plenam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem.

Dat. ut supra.

^a Korrigiert aus industrie. ^b Am Rand 'claus' (siehe Einleitung). ^c Davor et gestrichen.

46 (59)

Martin befiehlt Giffrid, dass er die ihm übersandte Vollmacht, mit der er den Empfang des vom englischen König zu entrichtenden Zinses quittieren kann, verbergen und nur unter der Bedingung verwenden soll, dass der König sonst die Zahlung verweigert oder verzögert. Benötigt er sie nicht, soll er sie tilgen und unter seinem Siegel an die päpstliche Kammer zurücksenden.

Orvieto, 1281 August 21.

Reg. Vat. 42, fol. 9v

Bliss, Calendar, 475 - Vgl. zu den Personen und dem Sachverhalt Nr. 43. - Lunt, Financial Relations, 161.

Eidem^a magistro Giffredo camere nostre clerico.

Cum super solutione annui census mille margarum sterlingorum, in quo carissimus in Christo filius noster . . . rex Anglie illustris pro triennio preterito et etiam pro presenti anno in proximo terminando nobis et ecclesie Romane tenetur, tam ei quam tibi nostras sub certa forma litteras destinemus¹, prout in eisdem litteris plenius prosperexeris^b contineri, nos, ne super hoc a dicto rege eo pretextu, quod faciendi sibi refutationem de huiusmodi receptione census nomine nostro et Romane ecclesie nulla est tibi facultas per easdem litteras attributa, aliquod ostaculum ingeratur vel eiusdem census solutio retardetur, faciendi refutationem et quitationem de dicto censu nostro nomine^c et prefate Romane ecclesie, posquam^d tibi de illo iuxta predictarum litterarum tenorem fuerit plenarie satisfactum, per litteras², quas sub bulla nostra tibi inclusas transmittimus, concedimus facultatem discretioni tue tenore presentium firmiter iniungentes, quatinus huiusmodi facultatem tibi concessam alicui non reveles nec litteris super ea confectis utaris nisi in eo casu dumtaxat, videlicet si prefatus rex propter dicte refutationis defectum huiusmodi census solutionem differret vel etiam retardaret. Si vero ex tali causa idem rex eandem solutionem non averterit vel non curaverit differendum, prefatas litteras cancellatas sub sigillo tuo ad nostram cameram per fidelem nuntium remittere³ non posponas^e.

Dat. apud Urbem veterem XII. kal. Septembris anno primo.

Die Briefe des ersten Jahrgangs

^a *Am Rand claus (siehe Einleitung).* ^b *Verschrieben für prospexeris.* ^c *davor nostro gestrichen.* ^d
Für postquam. ^e *Für postponas.*

¹ Siehe Nr. 43 - 45.

² Gemeint ist wohl der hier unter Nr. 45 registrierte Brief.

³ Damit sollte die Vollmacht nachweislich aus dem Verkehr gezogen und ihre Wiederverwendung verhindert werden.

47 (60)

Martin befiehlt dem Bischof (Benvenutus) von Gubbio, innerhalb von 15 Tagen nach Erhalt dieses Schreibens Rechenschaft über seine Tätigkeit als Zehntkollektor im Kirchenstaat abzulegen.

Orvieto, 1281 August 25.

Reg. Vat. 42, fol. 9v

Martinus etc. Venerabili fratri . . . episcopo Eugubin.¹ collectori decime Terre Sancte in Ducatu Spoletan.², Marchia Anconitan.³, Romaniola⁴, Massa Trabaria⁵ et Patrimonio beati Petri in Tuscia⁶ deputato salutem etc.

5 Statum negotii decimalis⁷, cuius executione tibi dudum apostolice sedis providentia
circumspecta commisit, scire per te ac ceteros, quibus in locis seu partibus aliis similiter
extitit ab eade^a facta commissio, plenius cupientes fraternitati tue per apostolica scripta
mandamus, quatinus infra quindecim dierum spatium a receptione presentium inchoandum
cum omnibus litteris, instrumentis aliisque scripturis quibuslibet super huiusmodi decime
10 collectione confectis seu illam contingentibus quoquomodo coram nobis comparere
procures de collectione predicta rationem plenariam, prout de beneplacito nostro processit,
redditurus.

Dat. apud Urbemveterem VIII. kal. Septembris pontificatus nostri anno primo.

^a *Verschrieben für eadem.*

¹ Benvenutus (von Orvieto), OFM, Bischof von Gubbio 1278-94, 1279-82 Collector decimarum, vgl. *Rationes decimarum*, Studi e Testi 148 (Marchiae), Sarti, *De episcopis Eugubinis*, 158 ff.

² Dukat Spoleto, vgl. Nr. 9 Anm. 2.

³ Mark Ancona, vgl. Nr. 5 Anm. 2.

⁴ Romagna, vgl. Nr. 13 Anm. 5.

⁵ Massa Trabaria, vgl. Nr. 7 Anm. 2.

⁶ Patrimonio beati Petri in Tuszien, vgl. Nr. 11 Anm. 2.

⁷ Gemeint ist der auf dem Konzil von Lyon 1274 ausgeschriebene Kreuzzugszehnte, vgl. B. Roberg, *Subsidium Terrae Sanctae, Konzil und Steuern*, *Annuario Historiae Conciliorum* 15 (1983), 96 - 158.

48 (61)

Martin ersucht den Podestà, den Rat und die Gemeinde Bolognas, entgegen ihrer Ankündigung weiterhin Söldner im Kampf gegen die Aufständischen in der Romagna zu unterhalten.

Orvieto, 1281 September 12.

Reg. Vat. 42, fol. 9v-10r

Martinus etc. . . potestati, consilio et comuni Bononien.¹ etc.

Meminimus vestre devotioni olim speciales litteras direxisse, quod stipendiariis, quos ante adventum nostri exercitus contra Guidonem de Montefiltro² eiusque sequaces rebelles ecclesie ac ad custodiam Faventie³ tenebatis, quousque negotium Romaniolae, quod cum
5 tantis expensis et sollicitudinibus prosequendum assumpsimus, optatum finem acciperet, continue stipendia^a solvere^b deberetis, quod, cum usque modo in liberali promptitudine duxitis^c adimplendum, devotionem vestram exinde in Domino plurimum commendamus.

Sane intellecto nuper, quod eosdem stipendiarios non intenditis ulterius ad vestra stipendia retinere, non sine tur*batione miramur, nam si debita meditatione pensatis, quot
10 et quanta pro eodem negotio, in cuius prosecutione non minus vestra et aliorum fidelium ipsius provincie quam Romane ecclesie utilitas procuratur, quantisque sollicitudinibus angimur et sedulis cogitationibus anxiamur, qualiter divina ministrante clementia prefatum negotium ad finem laudabilem perducatur, a prosecutione tam perutili et tam pia non
15 tepescerent corda vestra, set pro libertate vestra et exaltatione ipsius Romane ecclesie exponeretis liberalius vos et vestra.

Attendentes igitur, quod non decet vos mittere manus retro ad aratrum⁴, set potius ad anteriora respicere proficiendo de virtutibus in virtutes, universitatem vestram rogamus hortamur^d attente per apostolica vobis scripta nichilominus precipiendo mandantes, quatinus ad coaptandum vos nostris beneplacitis vestra studia efficaciter convertentes
20 prefatis stipendiariis usque ad consumationem prefati negotii, quam annuente Domino speramus in proximo, sic laudabiliter et continue studeatis de stipendiariis providere, quod nequaquam ex stipendiorum defectu videamini proprium comodum vestrum negligere vel a devotione sedis apostolice declinare, set potius per effectum operis evidenter comprobemini de bono in melius nostram et ipsius sedis benivolentiam exinde uberius
25 promereri.

Dat. II. id. Septembris.

^a 'i' vor 'p' über der Zeile einkorrigiert.

^b sollvere vor Korrektur.

^c Für duxeritis.

^d Davor et zu ergänzen.

¹ Bologna; in Bologna bestimmte zu dieser Zeit die papstfreundliche Partei der Geremei die Politik, vgl. Hessel, *Geschichte der Stadt Bologna von 1116- 1280*, Berlin 1910.

² Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

³ Faenza (bei Ravenna); Faenza war im Sommer 1281 von päpstlichen Truppen eingenommen worden, vgl. Kiese Wetter, *Eppe*, 30.

⁴ Vgl. Lk. 9, 62.

49 (62)

Martin befiehlt dem päpstlichen Vikar in der Romagna, Guillaume Durand, Bologna zu bewegen, weiterhin Söldner in dem Konflikt in der Romagna und zum Schutz Faenzas zu unterhalten. Anderenfalls soll er deren Sold selbst mit dem eigentlich für Bologna (insofern es sein Heer weiter unterhält) bestimmten Geld begleichen, das ihm durch die Kammerkaufleute geschickt wurde.

Orvieto, 1281 September 13.

Reg. Vat. 42, fol. 10r - Vgl. zu den Namen und dem Sachverhalt den vorhergehenden Brief.

Magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro decano Carnoten. vicario provincie Romaniolae in spiritualibus.

Intellecto nuper, quod Bononien.² stipendiariis, quos ad prosecutionem negotii Romaniolae et custodiam Faventie³ retinebant usque ad consumationem ipsius negotii, prout sperabamus, stipendia de cetero solvere non intendunt, eis super^a hoc sub certa forma dirigimus scripta nostra.⁴

Quare volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus apud ipsos^b ex parte nostra efficaciter et instanter insistas, quod eisdem stipendiariis persolvant stipendia usque ad consumationem negotii memorati. Quod si forte iidem Bononien. ad hoc per te conduci nequerint vel id facere recusarint, ne congregatus exercitus ex defectu stipendiorum dissolvatur in aliquo vel lentescat, volumus et mandamus, ut de pecunia, quam tibi per mercatores camere mandavimus Bononie assignari maxime exercitu ipso durante, solvas stipendia stipendiariis supradictis in hiis et aliis, que ad felicem prosecutionem prefati negotii expedire videris, oportunam cautelam et consuetam diligentiam adhibendo, ita quod tue sollicitudinis studium possimus exinde de bono in melius commendare.

Dat. id. Septembris.

^a 'u' über der Zeile nachgetragen.

^b Am Rand claus (siehe Einleitung).

¹ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

² Bologna.

³ Faenza (bei Ravenna).

⁴ Siehe den vorhergehenden Brief.

50 (63)

Martin sendet Petrus Sarracenus nach Benevent, um die Umstände zu untersuchen, die zur Erhebung gegen den Rektor Huguccio geführt haben und um gegen die Schuldigen (aber ohne Blutstrafen zu verhängen) vorzugehen. Wenn nötig, soll er dabei Karl von Anjou oder dessen Beamte um Hilfe bitten.

Orvieto, 1281 September 11.

Reg. Vat. 42, fol. 10r-10v

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Petro dicto Sarraceno¹ capellano nostro salutem et apostolicam benedictionem.

Miramur et merito nec indigne turbamur, dum illos in devium declinare^a percipimus, qui nostri et ecclesie Romane filii speciales tenetur^b se potius per^c ipsius ecclesie dirigere semitam mandatorum.²

5 Sane, sicut insinuatione dilecti filii Uguitionis³ rectoris civitatis Beneventan. ad ius et proprietatem Romane ecclesie pertinentis nuper audivimus, nonnulli homines civitatis ipsis^d posposito reverentie^e et fidelitatis debito, quo nobis et eidem ecclesie sunt astricti, frivola ex eo occasione assumpta, quod idem rector quosdam ex eis ad consulatus officium, 10 sicut nec debuit et nos expresse^f volumus, non admisit, ipsius rectoris regimini sibi auctoritate nostra de novo commisso temere opposites in iudicem ac familiares ipsius pro pacifico statu ipsorum hominum euntes per terram, ne aliquis arma portare presumeret, * sollicite indagando, armata manu irruere nonnullos ex eis usque ad sanguinis effusionem percutere aliasque gravibus^g provocare iniuriis et offensis non sine nostra et apostolice 15 sedis iniuria^h eos insequendo per terram nequiter presumpserunt.

Ne igitur tanta temeritas pertranseat impunita et aliis prebeat perniciosum exemplum talia committendi, set potius ipsorum insolentia per oportuna remedia comprimatur, ut, quos a devotione nostra et ipsius ecclesie ingrata seducitⁱ astutia, reducat debite vexationis asperitas ad iudicium rationis, volumus et presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus 20 ad civitatem ipsam te personaliter conferens et super premissis et aliis, que circa huiusmodi presumpstorum excessus inquirenda videris, inquisitionem faciens diligentem sic contra homines ipsius terre communiter et singulariter, quos culpabiles esse repereris, spiritualiter et temporaliter citra penam sanguinis auctoritate nostra procedas, quod pena docente doleant se excessus huiusmodi commisisse et ceteri a similibus in posterum arceantur, ad 25 hoc, si necesse fuerit, carissimi in Christo filii nostri C. regis Sicilie illustris⁴ eiusque officialium auxilio invocato.

Nos enim sententias sive penas, quas propter hoc rite tuleris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari.

30 Dat. apud Urbem veterem III id. Septembris pontificatus nostri anno primo.

Die Briefe des ersten Jahrgangs

^a *Am Rand commissio inquisitionis super quibusdam excessibus.* ^b *Für tenentur.* ^c *Davor se gestrichen.*
^d *Verschrieben für ipsius.* ^e *Davor debite gestrichen.* ^f *Über der Zeile nachgetragen.* ^g *Über der Zeile nachgetragen.* ^h *Über der Zeile nachgetragen.*
ⁱ *Korrigiert.*

¹ Petrus Sarracenus, unter Nikolaus III. als päpstlicher Kaplan belegt (vgl. Baethgen, *Päpstliche Hof- und Finanzverwaltung*, 196), 1287 Bischof von Vicenza, 1289 Vikar in geistlichen Angelegenheiten in der Romagna, vgl. Waley, *Papal State*, 322.

² Vgl. Ps 26.11 bzw. 118.35

³ Huguccio Marcioli (Bürger von Florenz, vgl. Potthast, Nr. 21786), vgl. zur geschilderten Auseinandersetzung O. Vehse, *Benevent als Territorium des Kirchenstaates bis zum Beginn der avignonesischen Epoche*, QFIAB 23 (1931-1932), 115 f.

⁴ Karl I. von Anjou, zu ihm siehe Nr. 25 Anm. 5.

51 (64)

Martin befiehlt den Einwohnern Benevents, seinen Gesandten Petrus Sarracenus bei seinen Untersuchungen zu unterstützen und seinen Anweisungen nachzukommen.

Orvieto, 1281 September 13.

Reg. Vat. 42, fol. 10v

Vgl. zu den Personen und zum Sachverhalt Nr. 50. (Danach sind die hier abgekürzten Teile zu ergänzen).

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis populo Beneventan. salutem et apostolicam benedictionem.

Miramur et merito nec indigne turbamur etc. usque^a iudicium rationis verbis competenter mutatis^a.

5 Dilecto filio Petro dicto Sarraceno capellano nostro damus nostris litteris in mandatis, ut ipse ad civitatem ipsam se personaliter conferens etc. verbis competenter mutatis usque invocato.

10 Quocirca universitati vestre per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatinus eundem capellanum, inmo potius nos in^b ipso recipientes benigne et honorifice pertractantes, sic sibi circa premissa in singulis, super quibus vos ex parte nostra requisiverit vobisque mandaverit, favorabiliter assistere ac efficaciter obedire curetis, quod devotionem vestram possimus exinde merito commendare.

15 Alioquin sententias sive penas, quas spiritualiter vel temporaliter propter hoc rite tulerit vel^c statuerit^c in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore^d appellatione remota usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Dat. apud Urbeveterem id. Septembris pontificatus nostri anno primo.

^{a-a} *Durch Verweiszeichen umgestellt* (verbis competenter mutatis usque iudicium rationis vor Korrektur).

^b *Über der Zeile nachgetragen.*

^{c-c} *Über der Zeile nachgetragen.*

^d *Zu ergänzen: Domino.*

52 (65)

Martin verbietet den Einwohnern Benevents unter Androhung der Exkommunikation, Konsuln zu wählen bzw. die bereits Gewählten anzuerkennen und befiehlt ihnen, stattdessen dem vom Papst eingesetzten Rektor zu gehorchen.

Orvieto, 1281 September 10.

Reg. Vat. 42, fol. 10v-11r

Muratori, Antiquitates IV, S. 63 - Potthast 21786 - Vgl. zu den Personen und zum Sachverhalt Nr. 50. - Dieser Brief wurde am 9. Oktober 1281 auf Veranlassung des päpstlichen Gesandten Petrus Sarracenus in der Kirche Santa Maria in Benevent öffentlich verlesen (siehe Einleitung).

Martinus^a episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis populo Beneventan. salutem et apostolicam benedictionem.

Nuper non absque plurima turbatione accepimus, quod ad enervationem iurisdictionis et pleni domini, quod ecclesia Romana in vobis et civitate vestra habere dinoscitur, indebite asperirantes^b pretextu cuiusdam^c abusus, qui dici debet merito corruptela, quosdam ex vobis^d assumptis ad officium consulatus, qui regimini terre se inpudenter ingerunt, et quominus rector^l in eadem civitate a sede apostolica deputatus commissum sibi regimen libere valeat exercere, multipliciter impediunt et perturbant non sine nostra et ecclesie Romane manifesta iniuria, gravi preiudicio et conteptu^e.

Cum igitur nostra intersit super hoc de oportuno remedio providere nec velimus^f sicut nec debemus circa dominium civitatis eiusdem habere participem vel consortem, universitatem vestram monemus vobis sub pena excommunicationis, quam singulos, qui contra huiusmodi mandatum nostrum in hac parte venire presumpserint, incurrere volumus ipso facto, districte precipiendo mandamus, quatinus huiusmodi consules, quorum occasione plerumque seditionis^g materia suscitatur, vel aliquos alios - quocumque nomine censeantur adgerendum vel exercendum in civitate vestra officium consulatus seu alterius iurisdictionis - assumere vel creare nullatenus presumatis nec * assumptis in aliquo obedire, set potius rectori, qui nunc est in ipsa civitate et pro tempore fuerit a sede apostolica deputatus, parere ac intendere humiliter studeatis.

Nos enim^h exnunc decernimus irritum et inane, si secus a vobis vel vestrum aliquibus super hiis attemptatum est hactenus vel in posterum contigeritⁱ attemptari^k.

Dat. apud Urbem veterem III. id. Septembris pontificatus nostri anno primo.

^a Daneben am Rand Andreas (siehe Einleitung).

^b Verschrieben für aspirantes.

^c Verschrieben für cuiusdam.

^d 'o' über der Zeile nachgetragen.

^e Verschrieben für contemptu.

^f Verschrieben für volumus.

^g Für seditionis.

^h Über der Zeile nachgetragen.

ⁱ Davor

fälschlicherweise 'con'. ^k 'p' über der Zeile einkorrigiert.

^l Gemeint ist Huguccio Marcioli, siehe Nr. 50.

53 (66)

Martin befiehlt Guillaume Durand und Jean d'Eppe, im bevorstehenden Winter eine genügend große Anzahl französischer Söldner, Söldner aus der Campagna und andere Getreue der Kirche - Fußsoldaten und Berittene - zur Bekämpfung der Aufständischen in der Romagna zu unterhalten, nachdem sie sich darüber mit Erzbischof (Bonifacio) von Ravenna, Tadeo, dem Grafen von Montefeltro und Urbino, sowie Balduino di Supino beraten haben. Die übrigen Söldner sollen sie entlassen.

Orvieto, 1281 Oktober 2.

Reg. Vat. 42, fol. 11r

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 400 - Potthast 21792

Martinus etc. Dilectis filiis magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro decano Carnoten. vicario in spiritualibus et nobili viro Johanni de Epa² rectori provincie Romaniolae salutem etc.

Cum secundum varietatem temporis in imminentibus^a negotiis provincie Romaniolae³ sit accuratius providendum, considerantes, quod hostes Romane ecclesie in eadem provincia propter supervenientis yemis intemperiem non possent sine fidelium magno incomodo per campestrum exercitum impugnari, ut eis, quos Dei timor a malo non revocat, non desit continua vexatio discipline quodque fideles ecclesie in ipsis partibus possint ab eorum incursibus salubriter preservari, volumus et presentium vobis auctoritate mandamus, quatinus cum venerabili fratre nostro . . archiepiscopo Ravennat.⁴ ac dilectis filiis nobilibus viris Tadeo comiti Montisfiltri et Urbini⁵ et Balduino de Supino⁶ deliberatione prehabita diligenti de Gallicis et Campanis ac aliis quibuscumque ecclesie Romane fidelibus et expertis illam quantitatem militum et equitum, quorum quilibet tres vel duos equos ad minus habeat, sub congruis stipendiis conducere procuretis, per quos possit dictorum hostium obstinata superbia conteri et eorundem fidelium loca et bona in statu securo et pacifico preservari licentiatis^b aliis stipendariis, quos ad presens non videritis necessarios ad stipendia ecclesia retinere proviso attentius, quod illam adhibeatis circa predictum negotium, quod totum circumspectioni vestre committimus, oportunam diligentiam et cautelam, quod nichil de contingentibus in eo, quod ad utilem et felicem prosecutionem ipsius negotii pertineat, omittatur.

Dat. apud Urbem veterem VI. non. Octobris pontificatus nostri anno primo.

^a Daneben am Rand ein Kreuz.

^b Verschrieben für licentiatis.

¹ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

² Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 11.

³ Vgl. Nr. 13 Anm. 5.

⁴ Bonifacio Fieschi di Lavagna, O.P., Neffe Innozenz' IV., Erzbischof von Ravenna 1275 - 94, vgl. DHGE XVI, 1430 ff. (E. Ragni).

⁵ Vgl. Nr. 25 Anm. 1.- Er war der Anführer der Guelfen in der Romagna.

⁶ Aus Supino bei Frosinone. 1283 Kapitän von Gaeta (RA, 26, 146), Familiar Karls II. von Anjou, 1285 - 1289 Kapitän von Neapel (RA, 28 - 30, 41, 87).

54 (67)

Martin befiehlt Guillaume Durand und Jean d'Eppe - nachdem er sich darüber mit Karl I. von Anjou beraten hat - im bevorstehenden Winter so viele Söldner in der Romagna zu unterhalten, dass ihre Anzahl die der Aufständischen übertrifft, um diese so wirksamer zu bekämpfen und die eigenen Anhänger zu schützen.

Orvieto, 1281 Oktober 2.

*Reg. Vat. 42, fol. 11r-11v
Vgl. zu den Personen Nr. 53.*

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis magistro Guillelmo Duranti capellano nostro decano Carnoten. vicario in spiritualibus ac nobili viro Johanni de Epa rectori provincie Romaniolae salutem et apostolicam benedictionem.

Licet nuper vobis sub certa forma nostris litteris dederimus in mandatis, ut de Gallicis et
5 Campanis et aliis fidelibus quibuscumque illam quantitatem militum et equitum, per quos fideles ecclesie in partibus Romaniolae in statu securo et pacifico conservari et rebellium obstinata protervia edomari instanti tempore yemali valerent, prout vobis, quorum dispositioni id totum commisimus, videretur expediens, retinere sub congruis stipendiis curaretis, ne tam^a huiusmodi negotium, quod tantis sollicitudinibus et expensis
10 assumpsimus prosequendum, defectum aliquem patiatur, communicato consilio cum carissimo in Christo filio nostro C. Sicilie rege illustri¹, qui precipue in talibus ex innata industria et longo exercitio est expertus, providimus vobis super hoc nostrum beneplacitum per iteratas litteras efficacius aperire.

Quare volumus et presentium vobis tenore firmiter precipiendo mandamus, quatinus ad
15 tuitionem fidelium et impugnationem dictorum hostium vestros animos exquisitis studiis convertentes tot et tantos milites et equites de predictis retinere ad servitium nostrum et Romane ecclesie in dictis partibus sub congruis camere nostre stipendiis vel de novo conducere procuretis, quod ubique ipsorum rebellium viribus a nostris stipendiariis superatis, nedum eis omnino precludatur offendendi * materia, set potius continuis
20 impugnationibus arceantur, idemque stipendiarii intrepide valeant ipsam provinciam absque eorundem rebellium obstaculo, cum opus fuerit, circuire.

Dat. apud Urbemveterem VI. non. Octobris pontificatus nostri anno primo.

^a *Verschrieben für* tamen.

¹ Karl I. von Anjou, vgl. zu ihm Nr. 25 Anm. 5.

55 (68)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Todi unter Strafandrohung, die Übergriffe auf für die Kurie bestimmte Lebensmitteltransporte zu unterlassen und die Schäden aus früheren Überfällen innerhalb von vier Tagen nach Erhalt des Schreibens den Geschädigten zu ersetzen.

Orvieto, 1281 Oktober 2.

Reg. Vat. 42, fol. 11v

Martinus episcopus servus servorum Dei. . . potestati, consilio et communi Tudertin.¹ spiritum consilii sanioris.

Non absque plurima turbatione accepimus, quod postpositis, immo sprete ecclesie Romane ac nostris reverentia et honore vos ad nos et Romanam ecclesiam devotionem
5 debitam non habentes homines ad nostram curiam cum grassia venientes, quominus grassiam ipsam libere portare valeant, pro vestre voluntatis arbitrio, dum per districtum vestrum transeunt, impeditis interdum aliquos capiendo ex eis et^a rebus propriis spoliando eis alias pluribus et diversis gravaminibus et iniuriis inrogatis.

Cum igitur non deceat vos hec admittere, que in tam manifestam nostram et apostolice
10 sedis iniuriam et contemtum redundant et omnium sequentium curiam preiudicium et gravamen, set, si recto iudicio pensaretis, potius de bonis vestris, que sunt victui oportuna, ad eandem curiam transmittendis illorum portitoribus pro nostra et dicte sedis reverentia deberetis vos favorabiles exhibere, universitati vestre sub pena ad nostrum arbitrium inferenda per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatinus ab huiusmodi
15 molestiis et iniuriis de cetero penitus abstinentes ac illis, qui de vobis nuperime sunt conquesti, restituentes ablata integre cum dampnis et expensis, quas propter hoc sustinuerunt, infra IIII dies post receptionem presentium, omnes alios undecumque victualia ad predictam curiam deferentes per districtum vestrum pretextu alicuius ordinationis seu statuti vestri, quod quoad hoc nullius existere decernimus firmitatis,
20 impedire nullatenus presumatis.

Alioquin contra vos spiritualiter et temporaliter, prout vestra contumacia seu inobedientia exegerit, procedemus.

Dat. apud Urbem veterem VI. non. Octobris pontificatus nostri anno primo.

^a ut vor Korrektur.

¹ Todi (bei Perugia); 1281 wird Monaldo di Ugolino (aus Perugia) als Podestà genannt, vgl. G. Ceci, *Todi nel Medio Evo*, (Todi 1897), 172.

56 (69)

Martin ersucht Jean d'Eppe, bei den Auseinandersetzungen in der Romagna den Bürger Riminis, Malatesta de Verruchio, besonders zu achten und seinen Rat zu suchen, damit Rimini auch in Zukunft die päpstliche Seite unterstützt.

Orvieto, 1281 Oktober 9.

Reg. Vat. 42, fol. 11v-12r

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio nobili viro Johanni de Eppe¹ rectori provincie Romaniolae salutem et apostolicam benedictionem.

Transmissarum nobis nuper tue devotionis litterarum serie intellecta sollicitudinis tue studium, cum in commisso tibi regimine assistente tibi gratia Salvatoris per generalem exercitum et alios exquisitos modos contra rebelles ecclesie ea, que honorem et exaltationem sancte Romane ecclesie prospicere dinoscuntur, fueris laudabiliter et magnifice prosecutus et adhuc etiam prosequaris et super eo, quod apud Ariminum² te personaliter contulisse vexaturum acrius indomitam proterviam hostium per easdem tuas litteras intimasti, multipliciter comendamus sperantes in illo, qui in sui dispositione non fallitur, quod per tue laudende industrie argumenta processus tuos felicioris fortune auspiciis diriget et iuvabit.

Sane nobilem virum Malatestam de Verrucule civem Ariminen.³ virum utique ab antiquo in devotione ecclesie radicatam, qui pluries nobis et ecclesie Romane obtulit per se et suos in instantis prosecutione negotii Romaniolae sue devotionis obsequia exhibere, per te honorari volumus in agendis sua consilia requirendo, prout negotiorum exegerit qualitas * et tue circumspeditioni videbitur expedire. Nos enim speramus, quod commune Ariminen. eius cooperante studio super inpugnatione hostium predictorum mandatis tuis devote obedient et intendent. Tu ergo in hiis, fili carissime, confortare in Domino et sollicitudinis tue laudanda principia solita vigilantia prosequaris, ut commisso tibi ministerio Deo propitio laudabiliter procedente preter divine retributionis premium nostram et apostolice sedis benevolentiam uberius exinde in tuis profectibus merearis.

Dat. apud Urbem veterem VII. id. Octobris pontificatus nostri anno primo.

¹ Jean d'Eppe, zu ihm vgl. Nr. 25 Anm. 11.

² Rimini.

³ Malatesta de Verrucchio (* 1212, † 1312), vgl. zu ihm A. Vasina, in: *Enciclopedia Dantesca, III*, (1971), 784 f., G. Franceschini, *I Malatesta*, Varese 1973, 45 ff. Malatesta galt als Anhänger des Papstes („qui optime et fidenter partem ecclesie semper tenuit“ urteilt Salimbene de Adam, *Chronica*, hrsg. von Holder-Egger, MGH SS. 32, S. 346 über ihn.).

57 (70)

Martin fordert den Bürger Riminis, Malatesta Verruculo, auf, den Rektor Jean d`Epe im Kampf gegen die Feinde der Kirche zu unterstützen und ihm das Wohlwollen der Rürger Riminis zu sichern.

Orvieto, (1281 Oktober 9).

Reg. Vat. 42, fol. 12r

Baluze, Miscellanea III, 408 = Tonini, Rimini III, 631 - Potthast 21799 - Vgl. zu den Personen Nr. 56.

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio nobili viro Malateste de Verruculo civi Ariminen. salutem et apostolicam benedictionem.

Devotionis tue litteras gratanter recepimus et, que continebant, intelleximus^a diligenter, tuam devotam sollicitudinem in Domino plurimam commendantes, quod dilectum filium
5 nobilem virum Johannem de Epa rectorem provincie Romaniolle a civibus Ariminen. fidelibus nostris procurasti honorifice recipi ac eorum corda super inpugnandis hostibus ecclesie oportunis studiis direxisti.

Cupientes igitur, ut urbatus^b status dicte provincie reducatur ad statum prosperum et
10 tranquillum,¹ nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente tibi per apostolica scripta mandantes, quatinus prefato rectori per te et tuos assistens viriliter cum^c salubribus dirigendo consiliis et oportunis favoribus prosequendo super inpugnatione hostium predictorum, prout idem rector ordinaverit, apud ipsos cives et quoscumque alios sic, prout cepisti, sollicite et vigilanter assistas et cuncta, que utiliter agenda fuerint, exequaris, quod
15 huiusmodi negotio tuo et aliorum fidelium suffulto suffragiis annuente Domino feliciter procedente tibi apud Deum divine retributionis premium augeatur, ut nos, qui ex tue devotionis studiis prefatum negotium votive iocunditatis successibus speramus in Domino prosperari, in tuis et tuorum profectibus nostram et apostolice sedis gratiam exinde uberius merearis.

Dat. apud Urbemveterem ut supra.

^a Davor 'd' gestrichen.

^b Verschrieben für turbatus (Lücke für 't' freigelassen).

^c Davor cum oder et gestrichen.

¹ Die Auseinandersetzungen in der Romagna mit den Aufständischen waren aus päpstlicher Sicht bisher weitgehend erfolglos verlaufen, vgl. Kiese Wetter, *Eppe*, 30.

58 (71)

Martin befiehlt Malatesta de Verruculo unter Androhung der Exkommunikation und des Verlustes aller kirchlichen Gnaden und Vorrechte, die Abmachungen, die er mit Guido von Montefeltro bezüglich der Hochzeit seiner noch nicht zweijährigen Tochter mit einem Sohn

Guidos getroffen hat, nicht zu erfüllen, sondern zu widerrufen und befreit ihn von dem geleisteten Eid.

Orvieto, (1281 Oktober 13).

Reg. Vat. 42, fol. 12r-12v

Baluze, Miscellanea III, 408 = Tonini, Rimini III, 632 - Potthast 21800

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto nobili^a viro Malateste de Verruculo¹ civi Ariminen. salutem et apostolicam benedictionem.

Etsi ovis morbida, ne alias inficiat², excludenda est ab ovili, multo fortius is, qui ab unitate ecclesie segregatus, ne alios sua fetiditate corrumpat, est a consortio fidelium repellendus.

5 Dudum siquidem, prout intelleximus, inter te et Guidonem de Montifeltro³ persecutorem Romane ecclesie manifestum de tradenda quadam filia tua, que nondum duos annos complevit, nuptui uni ex ipsius Guidonis filiis, quedam promissiones et pacta invicem intervenisse dicuntur, super observationem ipsorum hinc inde prestitis iuramentis. Et licet ad contrahendum huiusmodi parentelam pro habenda pace cum dicto^b Guidone, qui tunc in devotione ecclesie, licet ficta, existere videbatur⁴, forsan ex certis causis duxeris aspirandum, quia tamen postmodum idem Guido preconceptum furorem sue perfidie adversus sanctam Romanam ecclesiam matrem suam flatibus accenditis^c pestiferis^d totam provinciam Romaniolae pleno iure ad eandem ecclesiam pertinentem tyrannica taliter concitavit, honori tuo expedire non credimus nec saluti, ut tu, qui inter alios fideles earundem partium zelo sinceritatis et fide precipuus reputaris, cum homine tam in pio tam scelesti procedas ad consumationem huiusmodi parentelam.

15 Volentes igitur ex officio nostro super hiis tam * tue saluti quam bono statui prefate provincie paterna diligentia providere tibi presentium tenore sub pena excommunicationis, quam, si mandatum nostrum in hac parte adimplere contempseris, ipso facto te^e incurrere volumus, et ammissionis omnium gratiarum et libertatum, quas a Romana habes ecclesia, districte precipiendo mandamus, quatinus easdem promissiones et pacta super parentela huiusmodi contrahenda, sicut nostram et apostolice sedis caram habes gratiam in aliquo, non impleas nec observes, set potius ea revoces et dissolvas iuramento, siquod super illis observandis per te vel alium prestitisti, aliquatenus non obstante.

25 Nos enim te ab huiusmodi iuramenti observatione apostolica auctoritate absolvimus et te ad illud servandum perpetuo volumus non teneri.

Dat. apud Urbem veterem ut supra.⁵

^a Davor fehlt filio.

^b Davor domino gestrichen.

^c Verschrieben für accendens.

^d Über der Zeile.

^e Korrigiert aus et.

¹ Zu ihm Nr. 56 Anm. 2.

² Vgl. *Decretum Gratiani* D. 45 c. 17 (Friedberg, *Corpus Iuris Canonici*)

³ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

⁴ Eine solche Heiratsabsprache war zwischen Guido und Malatesta 1280 getroffen worden, als in der Romagna allgemeiner Friede herrschte, vgl. Franceschini, *I Montefeltro*, 97.

⁵ Das Datum ist wohl identisch mit dem nachfolgenden Brief, der mit dem vorliegenden in engem Zusammenhang steht, vgl. Pásztor, *Registro camerale*, 248, Anm. 8.

59 (72)

Martin ersucht Malatesta de Verruculo, sich nicht durch die wegen der versprochenen Ehe zwischen seiner Tochter und einem Sohn Guidos von Montefeltro angedrohten Strafen in seiner Ergebenheit gegenüber der Kirche beirren zu lassen.

(Orvieto), 1281 Oktober 13.

Reg. Vat. 42, fol. 12v

Baluze, Miscellanea III, 409 = Tonini Rimini III, 633- Potthast 21803 - Zu den Personen vgl. Nr. 57

Malateste de Verrucula civi Ariminen.

Si in litteris nostris¹, quas super quibusdam promissionibus^a inter te et Guidonem de Montefiltro occasione cuiusdam parentele inter quandam tuam filiam et eius filium contrahende habitis tibi sub certa forma dirigimus, graves penas duximus inserendas, tua devotio non turbetur^b, nam id ex causa fecimus videlicet, ut exinde rationabiliori causa inductus devotius mandatis nostris obedias et apud tuos emulos^c reputeris propterea excusatus.

Dat. III. id. Octobris.

^a Korrigiert.

^b Am Rand 'claus' (siehe Einleitung).

^c Für emulos.

¹ Siehe Nr. 58.

60 (73)

Martin ersucht alle kirchlichen Personen wie Institutionen, seinen Gesandten Raymundus Aggerii, sofern er durch ihr Territorium kommt, freundlich aufzunehmen, für sicheres Geleit zu sorgen und ihm für seinen Unterhalt am Festland täglich 50 Schilling Turnosen zukommen zu lassen, in England jedoch 55.

Orvieto, 1281 Oktober 15.

Reg. Vat. 42, fol. 12v

Delaville le Roulx, Cartulaire, Nr. 3769.

Martinus episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbiteris, plebanis et aliis ecclesiarum prelatibus et eorum vices gerentibus ac ecclesiasticis personis, religiosis et aliis ecclesiarum capitulis et conventibus exemptis et non exemptis, Cisterciens., Cluniacens., Premonstratens., Camaldulens., Vallis Ambrosae¹, Cruciferorum², sancti Benedicti, sancti Augustini, sancti Guillelmi³ et aliorum ordinum necnon magistris et preceptoribus militie Templi et hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani. et beate Marie Theutonicorum, ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem.

10 Cum dilectum filium magistrum Raymundum Aggerii decanum Anicien.⁴ cappellanum
^aet nostrum^a nuntium latorem presentium, de cuius industria et circumspectione
confidimus, pro quibusdam ecclesie Romane negotiis⁵ transmittamus, universitatem
vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta districte precipiendo
mandantes, quatinus dictum nuntium, cum per partes vestras transitum fecerit, ob
15 reverentiam apostolice sedis et nostram benigne recipientes et honeste tractantes eundem,
sibi pro quolibet die in viginti soldis Turonen. citra mare anglicanum, in Anglia vero in
viginti quinque soldis eiusdem monete pro suis necessariis et de securo conductu in eundo,
^bredeundo et^b morando liberaliter providere curetis, ita quod devotionem vestram exinde
commendare merito debeamus.

20 Alioquin sententiam, quam ipse per se vel per alium ritite^c tulerit in rebelles, ratam
habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione
remota inviolabiliter observari non obstante, si aliquibus est ab eadem sede indultum, quod
legatis vel nuntiis^d sedis ipsius aliquam procuracionem exhibere vel in ipsa contribuere, nisi
ad eos declinaverint, minime teneant, seu quod interdici, suspendi vel excommunicari^d non
25 possint per litteras apostolicas, que de indulto huiusmodi totoque tenore ipsius plenam et
expressam non fecerint mentionem, seu aliquibus privilegiis vel indulgentiis quibuscumque
personis, locis vel ordinibus sub quavis forma verborum ab eadem concessis, que nullis in
hac^e parte volumus suffragari et de quibus totisque tenoribus in nostris litteris similis
mentio sit habenda et per que presens mandatum nostrum quomodolibet valeat impediri
presentibus post novem menses minime valituris.

30 Dat. apud Urbemuetrem id. Octobris pontificatus nostri anno primo. *

^{a-a} Durch Zeichen umgestellt. ^{b-b} durch Zeichen umgestellt. ^c Verschrieben für rite ^{d-d} am Rand mit
Verweiszeichen nachgetragen. ^e Nachträglich eingefügt.

¹ Vallombrosaner.

² Die italienischen Kreuzherren, ein von einem Kreuzfahrer Cleto in Bologna gegründeter Hospitaliterorden (1169 von Alexander III. bestätigt), vgl. *Italia Pontificia*, V 284 f.

³ Wilhelmiten.

⁴ Raymundus Aggerii, seit 1272 als Dekan von Le Puy (Dép. Haute - Loire) und päpstlicher Kaplan belegt, vgl. *Registres Gregor X.*, Nr. 109, † vor 1295 Februar 13, vgl. *Registres Bonifaz VIII.*, Nr. 18.

⁵ Raymundus hatte die Aufgabe, beim englischen König die Freilassung des von diesem gefangengehaltenen päpstlichen Kaplans Amalrich de Montfort zu erwirken, vgl. *Registres Martin IV.*, Nr. 18. Er war schon 1280 in der gleichen Mission unterwegs gewesen, vgl. *Registres Nikolaus III.*, Nr. 130.

61 (74)

Martin befiehlt Guillaume Durand und Jean d'Eppe, die reuigen Grafen von Modigliana unter gerechten und ehrenhaften Bedingungen wieder in den Schoß der Kirche aufzunehmen.

Orvieto, 1281 Oktober 13.

Reg. Vat. 42, fol. 13r

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro decano Carnoten. et vicario in spiritualibus et nobili viro Johanni de Epa² rectori provincie Romaniolae salutem et apostolicam benedictionem.

Benigna mater ecclesia pietatis ubertate fecunda et misericordie non oblita sic erga filios materne dilectionis effundit et dilatat affectum sicque delectatur in conversione peccantium, quod illos etiam ad gratie sue gremium non aspernatur admittere, qui deceptiva^a suggestionem delusi ab illius unitate recedere vel eam provocare molestiis aut iniuriis afficere presumpserunt. Decet enim, ut ipsa clementi benignitate circa singulos affluat, que preminet omnibus plenitudine potestatis.

Licet igitur nobiles viri comites de Mutilliana³ veluti sub dampnabili via impiorum orbitate seducti filiali devotione postposita et fidelitatis debito non servato adversariis^b dicte matris ecclesie, videlicet Guidoni de Montefiltro⁴ persecutori ipsius ecclesie manifesto eiusque sequacibus adhererint et eidem matri graves iniurias irrogarint, ut tamen lapsis implorantibus veniam, quibus perniciosi casus extremas iniuriam^c minari dinoscitur, manus apostolici presidii porrigatur, nos de vestra circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus dictis comitibus ad ipsius mandatum ecclesie redeuntibus pendentes apostolice sinum mansuetudinis vice nostra ipsos ad gratiam apostolice sedis et nostram recipiatis benigne conditionibus iustis et honestis adhibitis, quas pro honore ecclesie illibate ac integre conservando vestra circumspectio viderit expedire, quod, si laudabilium operum exhibitione monstraverint nobis et eidem ecclesie se devotos ac fidei puritate sinceros, circa remissionem seu congruam diminutionem penarum, quas exinde incurrerunt, et alias erga comodum et honorem eorum divina favente clementia benignitate solita intendemus.

Dat. apud Urbem veterem III. id. Octobris pontificatus nostri anno primo.

^a 'va' über der Zeile nachgetragen.

^b variis über der Zeile nachgetragen.

^c Für iniuriam.

¹ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

² Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

³ Modigliana, Prov. Ravenna; Die Grafen von Modigliana, seit 1274 als Anhänger Guidos von Montefeltro bezeugt, wechselten Ende 1280 nach der Eroberung Faenzas durch die Guelfen jedoch die Fronten, vgl. Franceschini, *I Montefeltro*, 98.

⁴ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm. 3.

^a 'va' über der Zeile nachgetragen.

^b variis über der Zeile nachgetragen.

^c Für iniuriam.

62 (75)

Martin fordert den Grafen (Guido) Salvatico auf, die Burg Dovadola (?), die er gemeinsam mit dem Grafen von Rome(n)a besitzt, für eine gewisse Zeit dem Rektor der Romagna, Jean d'Eppe, zu überlassen, damit die Feinde der Kirche besser bekämpft werden können.

Orvieto, 1281 Oktober 13.

Reg. Vat. 42, fol. 13r.

Martinus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio nobili viro . . comiti Saluatico¹ nostro et ecclesie Romane fideli salutem et apostolicam benedictionem.

Quia ex innata tibi devotione ac fide, quam ad nos et Romanam habes ecclesiam, erga nostra et eiusdem ecclesie obsequia speramus te prompta magnanimitate animosum et
5 vigilem invenire quodque in hiis, precipue que agenda supersunt, circa prosecutionem instantis negotii Romaniote, quod vehementer cordi nostro insidet, liberali promptitudine desiderii apostolicis eo amplius te coaptas, quo negotii qualitate inspecta illud nostris
10 sensibus specialius noveris inherere, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente tibi nichilominus per apostolica scripta mandates^a, quatinus dilecto filio nobili viro Johanni de Epa² rectori dicte provincie castri^b Doaldule³, quod una cum nobili viro . . comite de Romea⁴ comuniter diceris obtinere, ad requisitionem eiusdem rectoris ad certi temporis spatium, prout petierit, liberaliter assignare procures, ut ibidem tamquam in tuto loco se fideles ecclesie receptantes hostium predicte ecclesie possint facilius obviare conatibus ac
15 impleturus, quod sinceritatis affectus, quem ad nos et prefatam ecclesiam habere dinosceris, per effectum operis appareat evidenter nosque devotionem tuam^c possimus exinde in Domino merito commendare.

Dat. apud Urbem veterem III. id. Octobris pontificatus nostri anno primo.

(76)

20 *Gleichlautender Befehl für den Grafen von Rome(n)a.*

In eundem modum fuit scriptum nobili viro . . comiti de Romea usque in finem. *

^a *Verschrieben für mandantes.* ^b *Verschrieben für castrum.* ^c *davor vestram gestrichen.*

¹ Guido Salvatico, aus dem Grafengeschlecht der 'Guidi', (Sohn des Grafen von Dovadola, Ruggero, vgl. Stammtafel bei B. Stahl, *Adel und Volk im Florentiner Duegento*, Köln 1965, 34. 1282 und 1287 ist er als Podestà in Siena belegt, 1282 Kapitän der guelfischen Truppen in der Toskana, vgl. Davidsohn, *Geschichte*, 2, S. 235.

² Jean d'Eppe, siehe Nr. 25.

³ Dovadola, ca. 18 km südlich von Faenza, vgl. Karte in *Rationes Decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV: Aemilia*, ed. A. Mercati, E. Nasalli – Rocca, P. Sella, Vatikanstadt 1933.

⁴ Die Grafen von Romena (im Casentino, bei Pratovecchio, vgl. *Enciclopedia Dantesca* IV, 1032) gehörten zur Familie der 'Guidi'. In der Stammtafel bei Stahl, *Adel und Volk*, 34, wird Aghinolfo (II.) als Graf von Romena genannt. Er galt als Anhänger der Ghibellinen.

63 (77)

Martin befiehlt Malatesta de Verruchio, dem Rektor der Romagna, Jean d'Eppe, wie bisher im Kampf gegen die Aufständischen in der Romagna mit Rat und Tat beizustehen.

Orvieto, 1281 Oktober 16.

Reg. Vat. 42, fol. 13v - Baluze, Miscellanea III, 409 = Tonini, Rimini III, 634 - Potthast 21805 - Vgl. zu den Personen Nr. 56

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio nobili viro Malateste de Verruculo¹ civi^a Ariminen. nostro et ecclesie Romane fidei salutem et apostolicam benedictionem.

5 Transmissas nobis devotionis tue litteras benigna affectione recepimus et, que continebant, intelleximus diligenter plenum sinceritatis affectum, quem ad nos et Romanam habes ecclesiam, dignis in Domino laudibus commendantes. Super eo vero, quod in prosecutione instantis negotii Romano sic fructuose, sic utiliter^b et vigilanter intendis, quod dilecti filii fideles nostri commune Ariminen.² tuis inductionibus excitati contra hostes ecclesie procedunt et viriliter et constanter, prout dilectus filius Johannes de
10 Epa rector ipsius provincie nobis per suas litteras efficaciter intimavit plurimum tuam fructuosam sollicitudinem commendando, votis nostris cumulus plenioris letitie aggregatur, cum ex hoc reluctantium hostium obstinata superbia comodius conculcata prefatum negotium optatum desiderii^c nostris finem cum exultatione fidelium et tue laudis preconio in proximo, sicut speramus, in Domino, feliciter sortietur.

15 Quare constantiam tuam rogamus et hortamur in Domino, tibi nichilominus per apostolica scripta mandantes, quatinus incepte prosecutionis studiis perseverans sic prefato rectori assistas eumque dirigas et foveas consiliis et auxiliis oportunitatis prefatis hostibus te viriliter opponendo, quod prefato negotio tuo cooperante studio laudabiliter procedente nostra et apostolice sedis benivolentia, quam exinde tuis profectibus vendicasti, augeatur
20 magis ac magis in condigna vicisitudine specialis gratie ac honoris.

Dat. apud Urbem veterem XVII. kal. Novembris pontificatus nostri anno primo.

^a Davor Ariminen gestrichen. ^b Davor uugile (wohl verschrieben für vigila) gestrichen. ^c Davor nostris gestrichen.

¹ Malatesta de Verruchio, vgl. Nr. 56 Anm. 3.

² Rimini.

64 (78)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Kapitan, dem Rat und der Gemeinde von Perugia innerhalb von sechs Tagen nach Empfang dieses Schreibens, dem Ritter Egidius Landulphus aus Anagni

und seinen Begleitern das Reitpferd und das Geld, das ihnen unrechtmäßigerweise abgenommen worden war, zu ersetzen.

Orvieto, 1281 Oktober 18.

Reg. Vat. 42. fol. 13v-14r

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis . . potestati, capitaneo, consilio et communi Perusin.¹ salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut dilecti filii Egidii Landulphi² militis Anagnin. habet assertio, contigit^a diebus istis preteritis, quod, dum ipse ac Johannes miles frater eius cum exercitu ecclesie Romane in ipsius ecclesie servitio in Romaniolo partibus morarentur, dictus Johannes casu fortuito
5 quendam suum Roncinum ammisit, qui tandem penes quemdam concivem vestrum in^b eodem exercitu fuit repertus. Sicque coram marescallo dicti exercitus per eundem Johannem probatur legitime dictum Roncinum fuisse suum et eum taliter perditum
10 eidem. Cumque postmodum dictus Egidius^c de hiis sibi non metuens, maxime cum hiis ipse ac alii de prefato exercitu in eundo, morando et redeundo sub eiusdem sedis protectione consistenter, et in huiusmodi restitutione Roncini iuris observantia, que consuevit servari, in talibus extiterit observata, nec fuerit in hac parte dictus Egidius principalis, de predicto rediret exercitu et per Castrum Plebis³ transitum faceret quodam Gebellino, qui cum aliis
15 de Forlivio⁴ dictam ecclesiam exitit persecutus et qui fideles ecclesie predicte ac spetialiter omnes de prefato exercitu spetialiter odit nequitia cum licentiis vestris, potestas et capitaneae, ad dictum castrum, quod moleste ferimus, destinato sic fuerant ibidem, predictus Egidius et nonnulli eius socii de predicto exercitu redeuntes cum omnibus bonis, que
20 secum habebant, non sine contemptu nostro et ecclesie prefate pretextu predicti Roncini dispendiose retenti, quod^d memoratus Egidius bonum suum palafredum dimittere ac dicti socii pro liberatione sua quandam exhibere summam pecunie sunt compulsi, super quo predicti Egidius et socii hec et alia dampna et diversas ferentes iniurias ad apostolice sedis providentiam recurrerunt.

Nos autem tantum excessum in nostro quasi perpetratum conspectu nequeuntes, sicut
25 nec etiam^e debemus, conniventibus oculis pertransire, universitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus infra sex dies post receptionem presentium prefatis Egidio et sociis vel eorum nuntio pro eis palafredum et pecuniam restitui ac de dampnis et iniuriis huiusmodi satisfieri sic liberaliter faciatis, quod videamini penitudine^f devota corrigere, quod * fuit temeraria presumptione comissum.

30 Alioquin infra octo dies predicto sex immediate sequentes compareatis per procuratorem ydoneum coram nobis super hiis mandatis apostolicis parituri ac facturi, quod vobis propter hec duxerimus iniungendum.

Dat. apud Urbemveterem XV kal. Novembris pontificatus nostri anno primo.

^a contingit vor Korrektur. ^b Davor fälschlich in. ^c Verschrieben für Egidius. ^d Davor fehlt ein Wort. ^e Über der Zeile nachgetragen. ^f Verschrieben für plenitudine.

¹ Perugia; Podestà: Rizardus de Niguarda de Mediolano (Giorgetti, 95; auch 1280 und 1282; Kapitan: Nicolaus Odonis (Octonis) de Cortixiis de Cremona (Giorgetti, Podestà, 323).

² Ebenso wie die übrigen hier vorkommenden Personen nicht nachgewiesen.

³ Città della Pieve (bei Perugia).

⁴ Forlì.

65 (78/2)

Martin befiehlt Bischof (Guglielmo) von Arezzo, jeglichen Umgang mit den Anhängern Guidos von Montefeltro zu meiden, sie aus seinem Bistum zu vertreiben und keine Aufständischen zu unterstützen. Außerdem soll er innerhalb von zehn Tagen nach Empfang des Schreibens vor dem apostolischen Stuhl erscheinen, um dort über die Zustände in seinem Herrschaftsgebiet zu berichten und Anweisungen entgegenzunehmen.

Orvieto, 1281 Oktober 18.

Reg. Vat. 42, fol. 14r

Martinus episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri . . . episcopo Aretin.¹ salutem et apostolicam benedictionem.

Qualiter elationis filius iniquitatis alumpnus Guido de Montefiltro² persecutor Romane ecclesie manifestus una cum complicitibus et fautoribus suis provinciam Romaniolē³ ad ius
5 et proprietatem sedis apostolice pertinentem letifico flatu concutiens nonnullas civitates et castra ipsius provincie manu predonica occupavit ipsaque detineat occupata, qualiter etiam excommunicationis et privationis omnium gratiarum, honorum et libertatum, quas a Romana et quibuscumque aliis tenebant seu tenent ecclesiis, et aliarum diversarum penarum et condemnationum processus et sententias propter hoc in ipsum et eosdem
10 complices et fautores auctoritate apostolica promulgatas dampnabiliter vilipendens et ad cor penitens nullatenus se reducens, set habens^a ad suam perfidiam animum induratum mala malis adicere, offensas inculcare offensis et iniurias cummulare iniuriis non veretur nonnullos de dictis complicitibus ad turbationem fidelium Tuscie destinando. Cum^b hec
15 publica^c et notoria habeantur, ita quod nulla possunt tergiversatione celari, fraternitatem tuam credimus non latere.^d

Sane intellecto nuper, quod illos, quos taliter ad turbandum Tusciam destinavit, in locis et terris subiectis tuo dominio receptasti intendens eos in suis iniquis conceptibus confovere, non possumus non turbari, cum tu tamquam membrum ecclesie debeas te votis et beneplacitis apostolicis coaptare nedum vitando hostes ecclesie et pacis ipsius provincie^e
20 turbatores, set ipsos potius impugnando, ac nolentes tantum ecclesie memorate cotemptum^f conniventibus oculis pertransire, quin ad id apostolice sollicitudinis studia convertamus et experiamur benignius, qualem apud te obedientia inveniat sibi locum, fraternitati tue presentium tenore in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatinus eosdem rebelles tamquam excommunicatos et inimicos ecclesie manifestos studeas artius evitare
25 ipsos de terris et locis ditioni tue subiectis visis presentibus expellendo nullumque eis in rebellionē ecclesie persistentibus impendendo auxilium vel favorem attentius provisurus, quod mandatum apostolicum sic celeriter et efficaciter studeas adimplere, quod merito

comproberis non solum fame et salutis tue vitare dispendium, set potius te nostris
beneplacitis devotius et consultius coaptare, ita quod non oporteat sedem apostolicam super
30 hoc aliud contra te remedium experiri. Et, quia de premissis et aliis circumstantiis partium
predictarum per te presentialiter volumus plenius et certius informari, ut quid circa^g hec
fieri magis expediat, maturius dante Domino colligamus, simili tibi districtione precipimus,
ut infra decem dies post receptionem presentium ad nostram venire presentiam personaliter
non amittas informaturus nos super hiis et alias auditurus et facturus nostre beneplacitum
35 volumptatis.

Dat. apud Urbemveterem XV kal. Novembris pontificatus nostri anno primo.

^a Auf Rasur. ^b Nachgetragen, davor cum gestrichen. ^c Verschrieben für publica. ^d Zu ergänzen
notitiam. ^e Davor ipsius gestrichen. ^f Für contemptum. ^g Davor circa gestrichen.

¹ Guglielmo Ubertini, Bf. von Arezzo 1248-1289, vgl. über in C. Lazzeri, *Guglielmo Ubertini - Vescovo di Arezzo (1248-1289) e i suoi tempi*, Florenz 1920.

² Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

³ Zum Konflikt in der Romagna vgl. Nr. 13 Anm. 5.

66 (79)

Martin befiehlt Jean d'Eppe und Guillaume Durand, die französischen Söldner, die Karl von Anjou zur Bekämpfung der Aufständischen geschickt hat, für weitere drei Monate und darüberhinaus mithilfe des dem Vikar übersandten Geldes in Sold zu nehmen. Außerdem sollen sie ihm rechtzeitig mitteilen, wenn sie eine größere Summe benötigen. Das Geld derjenigen, die durch dessen Zahlung ihrer gewaltsamen Unterwerfung entgehen wollen, soll der Vikar entgegennehmen, um damit gegebenenfalls neue Söldner zu verpflichten.

Orvieto, (1281) Oktober 20.

Reg. Vat. 42, fol. 14r

Dilectis fillis magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro vicario in spiritualibus et nobili viro Johanni de Epa² rectori provincie Romaniolae.

5 Meminimus vobis dudum per nostras litteras sub certa forma dedisse firmiter in mandatis³, ut de Gallicis et Campanis ac allis fidelibus quibuscumque ad impugnandum hostes ecclesie instanti tempore yemali et tuitionem fidelium in commissa vobis provincia illam studeatis retinere vel conducere sub stipendiis camere nostre militum et equitum quantitatem, que vobis, quorum dispositioni id totum commissimus, expediens videretur.

10 Verum quia super retinentis aliquibus ex Campanis, qui nuper de dicta provincia recesserunt, vos minus provide habuistis, volumus et presentium vobis tenore firmiter precipiendo mandamus, quatinus omnes stipendiarios Gallicos, quos illuc carissimus in Christo filius noster C. illustris rex Sicilie⁴ ad servitium ecclesie destinavit, retinere inibi usque ad tres menses finito tempore, pro quo stipendia receperunt, et plus etiam, si fuerit opportunum, sub stipendiis nostris et Romane ecclesie de pecunia, quam per mercatores

15 camere tibi, fili vicarie, nuper assignari fecimus, retinere^a curetis mandatum nostrum in hiis sic sollicito impleturi, quod de negligentia et inobedientia redargui non possitis.

Cum autem fuerit maior quantitas pecunie oportuna pro expensis necessariis in ipsa provincia faciendis, studeatis scribere ante tempus, ut ipsam faciamus propter hoc oportuno tempore assignari volentes, ut ab illis de Romaniola, qui, sicut per nuntios tuos, fili rector, accepimus, libentius volunt in congrua providere pecunia quam armorum exercitiis
20 subiacere, tu, fili vicarie, pecuniam ipsam recipias ex illa loca ipsorum alios ad stipendia recepturus, dummodo non sit magis^b talium personale servitium opportunum. Super emendis autem equorum scutiferrorum militum Gallicorum illum modum et formam per vos volumus observari, quam prefatus rex servat in talibus, si huiusmodi equi in suo servitio morarentur.

25 Dat. apud Urbemveterem XIII. kal. Novembris. *

^a Verschrieben (überflüssig). ^b Über der Zeile nachgetragen.

¹ Guillaume Durand; vgl. Nr. 13 Anm. 1.

² Jean d'Eppe; vgl. Nr. 25 Anm. 8.

³ Siehe Nr. 53 und Nr. 54.

⁴ Karl I. von Anjou; vgl. Nr. 25 Anm. 5.

67 (80)

Martin befiehlt Petrus Sarracenus, gegen die Kleriker Benevents, die sich an der Erhebung gegen die Herrschaft des Rektors Huguccio beteiligt haben, zu ermitteln und die Hauptschuldigen vor den apostolischen Stuhl zu zitieren, wo sie innerhalb von fünfzig Tagen nach der Zitation erscheinen sollen, um einer gerechten Bestrafung zugeführt zu werden. Die Zitation soll er in einem Notariatsinstrument festhalten lassen, das er zusammen mit dem Inquisitionsprotokoll dem Papst nach seiner baldigen Rückkehr übergeben soll.

Orvieto, 1281 November 25.

Reg. Vat. 42, fol. 14v. - Siehe Nr. 50-52

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Petro dicto Sarraceno¹ capellano nostro salutem etc.

5 Ad nostrum pervenit auditum, quod^a nonnulli clerici civitatis et diocesis Beneventan.² tam religiosi quam etiam seculares ad Deum et Romanam ecclesiam debitam reverentiam non habentes una cum quibusdam iniquitatis filiis laicis civitatis predictae in iudicem et
familiam dilecti filii Uguicionis³ rectoris civitatis eiusdem insultum temere facientes, quominus ipsius civitatis regimen libere exercere valeat, se opponere multipliciter
presumpserunt quamplures alias insolentias etiam committendo ante et postea, per que
10 scandali suscitatur materia et eiusdem civitatis status pacificus perturbatur.

Cum itaque nolimus id clausis oculis pertransire, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus super hiis inquisita summarie sine figura iudicii plenius veritate

15 omnes clericos tam religiosos quam alios, cuiuscumque ordinis, status vel dignitatis extiterint, tam exemptos quam non exemptos, quos principales dictorum excessuum inveneris patratores, peremptorie ex parte nostra citare procures, ut infra viginti dies post citationem tuam compareant personaliter coram nobis super premissis penam pro meritis recepturi.

De citatione autem huiusmodi confici facias publicum instrumentum illud nobis una cum inquisitione predicta in tuo reditu, quem accelerare studeas, delaturus.

Dat. apud Urbem veterem VII. kal. Decembris pontificatus nostro anno primo.

^a *Am Rand* Iste VII littere inscripte debent infra sub tali signo X (siehe dazu Einleitung). Das Zeichen kehrt wieder nach Nr. 87.

¹ Petrus Sarracenus, vgl. Nr. 50 Anm. 1.

² Benevent, vgl. Nr. 50 Anm. 3.

³ Huguccio Marcioli, vgl. Nr. 50 Anm. 2.

68 (81)

Martin tadelt scharf den Rektor der Mark Ancona, Amiel d'Agoult di Courban, wegen seiner Nachlässigkeit bei der Eintreibung verhängter Geldstrafen und ermahnt ihn zu größerer Sorgfalt.

(Orvieto), 1281 Dezember 9.

Reg. Vat. 42, fol. 14v

Pásztor, Amministrazione, 188.

Idem. Dilecto filio nobili viro Amelio de Angoto Marchie Anconitan. rectori¹.

15 Olim requisiti ex parte tua, quem modum tenere deberes cum condempnatis de Marchia super concordiiis faciendis, meminimus tibi per litteras dilecti filii B.² camerarii nostri fecisse iniungi, ut super huiusmodi concordiiis faciendis cum condempnatis de
5 condempnationibus contra eos promulgatis per te ac alios, qui rectores Marchie pro tempore extiterunt, quantum quilibet vellet solvere camere pro sua condempnatione consideratis qualitate excessus, condempnationum quantitibus et delinquentium facultatibus ac aliis circumstantiis, quare essent concordie^a huiusmodi acceptande, prefatum camerarium per tuas litteras plenius informares exprimendo nomina singulorum
10 et quid tibi super hoc etiam expediens videretur. Tu vero te in hiis exhibens tepidum et remissum nichilominus exinde facere hactenus curavisti, de quo tanto vehementius ammiramur, quanto ex hoc cameram nostram committimus in consequendis suis iuribus gravius defraudari, maxime cum, sicut per Thesaurarium³ nostrum deputatum inibi extitit intimatum, proventus, qui ad manus suos perveniunt, nedum augeant statum camere
15 supradicte, sed non sufficiant ad tuas expensas et alias oportunas.

Quare volumus et presentium tibi tenore precipiendo mandamus, quatinus circa premissa plenioribus intellectionibus sic in horum executione et aliorum, que cum honore tuo et honestate iustitie ad eiusdem camere utilitatem redundant, te sollicitum

20 exhibeas et attentum, quod tua possit exinde sollicitudo merito commendari et precedens negligentia emendetur per sollicitudinem subsequentem.

Dat. ut supra V. id. Decembris pontificatus nostri anno primo.

^a *Davor essent gestrichen.*

¹ Amiel d'Agoult di Courban, Rektor der Mark Ancona; vgl. Nr. 5 Anm. 1.

² Berard von Camerino, von 1279-1288 als Kämmerer belegt, vgl. Rusch, *Behörden und Hofbeamten*, 140; siehe oben Einleitung XXXII.

³ Thesaurar in der Mark Ancona war zu dieser Zeit Philipp aus dem Florentiner Bankhaus 'Hugo Spine', vgl. Waley, *Papal State*, 323.

69 (82)

Martin teilt dem Rektor der Mark Ancona, Amiel d' Agoult di Courban, auf Anfrage mit, dass er die Bevölkerung der Mark Ancona nicht unnötig mit der tallia belasten soll, überlässt ihm allerdings die Entscheidung darüber, wieviel Ritter in Dienst zu stellen sind. (Orvieto), 1281 Dezember 8.

Reg. Vat. 42, fol. 14v

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 403 - Potthast 21818 - Waley, Papal State 292

5 Eidem¹. Auditis et intellectis, que nuper tuis litteris intimasti super eo, quod homines commisse tue provincie ad turbationes et discordias facile dilabuntur, pro commisso tibi regimine favorabilius exercendo usque ad hec tempora ducentos equites tenuisti ad stipendia talliarum², que ab hominibus terrarum ipsius provincie consueverunt exigi et
10 haberi, eisdem hominibus asserentibus se in solutione huiusmodi talliarum pro ducentis equitibus se gravatos ex eo, quod nisi pro centum dumtaxat asserunt se teneri, propter quod nonnullis eorum appellatibus, aliquibus vero per alia diversa conamina contradicentibus obedire, petiisti, utrum ducentos vel centum equites tenere debeas, per litteras nostras nostrum beneplacitum aperiri.

10 Nos itaque devotioni tue taliter respondemus, quod, cum benignitatem ac honestatem apostolice sedis non deceat subditos suos, quando non est necessitas, fatigare laboribus et expensis, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus consideratis diligenter honore Romane ecclesie ac bono statu provincie supradicte eosdem homines a superfluis talliarum et aliarum expensarum oneribus studeas preservare. Cum autem fuerit
15 oportunum, in hoc nolumus determinare stipendiariorum aliquam quantitatem, set pro eis huiusmodi tallias, prout necessitas imminet, exigas et recipias ab eisdem.

Dat. ibidem VI. id. Decembris.

¹ Amiel d'Agoult di Courban, vgl. Nr. 5 Anm. 1.

² Die sog. 'tallia militum' wurde von den Städten als Abgabe für den Schutz durch das päpstliche Heer erhoben und zum Anwerben von Söldnern verwendet, vgl. Waley, *Papal State*, 291ff. Sie war 1281/82 für die Mark Ancona, um das päpstliche Heer in der Romagna zu finanzieren, verdoppelt worden, was den Unmut der dortigen Städte hervorrief, vgl. Waley, *ibd.*, 205.

70 (83)

Martin teilt dem Vikar in spiritualibus in der Mark Ancona, Gabriele, Kanzler der Kirche von Mailand, auf Anfrage mit, dass er die Verwalter vakanter Kirchen, die sein Vorgänger, der jetzige Erzbischof (Bernhard) von Genua eingesetzt hat und die deren Einkünfte veruntreut haben, zwingen soll darüber Rechenschaft abzulegen und die Einkünfte an sicheren Orten zu deponieren. Außerdem soll er sie oder einige von ihnen durch geeignete Personen ersetzen.

Orvieto, 1281 Dezember 11.

Reg. Vat. 42, fol. 14v

Idem. Dilecto filio magistro Gabrieli cancellario ecclesie Medioalanen.¹ vicario in spiritualibus Anconitan. Marchie.

Significasti nobis per tuas litteras, quod alias venerabilis frater noster . . . archiepiscopus Ianuen.², dum in spiritualibus in Marchia Anconitan. vicarie officio fungebatur, in
5 nonnullis ecclesiis cathedralibus ipsius provincie, que vacabant et etiam adhuc vacant, ad recolligendum et conservandum proventus earum ad utilitatem futurorum pontificum certos yconomos auctoritate apostolica deputavit. Verum quia, sicut asseritur, iidem yconomi potius propriis quam earundem ecclesiarum utilitatibus intendentes de huiusmodi
10 proventibus faciunt illicita comercia exerceri et alias distribuunt pro libito voluntatis in animarum suarum periculum et eorundem futurorum pontificum et ipsarum ecclesiarum
preiudicium manifestum, petiisti super hoc per sedem apostolicam de oportune provisionis remedio provideri.

Cum igitur nostra intersit ipsarum ecclesiarum periculis obviare, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eosdem yconomos ad reddendum tibi de perceptis
15 proventibus plenariam rationem et ad utilitatem predictorum futurorum pontificum deponendum illos in aliquibus tutis locis seu apud aliquas legales personas per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas amovendo ipsos vel ipsorum aliquem et alias
20 personas ydoneas loco ipsorum subrogando eisdem, quotiens videris expedire; non obstante, si eisdem yconomis a sede apostolica sit indultum, quod interdicti vel
excommunicari seu suspendi non possunt seu quibuscumque litteris super hoc a sede ipsa optentis^a, de quibus plenam et expressam in presentibus fieri^b oporteat^b mentionem vel per
quas presens mandatum nostrum posset quomodolibet impediri.

Dat. apud Urbem veterem V. id. Decembris pontificatus nostri anno primo. *

^a Für obtentis.

^b Durch Zeichen umgestellt.

¹ Gabriele de Medici, Kanzler der Kirche von Mailand (sonst als Vikar nicht belegt). Er ist 1283 Februar 21 nicht mehr im Amt, siehe unten Nr. 216, vgl. Pásztor, *Amministrazione*, 189.

² Bernhard, 1274-76 Vikar in geistlichen Angelegenheiten der Mark Ancona (Waley, *Papal State*, 321), 1276-1286 Erzbischof von Genua, vgl. Eubel, *Hierarchia I*, 281.

71 (84)

Martin befiehlt dem Vikar in der Romagna, Guillaume Durand, über die Umstände, die zur Erhebung des Sohnes Guidos von Montefeltro, Hugolinus, zum Propst der Kirche von San Leo geführt haben, Erkundigungen einzuziehen und sich einen genauen Überblick über die dortigen Machtverhältnisse zu verschaffen. Seine Ergebnisse soll er ihm mitteilen.

(Orvieto, 1281) Dezember 11.

Reg. Vat. 42, fol. 15r.

Vgl. Franceschini, I Montefeltro, 109

Dilecto filio magistro Guillelmo Durandi¹ decano Carnoten. capellano nostro vicario^a in spiritualibus provincie Romaniolae^a.

Audivimus, quod civitas Sancti Leonis² inter alia Romaniolae loca est quasi inexpugnabilis et singularis in situ, ita quod, qui ibi preesset dominio, alios vicinos
5 circumpositos non timeret, sicque videbatur contra Hugolinum³ filium Guidonis Montifeltri persecutoris ecclesie manifesti ad preposituram ecclesie ipsius civitatis, ut
asseritur, canonice non assumptum vel alias fraudulenter intrusum fore per sedem
apostolicam procedendum, ne in contemptum Romane matris ecclesie vel canonum se ibi
patris vel filii dampnata calliditas radicaret.

10 Cum per hoc possent plura ipsi Romane ecclesie ac eius fidelibus pericula pervenire,
nos autem intendentes in hac parte non inconsiderate prorumpere, set maturitate debita
potius providere discretioni tue, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per
apostolica scripta mandamus, quatinus de modo intrusionis vel assumptionis huiusmodi, de
15 conditionibus civitatis eiusdem et per quem vel per quos occupata extitit, cuius vel
quorum favore tenetur, quis vel qui dominantur aut presunt vel plus possunt in ea, de
qualitate intrusi vel assumpti et de omnibus et singulis circumstantiis loci et personarum
diligenter et caute studeas indagare pericula, que inde possent emergere, ac remedia, quibus
illis obviandum^b cognoveris, diligentius advertendo et, quid super hiis inveneris vel
20 senseris faciendum, nobis per tuas litteras harum seriem continentes fideliter et celeriter ac
secrete intimare procures, ut per te plenius informati, quid extunc fieri magis expediat,
clarius et maturius dante Domino colligamus.

Dat. III. id. Decembris.

^{a-a} Über der Zeile von gleicher Hand nachgetragen.

^b Verschrieben für obviandum.

¹ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

² San Leo (Prov. Pesaro e Urbino).

³ Hugolinus war der dritte Sohn Guidos von Montefeltro (zu ihm siehe Nr. 13 Anm. 3), vgl. auch Stammtafel bei A. Vasina, *I Romagnoli fra autonomie cittadine e accentramento papale nell' eta di Dante*, Florenz 1965, 434.

Brief gleichen Inhalts wie oben an den Vikar in der Mark Ancona und der Massa Trabaria, Gabriele de Medici.

5 In eundem modum. Magistro Gabrieli de Medicis¹ b cancellario ecclesie Mediolanen.
vicario in spiritualibus Marchie Anconitane et Masse Trabarie^b.

^{a-a} *Am Rand (von gleicher Hand).*

¹ Gabriele de Medici, Kanzler der Kirche von Mailand, siehe Nr. 70.

72

Martin verbietet allen Kapiteln, Kollegien und Konventen in der Romagna, solange Guido von Montefeltro dort Gebiete besetzt hält, ohne ausdrückliche Erlaubnis des apostolischen Stuhles Wahl, Postulation oder Provision ihres Vorstehers. Alle gegen dieses Verbot vorgenommenen Handlungen erklärt er für ungültig.

(Orvieto, 1281 Dezember 11).

Reg. Vat. 42, fol. 15r

Ganzer, Papsttum und Bistumsbesetzungen, 323 f.

5 Ad futuram rei memoriam. Partes Romaniolae sic tenemus in memoria nostra
conscriptas, quod nequimus ab illis cogitatus nostros avertere, inmo potius vias et modos
cogitare compellimur, quibus eadem partes in spiritualibus et temporalibus prosperitatis
incrementa suscipiant et obvietur periculis, que possent in illis emergere sub quovis
fictionis pallio ex austatia^a sinentium dissidium incolarum partium earundem.

10 Et^b quia concordiarum tranquillitas et discordiarum remedia dependent potissime a
prelatis, circa id adhibere curam providimus hoc tempore, quo statum dictarum partium
odiorum fomitus fluctuare sentimus, ne preponantur ecclesiis vel monasteriis aut locis
ecclesiasticis suis pastoribus viduandis per impressionem vel aliis temerariis ausibus
10 persone ingressum ad illas canonicum non habentes, set assumantur ad illorum custodiam
annuente Domino pastores idonei, qui tanto congruant oneri et honori ac appareant in
populis exaltationis matris ecclesie ipsiusque fidelium pacis et iustitie zelatores.

15 Hanc igitur diebus istis ex eo specialiter considerationem habentes, quod Guido de
Montefiltro¹ Romane persecutor ecclesie manifestus civitates, terras et loca aliqua
predictarum partium presumptione dampnabili occupavit et ibidem per ac suos nephandos^c
suos actus^d exercet, cum posset de maiori perversione partium earundem in spiritualibus et
etiam temporalibus verisimiliter dubitari, si dictus persecutor quavis fraude se negotiis vel
tractatibus ecclesiarum ingereret^e, auctoritate presentium districtius innibemus^f, ne ipsarum
partium presenti turbatione durante aliqua capitula vel collegia seu conventus ecclesiarum
20 cathedralium vel regularium partium predictarum, cum ecclesias, monasteria et loca ipsa
pastoribus vacare contigerit, ad aliquam electionem vel postulationem seu provisionem

procedere vel alias aliquem in prelatum assumere quoquomodo presumant absque sedis apostolice petita licentia et obtenta.²

25 Nos enim, si secus scierit vel ignoranter ab aliquo vel aliquibus presumpsum extiterit, exnunc decernimus irritum et inane. Nulli ergo etc.

Dat. ut s^g. *

^a Für astutia.

^b Über der Zeile nachgetragen.

^c Davor fehlt complices.

^d Für actus.

^e ignoveret vor Korrektur.

^f Für inhibemus.

^g Danach ca. 10 Leerzeilen, denn hier endet der mit Nr. 67 beginnende Nachtrag (siehe Einleitung).

¹ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

² Zu den allgemeinen Wahlverboten vgl. Ganzer, *Papsttum und Bistumsbesetzungen*, S.44 ff.

73 (85)

Martin ernennt Citadino, Bürger Orvietos, während des Aufenthaltes der Kurie in Orvieto zum päpstlichen Auditor und Richter bei allen Appellationen in Strafsachen aus dem Kirchenstaat an den päpstlichen Stuhl.

Orvieto, 1281 Oktober 3.

Reg. Vat. 42, fol. 15v. -

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 401 - P. 21793; Vgl. Rusch, Behörden und Hofbeamten 60 f.

Martinus etc. Dilecto filio Citadino civi Urbeveta. ¹ iudici salutem etc.

Inter multiplices curas et sollicitudines, que pro temporis qualitate animo nostro se ingerunt, illam non modicam reputamus, qua provocantibus de terra ecclesie ad sedem apostolicam in singulis casibus, ut iustitiam invenire valeant, providetur.

5 Cum itaque nonnumquam contingat a rectoribus, qui sunt per sedem apostolicam deputati^a ad regimen terrarum, que Romane ecclesie quoad spiritualia et temporalia sunt subiecte, necnon et aliis rectoribus locorum singularium ipsarum terrarum super sententiis et processibus causarum criminalium^b, de quibus est personis ecclesiasticis a canone cognitio interdicta, ad sedem appellari eandem ac appellationes huiusmodi ex defectu
10 iudicis competentis plus debito prorogari, propter quod plerumque crimina remanent impunita et oppressorum innocentia interdum longioribus afficitur laboribus et expensis, volentes super hoc de oportuno remedio providere te, de cuius fidei puritate ac devotionis constantia plenam in Domino fiduciam obtinemus, super huiusmodi appellationibus apud
15 sedem apostolicam, quamdiu in Urbeveteri moram trahet, audiendis et fine debito terminandis auditorem et iudicem usque ad nostrum beneplacitum constituimus generalem tibi per apostolica scripta mandantes, quatinus in hiis habens pre oculis solum Deum sic fideliter et sapienter iniunctum tibi ministerium exequaris, quod in die districti examinis dignam Deo reddere valeas rationem et nostram et apostolice sedis gratiam promereri.

Dat. apud Urbemveterem V. non. Octobris pontificatus nostri anno primo.

^a Über der Zeile nachgetragen.

^b Am Rand causarum apellatione criminalium.

¹ Citadino (aus Orvieto) stammte wohl aus der Familie der 'Monaldeschi', wo dieser Name häufig vorkommt (möglicherweise der Sohn von Ermanno), vgl. Stammtafel bei Waley, *Mediaeval Orvieto*, 153. 1284 ist er als Vikar Martins IV. in Rom belegt, vgl. etwa de Boüard, *Régime politique*, 51 (siehe unten Nr. 454), 1288 Rektor *in temporalibus* in der Provinz Campagna Marittima, vgl. Waley, *Papal State*, 308.

74 (86)

Martin teilt dem Rektor der Romagna, Jean d'Eppe, die Übersendung fünfzig französischer Ritter mit und fordert ihn zum Eifer bei den Auseinandersetzungen in der Romagna auf.

Orvieto, 1281 Oktober 25.

Reg. Vat. 42, fol. 15v

Idem. Dilecto filio nobili viro Johanni de Epa¹ rectori provincie Romaniole salutem etc.

Cum ad felicem directionem et prosecutionem votivam negotii Romaniolae², quod vehementer cordi nostro insidet, exquisitis studiis ac sedulis cogitationibus intendamus, qualiter divina favente clementia ad finem laudabilem perducatur, ecce in subsidium et favorem prosecutionis negotii memorati quinquaginta equites gallicos ad partes ipsas presentialiter duximus destinandos per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus in prosecutione prefati negotii iuxta datam tibi a Deo gratiam continue sollicitudinis studium sic utiliter et vigilanter exerceas et cuncta, que agenda occurrant, viriliter prosequaris, quod diligentiam tuam exinde de bono in melius possimus in Domino merito commendare.

10 Dat. apud Urbem veterem VIII. kal. Novembris pontificatus nostri anno primo.

¹ Jean d'Eppe; vgl. Nr. 25.

² Zu den Auseinandersetzungen in der Romagna vgl. Nr. 13 Anm. 5.

75 (87)

Martin mahnt den Bürger Riminis, Malatesta de Verruculo, bei den Konflikten in der Romagna wie bisher eifrig die päpstliche Seite zu unterstützen.

Orvieto. 1281 Oktober 28.

Reg. Vat. 42, fol. 15v

Baluze, Miscellanea III, 409 = Tonini, Rimini III, 634 - Pothast 21807

Martinus episcopus etc. Malateste de Verruculo¹ etc.

Tuo, fili karissime, studio, quod in promovendis ecclesie Romane servitiis in ipsis partibus habuisti, et filiorum tuorum probitate auditis, qui pridem in hostium hostili congressu nobili viro Johanni de Epa² rectori provincie Romaniolae sic intrepide astiterunt,

5 quod personarum periculum et vicinam inimicorum preliantium multitudinem non paventes ipsum in necessitatis articulo constitutum nullatenus relinquerunt, set potius eis pro Christi causa pugnantibus ipso duce de inimicis palmam victoriae reportaverint^a in Domino exultantes^b, tuam et eorundem filiorum constantiam dignis prosequimur actionibus gratiarum.

10 Ideoque nobilitati tue rogamus et hortamur in Domino per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus in nostra et apostolice sedis devotione conversiones sic laudande promptitudinis studia, que sunt prosecutioni instantis negotii Romaniolae, quod premanibus agitur, oportuna, continuare favorabiliter studeas, quod apud nos tua devotio continuatis actionibus semper crescat.

15 Dat. apud Urbem veterem V. kal. Novembris anno primo.

^a Reportet vor Korrektur. ^b exaltantes vor Korrektur.

¹ Vgl. Nr. 56 Anm. 3.

² Möglicherweise ist die Schlacht bei Forlì (18. Oktober) gemeint, vgl. Kieseewetter, *Eppe*, 30; zu Jean d' Eppe vgl. Nr. 25 Anm. 8.

76 (88)

Martin befiehlt seinem Thesaurar in der Romagna, dem Florentiner Bianco Manetti, von den übersandten zehntausend Pfund Turnosen den Söldnern den Sold für drei weitere Monate zu zahlen und Pferde zu kaufen und dabei genauso wie der Vikar Guillaume Durand zu verfahren.

Orvieto, 1281 Oktober 28.

Reg. Vat. 42, fol. 15v. -

Vgl. Davidsohn, Geschichte II, 234; Jordan, De mercatoribus, 108

Martinus etc. Dilecto filio Blanco Manetti civi Florentin. thesaurario nostro in provincia Romaniolae¹ salutem etc.

Pridem decem milia librarum Turonen. pro stipendiandis militibus et equitibus, quos in provincia Romaniolae ad nostrum et ecclesie Romane servitium retinemus, dilecto filio magistro Guillelmo Duranti² capellano nostro vicario ipsius provincie in spiritualibus fecimus assignari. Verum, cum propter viarum pericula pecunia ipsa pro huiusmodi stipendiis persolvendis ad locum, ubi prefati stipendarii comorantur, nequeat comode apportari, nos nolentes circa prosecutionem instantis negotii Romaniolae propter defectum pecunie aliquod obstaculum interponi ecce alia decem milia librarum Turonen. pro solvendis prefatis stipendiis et equorum faciendis emendis per Feum, Gerum et Ademarum³ latores presentium socios mercatorum camere nostre, tibi duximus transmittenda per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus eisdem^a stipendiariis finito tempore, pro quo stipendia receperunt, pro tribus sequentibus mensibus persolvas^b stipendia et^c de^c emendis equorum satisfacias de pecunia supradicta servatis modis et
15 formis, quos idem magister Guillelmus circa hec noscitur observasse, in hiis illam

adhibiturus diligentiam et cautelam, quod de hoc et aliis tibi commissis dignam camere nostre reddere^d valeas rationem et nos devotionem tuam possimus exinde merito commendare.

Dat. apud Urbemveterem kal. Novembris pontificatus nostri anno primo.

^a Korrigiert. ^b persollvas vor Korrektur. ^{c-c} Über der Zeile nachgetragen. ^d 'd' nach 'e' über der Zeile einkorrigiert.

¹ Blanco Manetti aus Florenz, nur hier erwähnt; zum Amt des Thesaurars vgl. Waley, *Papal State*, 106ff.

² Guillaume Durand; vgl. Nr. 13 Anm. 1.

³ Vielleicht die unten erwähnten Florentiner Feus Bonfantini (Nr. 102), Rogerius Uberti (Nr. 160) und Ademarum bzw. Ademarius Rote (Nr. 160)

77 (89)

Martin befiehlt dem Dogen (Giovanni), dem Rat und der Kommune von Venedig unter Strafandrohung, von dem mit Guido von Montefeltro und der von diesem beherrschten Stadt Cervia abgeschlossenen Vertrag über den Kauf von Salz zurückzutreten und alle sonstigen Abmachungen mit dieser Stadt aufzukündigen.

Orvieto, 1281 Oktober 29.

Reg. Vat. 42, fol. 15v-16r.

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 402 - Potthast 21810.

Idem. Dilectis filiis . . . duci, consilio et communi Venetorum¹.

Pridem vobis sub certa forma per nostras litteras dedisse meminimus in mandatis², ut vos tanquam filii ab antiquo in fide ecclesie radicati et discretionem ac providentiam predicti pensato, qualiter Guido de Montefeltro³ utpote proprie salutis in memoriam et in reprobum sensum datus nos et Romanam ecclesiam statum Romaniole, que ipsius ecclesie specialis existit, diris afflictionibus * opprimendo et suis affligendo pressuris multimodis lacessivit iniuriis et offensis gravibus provocavit, qualiter etiam ad civitatem Cervie ad eandem spectantem ecclesiam temerarias et occupatrices manus extendens eam detinet occupatam, ad emptionem salis, qui in ipsa civitate et territorio eius percipitur, cum tam violento tamque temerario detentore tanquam non domino rei, nullatenus presumeretis procedere, quinimo ab illa penitus abstinentes nullum eidem tanquam ipsius ecclesie indevoto et persecutori notorio aut eius complicitibus vel fautoribus in hoc vel alias contra devotos eiusdem ecclesie preberetis auxilium, consilium vel favorem.

Et licet rei ecclesiastice alienatio presumpta taliter ipso iure viribus vacuetur, nos tamen, ut nulli circa hoc tergiversationi locus existeret, quicquid de sale predicto attemptari contingeret contra inhibitionis nostre tenorem, extunc, vel si esset attemptatum, decrevimus irritum et inane omnique carere robore firmitatis.

Et quamvis huiusmodi mandatis nostris, sicut per responsivas vestras tunc nobis litteras intimastis, tanquam devotionis filii vos obtuleritis promptis affectibus obedire, de quo vestram^a devotionem in Domino commendamus, nuper^b tamen accepimus, quod dicti

Guido et Cervienses pro se ac suis complicitibus pro dicto sale a vobis habere nituntur non modicam pecunie quantitatem, propter quod favori suo accresceret et vos excommunicationis et alios processus in eum et fautores ipsius auctoritate apostolica promulgatos possetis non immerito formidare.

25 Quare, cum vos non deceat vestram et civitatis vestre famam et devotionem, qua consuevistis erga Romanam ecclesiam prepollere, ex commercio tam dampnabili offuscare, universitatem vestram rogamus attentius et hortamur, vobis nichilominus firmiter precipiendo mandantes, quatinus omnem contractum occasione sales seu quacumque alia
30 Cervienses^c predictos^d penitus dissolventes predictam pecuniam nullatenus ei solvere presumatis nec alias dare sibi eiusque fautoribus auxilium vel favorem.

Alioquin, quantumcumque^e vos et civitatem vestram in Domino caritatis brachiis amplexemur, non intendentes id equanimiter sustinere contra^f vos procederemus, prout iustitia suaderet.

35 Dat. apud Urbemveterem IIII. kal. Novembris pontificatus nostri anno primo.

^a Davor nuper gestrichen.

^b Über der Zeile nachgetragen.

^c Durch Verweiszeichen am Rand

nachgetragen.

^d Davor promissas gestrichen.

^e Korrigiert.

^f Korrigiert.

¹ Venedig; Doge war Giovanni Dandolo, vgl. über ihn G. Rösch, *Dandolo, Giovanni*, DBI 32, 476 ff.

² Vgl. oben Nr. 21; zu den Namen siehe ebenda.

³ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

78 (90)

Martin befiehlt dem Podestà, den Rat und der Gemeinde von Rimini bei dem Konflikt in der Romagna mit Guido von Montefeltro in ihrem bisher gezeigten Eifer für die päpstliche Seite nicht nachzulassen.

(Orvieto), 1281 Oktober 29.

Reg. Vat. 42, fol. 16r

Baluze, Miscellanea III, 409 = Tonini, Rimini III, 635 - Potthast 21809

Idem. . . potestati, consilio et communi Ariminen.¹

Meminimus olim devotionem vestram ad precordialis et precipui negotii Romaniolae², quod pre manibus agitur, prosecutionem continuam litteris exhortationis^a apostolice excitasse³, ut tamquam devotionis filii nostris exhortationibus animosius excitati^b per grate
5 et fructuose devotionis obsequia vos nostris^c desideriis coaptantes rectori⁴ prefate provincie in hiis, que honorem ecclesie matris vestre, statum vestrum pacificum et aliorum fidelium necnon et repressionem rebellium respicerent, obedire fideliter deberetis, quod, sicut eiusdem rectoris accepimus litteras et probate fidei vestre integritas exhibitione operum clarius manifestat, ad id^d vos et vestra liberaliter offerentes cepistis^e executione laudabili
10 adimplere, propter quod dignum merito reputamus vos apostolicis repleri^f benedictionibus

et potioris prerogativa honoris et gratie in caritatis visceribus confoveri fidelitatem vestram exinde in Domino multipliciter commendantes.

15 Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis per apostolica scripta mandantes, quatinus, cum prefati negotii prosecutio adhuc^g vestris et aliorum fidelium sit viribus et favoribus roboranda, sic usque ad ipsius negotii consumationem felicem, quam speramus in proximo, studeatis cepte sollicitudinis studia circa prosecutionem eandem continue exercere, quod hostium conculcata superbia celebre fame vestre preconium apud deum et homines in sempiternis benedictionibus augeatur et nichilominus apostolice sedis favor redatur vobis promptior in condigna vicisitudine premiorum.

20 Dat. IIII. kal. Novembris.

^a 'h' über der Zeile nachgetragen. ^b Über der Zeile nachgetragen. ^c Davor excitati gestrichen. ^d Über der Zeile nachgetragen. ^e Davor et gestrichen. ^f Davor 'deside' (wohl zu desideriiis zu ergänzen) gestrichen. ^g Über der Zeile nachgetragen.

¹ Rimini.

² Romagna, vgl. Nr. 13 Anm. 5.

³ Siehe oben Nr. 57.

⁴ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 11.

79 (91)

Martin befiehlt dem Rektor in der Romagna, Jean d'Eppe, gegen die Rebellen weiterhin mit Umsicht und Nachdruck vorzugehen, und teilt ihm mit, dass er dem Thesaurar für die Bezahlung der Söldner und den Ankauf von Pferden Geld sendet.

s.l., 1281 Oktober 29.

Reg. Vat. 42, fol. 16r

Raynaldus, Annales ecclesiastici ad anno 1281, § 13 - Potthast 21808

Idem^a. Dilecto filio nobili viro Johanni de Epa¹ rectori provincie Romaniolle.

5 Devotionis tue litteras solita benignitate recepimus et que continebant super hostili congressu inter gentem nostram et inimicos ecclesie pridem habito, notavimus diligenter tuam industriam in Domino commendantes,² quod dextra Domini faciente te duce fidelium nostrorum cuneus de inimicis nostris et ecclesie reportatum triumphum, quamquam tibi strenue decertanti^b fuisset, iactura modica irrogata de qua^c tibi, sicut devoto filio condolemus.

10 Unde cum in talibus sit maxima cautela et discretio adhibenda, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus sic mature, sic provide processus et aggressus tuos preordinans singula, que expediunt, feliciter exequaris, quod^d per alicuius curiositatis desidiam locus fraudibus inimicorum non pateat, set ipsis potius conculcatis fame tue celebre ascribatur preconium et nobis exinde gaudendi in Domino materia ministretur. Ceterum scire te volumus, quod pro stipendiandis militibus^e, quos ad nostrum retines servitium, et pro faciendis emendis equorum sufficientem pecuniam assignari thesauro

15 nostro inibi comoranti per socios mercatorum camere nostre presentialiter destinamus. Quare stipendiarios ipsos instanter sollicites super vexandis hostibus et ne panem comedant in otio, ad id eos omnimodo, que expedire videris, sedulis exhortationibus moneas et inducas, ita quod tam tu^f quam ipsi possitis ex hoc merito commendari.

Dat. IIII. kal. Novembris. *

^a Am linken Rand nachgetragen (korrigiert). ^b Daneben wohl ein Registraturvermerk (unleserlich).

^c Über der Zeile nachgetragen. ^d Davor 'quod' gestrichen. ^e Danach 'et equitibus' gestrichen.

^f Über der Zeile nachgetragen.

¹ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25.

² Möglicherweise eine Anspielung darauf, dass es den päpstlichen Truppen gelungen war, Vororte Cesenas zu erobern, vgl. Kiese Wetter, *Eppe*, 30.

80 (92)

Martin befiehlt dem Podestà, den übrigen Amtsträgern, dem Rat und der Gemeinde von Perugia unter Strafandrohung dem Befehl des Kardinaldiakons von S. Nicola in Carcere, B(enedikts Caetani) nachzukommen und den Konversen des Klosters San Giuliano, Angelo, den der Kapitan der Stadt gefangenhält, innerhalb von acht Tagen nach Empfang dieses Schreibens dem päpstlichen Kämmerer zu übersenden.

Oktober 23.

Reg. Vat. 42, fol. 16v

Dilectis^a filiis . . potestati et . . capitaneo, consulibus, rectoribus et prioribus artium ac consilio et communi Perusin.¹

Ex parte dilectarum in Christo filiarum . . abbatisse et conventus monasterii Sancte Iuliane² Perusin. pridem^b nobis exposito, quod fratrem Angelum³ ipsius monasterii
5 conversum, quem tu, fili capitaneae, ahabere diceris, facitis detineri captivum nos, ut vobiscum ex quadam prerogativa in hac parte benignius ageretur, nuntiis vestris tunc in curia Romana morantibus per dilectum filium nostrum B. sancti Nicolai in carcere Tulian. diaconum cardinalem⁴ mandari fecimus, quod eis procurantibus ad mandatum huiusmodi conversum ipsum assignari nostro camerario faceretis, sed speratus effectus exinde non
10 provenit. Sicque propter hoc abbatissa et conventu eisdem apud^c nos^c ferventer instantibus dictus cardinalis diaconus speciali mandato nostro vobis per litteras suas sub certa forma mandavit, ut infra decem dies post receptionem litterarum ipsarum eundem conversum ad dictum camerarium sub fida custodia mitteretis sibi per vestros nuntios assignandum. Super quo non solum^d implere mandata dicti cardinalis, immo potius apostolica, non curastis,
15 verum etiam, quod gravius ferimus, predictas abbatissam et conventum et conversum eundem post ipsa mandata maioribus molestiis et iniuriis dicimini affecisse, quare dicta abbatissa et conventus multiplicatis querelis instanter instantius, ut eis in hac parte de apostolice sedis providentia succuramus.

20 Ideo igitur nequeuntes sub dissimulatione transire, cum nostra intersit personis et locis
ecclesiasticis favoribus assistere oportunis, nec deceat, quod huiusmodi mandata in
exaudita pertranseant, universitati vestre per^e apostolica scripta sub pena vobis nostro
arbitrio inferenda districte precipiendo mandamus, quatinus predictum conversum ad
dictum camerarium iuxta formam predicti mandati infra octo dies a receptione presentium
25 transmittatis, ita quod in vobis non pertinacia, sed potius consuete devotionis appareat
promptitudo.

Dat. X. kal. Novembris.

^a Daneben am Rand hic a. ^b Davor ein Buchstabe getilgt. ^{c-c} Über der Zeile nachgetragen. ^d
Über 'u' fälschlicherweise ein Kürzungsstrich. ^e Davor fälschlich per.

¹ Perugia; Als Podestà wird genannt: Rizardus de Niguarda de Mediolano (Giorgetti, *Podestà*, 95), als capitano del popolo: Nicholaus Oddonis (Octonis) de Cortixiis de Cremona (Giorgetti, *Podestà*, 323)

² San Giulana, Zisterzienserinnenkloster; vgl. P. Höhler, *Frauenklöster in einer italienischen Stadt. Zur Wirtschafts- und Sozialgeschichte der Klarissen von Monteluce und der Zisterzienserinnen von San Giulana in Perugia (13.-Mitte 15. Jh.)*, QFIAB 67 (1987), 1-107 und ebd. 68 (1988), 167-270.

³ Nicht identifiziert.

⁴ Benedikt Caetani (der spätere Papst Bonifaz VIII.), 1281 April 12 von Martin IV. zum Kardinaldiakon von S. Nicola in carcere Tulliano erhoben, vgl. zu seiner Frühgeschichte Herde, *Ein Plan Benedikt Caetani zum Kardinalbischof zu erheben (1291)*, 184.

81 (93)

Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona, Amiel d'Agoult di Courban, beim Podestà, dem Rat und der Gemeinde der Stadt Fossombrone die genaue Höhe der Forderungen, die der Bürger Gubbios, Petruciolus Hermandi, aus seiner Zeit als dortiger Podestà an diese hat, zu ermitteln. Das Ergebnis der Nachforschungen soll er ihm, Martin, mitteilen, damit er über das weitere Vorgehen entscheiden kann.

(Orvieto, 1281) Oktober 23.

Reg. Vat., 42, fol. 16v

Dilecto filio nobili viro Amelio de Agoto¹ Marchie Anconitan. rectori.
Exposuit nobis dilectus filius Petruciolus Hermandi civis Egubin.², quod olim civitatis
Forosinfrosien.³ et aliquarum circumadiacentium partium statu turbato dilectus filius
Bernardus abbas monasterii Montismaioris⁴ tunc Marchie Anconitan. rector de ipsius civis
5 fidelitate ac devotione confidens ei potestarie civitatis eiusdem commisit officium et
mandavit eidem, ut inibi pro custodia civitatis eiusdem vigintiquinque servientes
stipendiarios retineret. Sicque prefatus civis iuxta mandatum rectoris eiusdem huiusmodi
assumens officium predictos stipendiarios conduxerat et^a ad safficiendum^b ipsis de suis
stipendiis se principaliter obligavit, de quibus postmodum eisdem stipendiariis de proprio
10 plenarie satisfacit. Et licet predictus rector pro parte de dictis stipendiis civi satisfecerit^c
memorato et de ducentis sexaginta duabus libris undecim solidis et octo denariis
Ravennatum^d, qui sibi solvendi restabant, satisfacere promississet ac se et rectores predictae

Marchie successores suos ad hoc duxerit obligandos, quamquam obligandi successores non habuerit potestatem, nondum tamen est eidem civi de huiusmodi pecunia satisfactum.
15 Quare dictus civis ad nos cum humilitate recurrens super hoc^e nostre providentie gratiam imploravit.

Ne igitur prefatus civis ex hiis dispendium patiat, nobilitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis potestate^f, consilio et communi civitatis eiusdem, ut per se vel alium aut alios, si velint, intersint, inquiras summarie sine strepitu iudicii de premissis
20 diligentius veritatem et, quod inde inveneris^g, nobis per tuas litteras harum seriem^h continentes fideliter intimare procures, ut de negotii qualitate diligentius informati, quid in hac parte faciendum exstitit, clarius et maturius Domino danteⁱ discernere valeamus. Et quia non^k deceret, quod dictus civis in suo iure, siquidem in hac parte forte sibi competeret, teneatur diutius in suspenso, volumus, quod mandatum nostrum super hiis^l studeas celeriter
25 adimplere.

Dat. X. kl. Novembris. *

^a et über der Zeile nachgetragen.

^b Verschrieben für satisfaciendum.

^c Korrigiert.

^d Ravendatum vor Korrektur.

^e Über der Zeile nachgetragen.

^f Davor capitane gestrichen.

^g 'in' über der Zeile nachgetragen.

^h series vor Korrektur.

ⁱ Durch Zeichen umgestellt, vorher dante

domino. ^k Davor 'non d' gestrichen. ^l Einkorrigiert.

¹ Amiel d'Agoult di Courban, vgl. Nr. 5 Anm. 1.

² Für *Eugubin.*, Gubbio, Prov. Perugia; Person nicht näher identifiziert.

³ Fossombrone (Prov. Pesaro e Urbino).

⁴ Bernardo da Montmirat, (OSB) * um 1225, † 1296, bedeutender Dekretalist ('Abbas antiquus'), seit 1266 Abt von Montmajour (Diöz. Arles), war von 1278-1281 Rektor der Mark Ancona, vgl. Waley, *Papal State* 315, Kuttner, *Wer war der Dekretalist 'Abbas antiquus'?* (ZRG Kan LVII (1937), 471ff.).

82 (94)

Martin betraut den Prior des Johanniterordens des Priorats von S. Gilles in der Provence, Guillaume, erneut mit der Ausübung der Regierungsgewalt im Venaisin und befiehlt ihm, alle kirchlichen Abgaben einzusammeln und zu verwalten, um darüber gegenüber der Kammer Rechenschaft abzulegen, sowie die von jeher geschuldeten Treueide entgegenzunehmen.

Orvieto, 1281 Oktober 19.

Reg. Vat. 42, fol. 17r

Delaville le Roulx, Cartulaire, Nr. 3778.

Martinus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio fratri Guillelmo¹ priori prioratus hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitan. de Sancto Egidio in Provincia² salutem et apostolicam benedictionem.

5 Felicis recordationis Nicolaus papa III.³ predecessor noster merita circumspecte tue fidelitatis attendens curam, custodiam, administrationem, regimen ac iurisdictionem totius

terre Venaysini⁴, que est ecclesie Romane speciale demanum^a, quoad temporalia tibi commisit usque ad sue beneplacitum voluptatis.⁵

10 Verum, quia huiusmodi commissio per obitum predecessoris eiusdem dinoscitur expirasse, nos eidem terre, quam prospere dirigi cupimus et salubriter gubernari, paterna sollicitudine precavere volentes, ne absque gubernatore utili deseratur, ac sperantes, sicut hactenus de tuis collegimus actibus, quod ea, que tue sollicitudini committuntur, gerantur sollicite, fideliter et prudenter, curam, custodiam, administrationem, regimen et iurisdictionem huiusmodi de novo tibi presentium auctoritate committimus gerenda per te usque ad nostre beneplacitum voluntatis devotioni tue per apostolica scripta mandantes, quatinus provide, 15 sicut de te confidimus, factam tibi per nos eandem commissionem exercens redditus et proventus et obventiones inibi debitos et spectantes ecclesie spradict^b nostro et ecclesie prefate nomine integre colligas et fideliter custodias et conserves, ut de ipsis camere nostre plenam possis reddere rationem, faciens tibi eodem nomine ab illis prestari fidelitatis debite iuramenta, qui ab olim ea sedis apostolice nuntiis minime prestiterunt. Sic itaque in 20 hac parte sicut vir industrius exercitio circumspecte bonitatis exurgas et commissum tibi ministerium in hac parte utiliter prosequaris, quod prefata ecclesia suis iuribus non fraudetur nosque possimus exinde tue promptitudinis studium merito commendare. Nos enim sententias sive penas, quas spiritualiter propter hoc^c temporaliter rite tuleris vel statueris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem 25 condignam inviolabiliter observari.

Dat. apud Urbemveterem XIII. kal. Novembris pontificatus nostri anno primo.

^a *Verschrieben für demanium.* ^b *Verschrieben für supradicte.* ^c *Hier fehlt ein et oder aut oder sive...*

¹ Guillaume de Villaret, Rektor im Venaissin von 1274 - 84, vgl. Faure, *Comtat-Venaissin*, 50 ; 1296 – 1305 (?) Großmeister des Johanniterordens, vgl. Delaville le Roulx, *Cartulaire*, Nr. 4308.

² St. Gilles in der Provence.

³ Nikolaus III., Papst 1277-80, vgl. A. Demski, *Papst Nikolaus III.*, München 1903.

⁴ Venaissin; Das Venaissin (die frühere Markgrafschaft Toulouse, etwa das heutige Dep. Vaucluse) gehörte seit 1274 zum Kirchenstaat; vgl. C. Faure, *Etude sur l'administration et l'histoire du Comtat-Venaissin du 13^e au 15^e siecle*, Paris 1909.

⁵ 1278 Januar 21 hatte Nikolaus III. Guillaume Villaret in seinem Amt bestätigt, vgl. Delaville le Roulx, *Cartulaire*, Nr. 3648.

83 (95)

Martin mahnt alle geistlichen und weltlichen Personen sowie Institutionen im Venaissin, dem obengenannten Prior zu gehorchen und ihm die der Kirche zustehenden Abgaben zukommen zu lassen.

(Orvieto, 1281 Oktober 19).

Reg. Vat. 42, f. 17r - Exekutoria zu Nr. 82; siehe zu den Namen ebenda.

Idem. Venerabilibus fratribus, episcopis et dilectis filiis ecclesiarum prelati ac clericis, baronibus quoque ac aliis nobilibus et hominibus universis per terram Venaysini constitutis salutem etc.

Felicis recordationis etc. usque voluntatis^a.

5 Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus in hiis, ad^b dicte commissionis spectant officium, priori predicto devote ac humiliter pareatis ei de redditibus et proventibus et obventionibus eidem ecclesie debitis et ad eam spectantibus nostro et ecclesie predictae nomine integre responsuri, ita quod possitis exinde tamquam devotionis filii merito commendari.

10 Alioquin sententias sive penas, quas ipse propter hoc temporaliter rite statuerit vel tulerit in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam^c appellatione remota inviolabiliter^c observari.

Dat. ut supra.

^a Nach Nr. 82 zu ergänzen.
inviolabiliter appellatione remota.

^b Davor que zu ergänzen.

^{c-c} Durch Zeichen umgestellt, zuvor

(96)

Gleichlautender Befehl wie oben an alle Städte und Gemeinden im Venaisin.

(Orvieto, 1281 Oktober 19).

5 In eundem modum. Dilectis filiis comunitatibus, universitatibus ac populis civitatum, castrorum et quorumcumque locorum per terram Venaysini constitutis salutem^a etc. usque mandamus^b, quatinus de hiis, que ad dicte commissionis spectant officium, dicto priori devote ac humiliter pareatis ei de redditibus et proventibus eidem ecclesie debitis nostro et ecclesie predictae nomine integre responsuri, ita quod possitis exinde tamquam devotionis filii merito commendari.

10 Alioquin penas, quas ipse propter hoc rite statuerit in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari.

Dat. ut supra.

^a Über der Zeile nachgetragen.

^b Nach Nr. 82 zu ergänzen.

84 (97)

Martin verkündet dem Seneschall des Königs von Frankreich in Beaucaire und Nimes, dass er die Regierungsgewalt des Priors G(uillaume) für das Venaisin bestätigt hat und ersucht ihn, diesem wohlwollend zu begeben und ihn bei seiner Amtsführung zu unterstützen.

(Orvieto, 1281 Oktober 19).

Reg. Vat. 42, fol. 17r-17v - Siehe zu den Namen und dem Zusammenhang Nr 82.

Idem. Dilecto filio nobili viro . . senescalco carissimi in Christo filii nostri regis Francie illustris in Bellicadro et Nemauso¹ salutem et apostolicam benedictionem.

5 Terra Venaysini, que est sedis apostolice specialis, frequenter se nostris representat affectibus, et eam salubriter dirigi cupimus et prospere gubernari. Cum itaque felicitis recordationis Nicolaus papa III. predecessor noster curam, custodiam, administrationem, regimen et iurisdictionem eiusdem terre dilecto filio G. priori prioratus * hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitan. de sancto Egidio in Provincia usque ad suum beneplacitum duxerit committenda, nos attendentes, quod huiusmodi commissio predecessoris eiusdem per ipsius obitum expirarat, ac propter hoc eidem terre, quam prospere dirigi cupimus et salubriter
10 gubernari, paterna sollicitudine precavere volentes, ne absque gubernatore utili deseratur, ac sperantes, sicut hactenus de ipsius prioris collegimus actibus, quod ea, que eiusdem sollicitudini committuntur, gerantur sollicite, fideliter et prudenter, curam, custodiam, administrationem, regimen et iurisdictionem huiusmodi de novo sibi apostolica auctoritate commisimus geranda^a per eum usque ad nostre beneplacitum voluntatis.

15 Quocirca devotionem tuam duximus attente rogandam, quatinus priorem eundem favore benivolo prosequens sic ipsum et terram eandem habere studeas commendatos dignis eos dirigendo favoribus et auxiliis protegendo, quod te propter hoc exinde commendare merito valeamus.

Dat. ut supra.

^a Für gerenda.

¹ Guillaume de Pontchevron, 1281 April 5 als Seneschall in Beaucaire und Nimes belegt (vgl. Langlois, *Philippe III le Hardi*, 327 (ebenso 1283 September 3, vgl. Kern, *Acta imperii Angliae et Franciae*, Nr. 45).

(98)

Brief gleichlautenden Inhalts an den Seneschall des Königs von Sizilien in der Provence.

(Orvieto, 1281 Oktober 19).

5 Item in eundem modum. Dilecto filio nobili viro . . senescalco¹ carrissimi in Christo filii nostri C. regis Sicilie² illustris in Provincia salutem etc. Terra Venaysin. etc. ut supra per totum.

Dat. ut supra.

¹ Jean de Burlas, Seneschall in der Provence 1278 - 1282, vgl. Cortez, *Les grands officiers*, 41 f.

² Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 9.

85 (99)

Martin fordert die Bischöfe von Carpentras und Cavaillon auf, dem Rektor des Komitats Venaysin bzw. dessen Mitarbeitern beizustehen und sie gegen ihre Widersacher

gegebenenfalls unter Verhängung von Kirchenstrafen zu unterstützen, unbeschadet irgendwelcher Privilegien und Verfügungen, die die Widersacher dem Zuständigkeitsbereich der Bischöfe entziehen bzw. eine mögliche Bestrafung verhindern würden.

Orvieto, 1281 August 31.

Reg. Vat. 42, fol. 17v.

Idem. Venerabilibus fratribus . . . Carpentoraten.¹ et .. Cavallicen.² episcopis salutem etc.

Cum nonnulli reverentie, qua nobis et ecclesie Romane tenentur, obliti rectorem comitatus^a Venaysini³ ad eandem ecclesiam pertinentis et eius vices gerentes fructus, redditus et proventus et alia bona comitatus eiusdem indebite occupando et alias etiam sibi diversas iniurias inferendo, quominus commissum sibi a sede apostolica circa eundem comitatum officium exercere libere valeant, ausu temerario, sicut accepimus, impedire seu ipsos molestare presumant et durum sit eis recursum ad apostolicam sedem semper super premissis habere, nos volentes in hac parte remedio consulere oportuno fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos vel alter vestrum per vos vel per alium seu alios eidem rectori et gerentibus huiusmodi vices eius oportuni favoris presidio assistentes ipsos super premissis vel eorum pretextu ab aliquibus personis ecclesiasticis vel secularibus, cuiuscumque dignitatis, status, ordinis seu conditionis existant, non sinatis indebite molestari et exhibituri^b eisdem, cum ab ipsis fueritis requisiti, de quibuslibet supradictis eis iniuriantibus, etiam per viam iudicii, ubi negotii qualitas exegerit, iustitie complementum molestatores et contradictores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione posposita compescendo; non obstante indulgentia, si qua est, aliquibus generaliter vel specialiter a predicta sede concessa, quod excommunicari, suspendi vel interdici seu extra certa loca seu fines ad iudicium evocari non possint per litteras sedis eiusdem non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi vel earum personis, locis aut ordinibus mentionem, seu alia qualibet sedis ipsius indulgentia, per quam vestre iurisdictionis explicatio^c in hac parte valeat quomodolibet impediri, sive constitutione de duabus dietis edita in concilio generali⁴, dumodo ultra tertiam vel quartam aliquis extra suam diocesem auctoritate presentium non trahatur, proviso quod, ubi de aliquo, super quo ipsius ecclesie iurium notabile preiudicium timeretur, antequam procedatur in illo, Romanum pontificem tempore debito consulatis presentibus post septem annos minime valituris.

Dat. apud Urbemveterem II. kal. Septembris pontificatus nostri anno primo.

^a *Davor civitatis gestrichen.*

^b 'h' über der Zeile einkorrigiert.

^c *Zumindest ungewöhnlich, zu erwarten wäre executio.*

¹ Raymond de Mazan, Bischof in Carpentras (Dep. Vaucluse) 1280-89, vgl. M. H. Laurent, *Carpentras*, DHGE 11, Sp. 1112-14.

² 1282 wird ein Bertrand als Bischof von Cavaillon (Dep. Vaucluse) genannt, vgl. M. H. Laurent, *Cavaillon*, DHGE 12, Sp. 25.

³ Venaissin, siehe dazu Nr. 82.

⁴ *Constitutio de duabus dietis*, c. 37 Conc. Lat. IV = X 1, 3, 28 (zum Sinn dieser Bestimmung siehe Herde, *Audientia litterarum contradictarum*, I, 194 Anm. 16.).

86 (100)

Martin gewährt den geistlichen Personen und Institutionen im Venaissin das Vorrecht, dass sie sich nur vor den eingesetzten Richtern verantworten müssen, die weltlichen vor dem vom Papst eingesetzten Rektor, und erklärt alle anderslautenden päpstlichen Briefe, die das vorliegende Schreiben nicht erwähnen, für nichtig.

Orvieto, 1281 Dezember 9.

Reg. Vat. 42, fol. 17v-18r

Martinus^a episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus episcopis et dilectis filiis clericis et religiosis ac nobilibus viris baronibus, comunitatibus quoque ac hominibus universis in comitatu Venaysini¹ constitutis nostris et ecclesie Romane fidelibus salutem et apostolicam benedictionem.

5 Sicut ad nostrum pervenit auditum, nonnulli clerici et layci vos coram diversis iudicibus per litteras apostolicas faciunt ad iudicium * evocari et fatigant plerumque laboribus et
expensis, quamquam ordinarius vester de vobis, fratres episcopi, necnon de vobis, filii clerici
et religiosi, vestri ordinarii super causis ad eorum forum spectantibus ac rector terre Venaysini
10 per sedem apostolicam deputatus de vobis, filii barones, communitates et homines super hiis, que ad iurisdictionem suam pertinent, parati existant cuilibet conquerenti exhibere iustitie complementum.

Nos igitur quieti vestre, ne taliter impetamini, providere volentes auctoritate^b vobis presentium indulgemus, ut, quamdiu vos, episcopi, clerici et religiosi coram dictis ordinariis, vos vero, barones, communitates et homines coram eodem rectore et suis officialibus parati
15 fueritis stare iuri, per huiusmodi litteras impetratas, quarum auctoritate nullus habitus est processus, et etiam impetrandas, que de presentibus non fecerint mentionem, super premissis molestari ab aliquibus usque ad^c nullatenus valeatis. Nulli ergo nostre etc.

Dat. apud Urbem veterem V. id. Decembris pontificatus nostri anno primo.

^a Daneben am Rand ein h. hier im Text gestrichen).

^b ‚c‘ über der Zeile einkorrigiert.

^c Zu ergänzen triennium (nach Nr. 87,

¹ Venaissin, vgl. hierzu Nr. 82.

87 (101)

Martin befiehlt dem Bischof von Orange, nicht zuzulassen, dass jemand gegen den Inhalt des obigen Indults (Nr. 86) verstößt und damit die geistigen und weltlichen Personen und Institutionen belästigt und trägt ihm auf, gegen die Zuwiderhandelnden durch Verhängung von Kirchenstrafen vorzugehen.

Orvieto, 1281 Dezember 10.

Reg. Vat. 42, fol. 18r

Martinus episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri . . . episcopo Aurasicen.¹ salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut ad nostrum pervenit auditum, nonnulli clerici et laici venerabiles fratres nostros episcopos et dilectos filios clericos et religiosos ac nobiles viros barones, communitates
5 quoque ac homines universos in comitatu Venaysin.² constitutos nostros et ecclesie Romane fideles coram diversis iudicibus per litteras apostolicas faciunt ad iudicium evocari et fatigant plurimum laboribus et expensis, quamquam eorundem episcoporum ordinarius de ipsis
10 episcopis necnon et de prefatis clericis et religiosis eorum ordinarii super causis ad eorum forum spectantibus ac rector terre Venaysin. per sedem apostolicam deputatus de supradictis baronibus, communitatibus et hominibus super hiis, que ad iurisdictionem suam pertinent, parati existant^a cuilibet conquerenti exhibere iustitie complementum.

Nos igitur quieti ipsorum, ne taliter impetantur, providere volentes eis per litteras nostras duximus indulgendum³, ut, quamdiu ipsi episcopi, clerici et religiosi coram dictis ordinariis, prefati vero barones, communitates et homines coram eodem rectore et suis officialibus parati
15 fuerint stare iuri, per huiusmodi litteras impetratas, quarum auctoritate nullus habitus est processus, et etiam impetrandas, que de predictis nostris litteris non fecerint mentionem, super premissis usque ad triennium ab aliquibus nullatenus valeant molestari.

Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eosdem episcopos, clericos, religiosos, barones, communitates et homines per idem triennium non permittas
20 contra indulti nostri tenorem ab aliquibus molestari molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita concipiendo non obstante, si aliquibus a sede sit indultum eadem, quod interdicti vel excommunicari nequeant aut suspendi.

Dat. apud Urbem veterem III. id. Decembris pontificatus nostri anno primo^b.

^a 'h' vor 'i' gestrichen.

^b Danach am Rand ein verblaßtes stilisiertes X: Hier sind die auf den Seiten 14v – 15 nachgetragenen Stücke (Nr. 67 – 72) einzufügen (siehe Einleitung).

¹ Orange; 1280 und 1285 wird ein 'Guillelmus' als Bischof genannt, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 117.

² Venaissin, vgl. Nr. 82.

³ Siehe vorhergehender Brief.

88 (102)

Martin teilt dem Vikar und dem Rektor der Romagna, Guillaume Durand und Jean d'Eppe mit, dass sie in Kürze den geforderten Sold für drei weitere Monate für die Truppen erhalten werden, damit ihn der Vikar auszahlen kann. Ferner befiehlt er ihnen, keine neuen Söldner anzuwerben. Bei dem König von Sizilien (Karl von Anjou) wird er sich erkundigen, wie mit den französischen Söldnern verfahren werden soll.

Orvieto, 1282 Januar 13.

Reg. Vat. 42, f. 18r-18v

Martinus etc. Dilectis filiis magistro Guillelmo Duranti capellano nostro vicario in spiritualibus¹ et nobili viro Johanni de Epa rectori in temporalibus² provincie Romaniolae salutem et apostolicam benedictionem.

Intendentes negotium provincie Romaniolae³, quod per^a manibus agitur, annuente Domino
5 ad optatam finem perduci nec illud ex expensarum seu quovis defectu alio relinquere
imperfectum devotioni vestre tenore presentium intimamus, quod pro stipendiis militibus et
equitibus ac aliis stipendiariis immorantibus servitio Romane ecclesie in provincia supradicta
pro tribus fueritis^b mensibus computandis a finito tempore, pro quo fuit eis hactenus
satisfactum, de stipendiis persolvendis apud Bononiam⁴ vel Faventiam⁵ in brevi faciemus
10 postulatam a vobis pecuniam assignari, quam per te, fili vicarie, in solutionem * stipendiorum
huiusmodi ac aliarum expensarum, que fuerint prosecutioni prefati negotii oportune, sic
sapienter et discrete converti volumus et mandamus, quod circumscriptio tua exinde valeat
merito commendari.

Verum quia credimus huiusmodi prosecutioni ad presens sufficere stipendiarios, quos
15 habetis, volumus et discretioni vestre per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus,
quatinus de novo nullos stipendiarios admittatis absque nostra licentia speciali in hiis et aliis,
que facienda occurrerint, illam adhibitori sollicitudinem, diligentiam et cautelam, quod
negotio prefato in vestris manibus prosperante^c de negligentia non possitis redargui, sed potius
de laudabili vigilantia commendari. Super eo autem, quod per litteras intimastis stipendiarios
20 gallicos certos dies velle deducere pro ipsorum reditu de tempore, pro quo eis stipendia
persolventur, ex quo eis continuatur stipendiorum solutio, pro futuro tempore expedire non
vidimus ad presens aliter respondendum intendentes interim super hoc carissimum in Christo
filium nostrum . . regem illustrem Sicilie⁶ requiri facere, et quod ipse in hac parte faciendum
viderit erga stipendiarios ipsos, faciemus plenarie observari.

25 Dat. apud Urbem veterem id. Ianuarii pontificatus nostri anno primo.

^a Verschieden für pre. ^b Verschieden (überflüssig) ^c Davor ein Wort getilgt.

¹ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

² Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

³ Zum Konflikt in der Romagna Nr. 13 Anm. 5.

⁴ Bologna. - Anfang 1282 versammelte sich hier ein päpstliches Heer von ca. 3500 Soldaten, vgl. Kiesewetter, *Eppe*, 30.

⁵ Faenza (Prov. Ravenna).

⁶ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

89 (103)

Martin unterrichtet aus gegebenem Anlaß Guillaume Durand und Jean d'Eppe über Auskünfte Karls von Anjou, wie die Gefangenen und die Beute, die bei den Kämpfen in der Romagna gemacht werden, aufzuteilen sind, und befiehlt ihnen, diesen Folge zu leisten.

Orvieto, 1282 Januar 13.

Reg. Vat. 42, fol. 18v

Martinus servus servorum Dei. Dilectis filiis magistris^a Guilliemo Duranti capellano nostro vicario in spiritualibus¹ et nobili viro Johanni de Epa² rectori in temporalibus provincie Romaniolae salutem et apostolicam benedictionem.

Intellecto nuper, quod . . . marescalcus^b ³ in decreta vobis provincia deputatus equos, qui a stipendiariis emendandi de pecunia nostre camere assignantur, retinere ac suis utilitatibus indifferenter presumpsit applicare hactenus et presumit necnon et ipsi stipendiarii captivos omnes et predas, quos per cavalcata ex rebellibus ecclesie capiunt, ad utilitatem suam presumunt totaliter retinere, propter quod, cum camera ipsa noscatur dampna plurima incurrisse, miramur non immerito et turbamur, quod premissa clausis oculis tolerantes ea nobis, prout decuit, intimare tanto tempore distulistis. Super quibus, postquam ad nostram pervenerunt notitiam, carissimum in Christo filium nostrum . . . regem Sicilie⁴ illustrem duximus consulendum, ut ipse exprimeret, quid in talibus servari debeat et observet.

Unde, cum ipse asserat, quod marescalcus in equis, qui resignantur, et stipendiarii in captivis huiusmodi nullum ius sibi debeant vendicare, ipsique captivi sint rectori provincie nomine Romane^c ecclesie assignandi, per quos circa prosecutionem presentis negotii magna posset utilitas provenire, ac de predis et spoliis, que per expugnationem castrorum seu pugnando alias quomodolibet capiuntur, non debeat aliquid camera exigere ab eisdem, de aliis vero, que per cavalcatas obveniunt sine pugna, sit medietas ipsi camere assignanda, volumus et discretioni vestre per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatinus tantum preiudicium camere nullatenus sustinentes sic predicta prudenter studeatis corrigere ac secundum eiusdem^d regis assertionem ea facere inviolabiliter observari, quod propter hoc non oporteat nos aliter scribere, set potius diligentie vestre studium exinde valeat merito commendari.

Dat. apud Urbem veterem id. Ianuarii pontificatus nostri anno primo.

^a Wohl verschrieben für magistro.

^b Für marescalcus.

^c Davor fälschlich ecclesie.

^d Über der Zeile nachgetragen.

¹ Guillaume Durand; vgl. Nr. 13 Anm. 1.

² Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

³ Robert de Richeville, Marschall unter Martin IV. (vgl. Waley, *Papal State*, 202 Anm. 1), seit Dezember 1278 als Iustitiar in Kalabrien belegt (RA 20, 80), zuletzt 1283/84 als päpstlicher Marschall erwähnt (RA, 27, 172), 1285 Januar 13 als verstorben bezeichnet (siehe unten Nr. 559).

⁴ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

90 (104)

Martin erteilt Guillaume Durand die Vollmacht alle, die exkommuniziert worden waren, weil sie Guido von Montefeltro unterstützt haben und jetzt oder zukünftig bereit sind, zur Kirche zurückzukehren, von der Exkommunikation zu lösen.

Orvieto, 1281 Dezember 17.

Reg. Vat. 42, f. 18v-19r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro vicario in spiritualibus provincie Romaniolae salutem etc.

Cum, sicut per litteras tuas accepimus, nonnulli de rebellibus ecclesie in provincia Romaniolae desiderant ad mandata nostra et ecclesie Romane redire, nos discretioni tue, de qua
5 plenam in Domino fiduciam obtinemus, presentium auctoritate committimus, ut omnes tam clericos quam laicos provincie supradicte, qui ad nostra et ecclesie Romane mandata libere sunt reversi vel^a * in posterum revertentur, ab excommunicationis sententia, quam incurrisse noscuntur ex eo, quod Guidoni de Montefiltro² persecutori ecclesie manifesto vel eius complicitibus contra eandem ecclesiam adheserunt dando eis consilium, auxilium vel favorem,
10 possis absolvere iuxta formam ecclesie consuetam et imponere eis penitentiam salutarem ac cum aliquibus ex predictis clericis, de quibus expedire videris, dispensare super irregularitate contracta pro eo, quod in divinis ministrarunt officiis vel in locis rebellium interdictis presumpserunt contra prohibitionem sedis apostolice remanere vel recedere exinde in prefixo termino non curarunt.

15 Dat. apud Urbem veterem XVI. kal. Ianuarii anno primo.

^a *Danach in gestrichen.*

¹ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

² Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm. 3.

91 (105)

Martin trägt Guillaume Durand und Jean d'Eppe auf, von ihrem Marschall Simon de Genuliaco einen Treueeid einzufordern und zukünftig seinen Forderungen, die die Ausrüstung der französischen Söldner betreffen, nachzukommen.

(Orvieto, 1282) Januar 16.

Reg. Vat. 42, fol. 19r

Idem. Dilectis filiis magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro vicario in spiritualibus et nobili viro Johanni de Epa rectori² in temporalibus provincie Romaniole.

Intellecto nuper, quod inter vos et dilectum filium Symonem de Genuliaco³ marescalcum super emendis equorum stipendiariis gallicis faciendis⁴ ex eo plerumque discordie materia
5 suscitatur, quod ipse marescalcus asserit super hiis apodisse sue tantummodo fore credendum, vos autem pro quolibet equo emendendo ad minus vultis recipere duos testes, volendes^a igitur, ut inter vos et ipsum super emendis huiusmodi contentio ulterius nulla fiat, discretioni vestre presentium auctoritate mandamus, quatinus recepto prius ab ipso marescalco iuramento iusta^b
10 in premissis et aliis fideliter exercebit, deinceps assertioni sive apodisse ipsius, que de verisimilibus signis seu probationibus, quod emenda debeat fieri, plenam faciat mentionem, fidem plenam adhibere curetis super prefatis emendis reddendis dictis stipendiariis, cum fuerit oportunum.

Dat. XVII. kal. Februarii.

^a Für volentes. ^b Für iuxta.

¹ Guillaume Durand; vgl. Nr. 13 Anm. 1.

² Jean d' Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 11.

³ Er stammte wohl aus Frankreich (Genouillac, Dép. Creuse bzw. Genouillé, Dép. Charente-Maritime), ist aber sonst nicht nachgewiesen.

⁴ In dem 3500 Personen umfassenden päpstlichen Heer befanden sich zu diesem Zeitpunkt 1700 französische Söldner, vgl. Kiese Wetter, *Eppe*, 30.

(106)

Martin fordert den Marschall Simon auf, vor dem Rektor und dem Vikar in der Romagna den diesen übersandten Eid zu leisten.

(Orvieto, 1282 Januar 16).

In eundem modum. Dicto Simoni marescalco etc. usque oportunum.

Ideoqu^a devotioni tue presentium auctoritate mandamus, quatinus huiusmodi iuramentum exhibeas coram vicario et rectore predictis secundum traditam eis formam.

5 Dat. ut supra.

^a *Davor Strich in einer Lücke (Rasur).*

92 (107)

Martin bestätigt den genannten Kaufleuten der Gesellschaft der Ricchardi aus Lucca, die verbliebenen 3857 Pfund, 8 Schilling und 3 Denare Turnosen aus dem Erbe des verstorbenen Kardinalbischofs von Porto, R(ichard), ordnungsgemäß den genannten Kammerkaufleuten übergeben zu haben und erklärt alle gegenwärtigen und zukünftigen Forderungen bezüglich dieses Vermögens ihnen gegenüber für nichtig. Wer noch Ansprüche daran geltend machen möchte, kann sich an den Papst wenden.

Orvieto, 1282 Januar 13.

Reg. Vat. 42, f. 19r-19v

Vgl. Paravicini-Bagliani, I testamenti, 33.

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Labro Vulpelli,¹ Raynerio Maghierii,² Orlandino Pogii, Ricchardo^a Pogii,³ Dino Tadolini⁴ et Vante Honesti⁵ ac sociis eorundem de societate Ricchardorum^b ⁶ civibus et mercatoribus Lucan.^c salutem et apostolicam benedictionem.

5 Cum de bonis, que bone memorie R. Portuen.⁷ episcopus, qui apud sedem apostolicam intestatus decessit, apud vos et societatem vestram habuit, secundum rationem inter vos et dilectum filium Berardum camerarium nostrum⁸ habitam sex milia ducente sexaginta septem libre, quinque soldi et quinque denarii Turonen. sint reperta vosque de bonis huiusmodi soluta prius ad mandatum eiusdem camerarii tam pro expensis factis circa infirmitatem eiusdem
10 episcopi quam pro remuneratione familie sue et nonnullis debitis ac quibusdam aliis necessariis expensis certa pecunie quantitate de speciali nostra coniventia^d tria milia octingentas viginti septem libras, octo soldos et tres denarios Turonen. Thure Bonamichi⁹ de Senis, Frankecco^e Rumbertini¹⁰ et Dino Johannis de Florentia¹¹ mercatoribus camere nostre duxeritis assignanda, dubitantes tamen, ne vobis vel vestris heredibus inposterum per aliquem
15 seu per aliquos propter hoc nomine dicti episcopi seu Cantuarien.¹² arciepiscopi vel Cantuarien. ecclesie fieri possit questio vel moveri, humiliter petivistis super hoc vobis de oportuno remedio per sedem apostolicam provideri.

Nos igitur indemnitati vestre volentes in hac parte paterna sollicitudine providere ac huiusmodi assignationem^f ratam et gratam habentes vos, successores et socios ac heredes vestros ab omni obligatione, qua eidem episcopo vel per eodem occasione dicte pecunie tenebamini, tenore presentium decernimus absolutos^g auctoritate apostolica nicholominus
20 statuentes vos, heredes, successores ac socios vestros aut eorum aliquem predictis seu cuicumque alteri occasione huiusmodi pecunie decetero non teneri. Reservamus tamen omnibus, qui aliquod ius in ipsa pecunia seu parte eius se habere docuerint, ut coram nobis ius
25 suum, sicut iustum fuerit, prosequi valeant et habere.

Nulli ergo^h omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis, constitutionis et * reservationis infringereⁱ ei ausu temerario contrare^k. Siquis autem hec attemptare^l presumpserit,

indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit
incursurum.

30 Dat. apud Urbem veterem id. Ianuarii pontificatus nostri anno primo.

^a Am rechten Rand registretur (siehe Einleitung). ^b 'h' über der Zeile nachgetragen. ^c Am linken
Rand de bonis quondam R. Portuen. episcopi. ^d Korrigiert aus convenientia. ^e 'c' über der Zeile
nachgetragen. ^f Davor prosecutionem gestrichen. ^g Korrigiert aus absolventes. ^h Über der
Zeile nachgetragen. ⁱ Danach fehlt vel. ^k Für contraire. ^l Für attemptare.

¹ Zusammen mit Vantus Honesti vertrat er zur Zeit Martins IV. die Interessen der Riccardi an der Kurie, vgl. Jordan, *De mercatoribus*, 24. Noch unter Nikolaus IV. und Bonifaz VIII. als Kaufmann der Kurie belegt, † um 1301.

² Ansonsten nur noch 1286 belegt, vgl. Arias, *Studi e documenti*, 157.

³ Orlandinus und Ricchardus Pogii sind wahrscheinlich Brüder. Sie sind nur hier erwähnt.

⁴ Noch unter Nikolaus IV. als Kaufmann der Kammer belegt, vgl. P. 23102.

⁵ Unter Martin IV. Vertreter der Riccardi an der Kurie, vgl. Jordan, a. a. O., 24; noch unter Nikolaus IV. als Kaufmann der päpstlichen Kammer erwähnt.

⁶ Zu den Riccardi siehe R. W. Kaeuper, *Bankers to the crown - The Riccardi of Lucca and Edward I*, Princeton 1973.

⁷ Robert Kilwardby, OP, 1261 Provinzial, 1272 Bischof von Canterbury, 1278 Kardinalbischof von Porto-S. Rufina, 1279 September 12 gest., vgl. E. Sommer-Seckendorff, *Studies in the life of Robert Kilwardby*, Rom 1937. – Wie man hier erfährt, hatte er also, wie Paravicini Bagliani, *I Testamenti*, 33, vermutet, kein Testament hinterlassen.

⁸ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

⁹ Mitglied der Sieneser Handelsgesellschaft der 'Bonsignori', von 1282 -1291 als Kaufmann der *camera apostolica* belegt, vgl. Jordan, a. a. O., 19 u. ö.

¹⁰ Es ist wohl jener Franketus Rimbertyni aus der gleichnamigen Florentiner Handelsgesellschaft gemeint, der von 1261 bis zum Pontifikat Nikolaus IV. als Kaufmann der Kammer belegt ist, vgl. Jordan, a. a. O., 8 u. ö.

¹¹ Mitglied der Florentiner Handelsgesellschaft Spiliati - Spine, deren Interessen er an der Kurie vertrat, vgl. Jordan, a. a. O., 25.

¹² Canterbury; Der Erzbischof von Canterbury, John Peckham, erhob Ansprüche auf das Vermögen seines Vorgängers, vgl. Paravicini-Bagliani, *I testamenti*, 33.

93 (108)

Martin befiehlt Guillaume Durand, alle Güter der Aufständischen, deren er habhaft werden kann, einzuziehen und sie der päpstlichen Kammer zu übergeben.

(Orvieto), 1282 Januar 17.

Reg. Vat. 42, fol. 19v

Idem eidem magistro Guillelmo.¹

Cum dignum existat, ut male meriti egestate laborent et iusti edant folia impiorum, volumus et presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus omnia bona seu res rebellium ecclesie, que in quibuscumque ecclesiis, monasteriis seu locis commisse tibi provincie vel
5 alibi deposita contigerit reperiri, ad opus camere nostre nomine Romane ecclesie recipias et conserves contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo

non obstante, si aliquibus est ab apostolica sede indultum, quod interdicti, excommunicari nequeant vel suspendi seu quacumque indulgentia seu privilegio sedis eiusdem quibuscumque personis, ordini vel loco concessis, de quibus oporteat in presentibus specialem fieri mentionem, vel per que id impediri posset quomodolibet vel differi. Quantitatem vero eorum, que receperis de predictis, nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare.

Datum ibidem XVI. kal. Februarii anno primo.

¹ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

94 (109)

Martin ernennt Andrea Spiliati zum Rektor in spiritualibus et temporalibus in der Provinz Campagna und Marittima.

Orvieto, 1282 Januar 27.

Reg. Vat. 42, fol. 19v

Pásztor, Amministrazione, 192.

Dilecto filio magistro Andree Spiliati¹ canonico Cameracen. capellano nostro Campanie Maritimeque rectori.

Inter alias provincias nobis et ecclesie Romane devotas Campanie Maritimeque² partes in ipsius ecclesie gremio constitutas eo benignius paternis oculis intuemur, quo specialius in illis velut eiusdem ecclesie orto^a efferenti^b fructus dulcedinis delectamur. In illis quidem filios amabiles devotione preclaros, fidelitate fervidos et puritate constantes habere percipimus, ad quos in armario nostri pectoris recumbentes afficimur et de ipsorum statu prospero sollicite cogitamus.

Cupientes itaque, quod in eisdem partibus pacis opulentia et cultus iustitie conservetur, personam ad horum promotionem utilem decrevimus deputandam, cuius industria sit salubris ad singula et expugnatrix avida viciorum, ad te, de cuius fidelitate ac experta bonitate confidimus, nostre mentis aciem convertentes rectoriam Campanie ac Maritime predictarum auctoritate apostolica in spiritualibus et temporalibus tibi duximus committendam disponendi, ordinandi, statuendi, precipiendi^c, puniendi, diffiniendi, exequendi et faciendi in eisdem partibus, quicquid honori cuiusdem^d ecclesie ac prospero statui fidelium partium earundem expedire cognoveris, ac contradictores quoslibet et rebelles, quotiens expedierit, spirituali et temporali districtione appellatione postposita compescendi concedentes tibi plenariam potestatem.

Ideoque discretionis tue per apostolica scripta mandamus, quatinus rectoriam ipsam devote suscipiens sic illam laudabiliter gerere studeas, quod exinde possis merito commendari ac nostre et dicte sedis gratiam de bono in melius promereri.

Nos enim processus, sententias sive penas, quas temporaliter rite^e tuleris vel inflixeris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam

25 inviolabiliter observari; non obstantibus aliquibus privilegiis vel indulgentiis aut litteris
apostolicis quibuscumque personis, comunitatibus, universitatibus et locis ecclesiasticis aut
secularibus ab eadem sede concessis, per que tue in hac parte iurisdictionis executio posset
quomodolibet inpediri et de quibus fieri debeat in nostris litteris de verbo ad verbum mentio
specialis seu quod venerabili fratri nostro P. episcopo Anagnin.³ in predictis partibus
iurisdictionem in spiritualibus per apostolicas litteras duximus committendam.
30 Dat. apud Urbem veterem VI. kal. Februarii anno primo.

^a Für horto. ^b Daneben am Rand von gleicher Hand Campanie. ^c 'ci' über der Zeile
nachgetragen. ^d Wohl statt eiusdem. ^e Über der Zeile nachgetragen.

¹ Andrea Spiliati de' Mozzi, aus der Florentiner Kaufmannsfamilie der Mozzi, juristische Studien in Bologna, päpstlicher Kaplan seit Alexander IV., Kanoniker in Florenz und Cambrai, bis 1284 August 23 Rektor in der Campagna und Marittima (s. u. Nr. 514), 1287-95 Bischof von Florenz, 1296-97 Bischof von Vicenza, vgl. E. Chiarini, *Mozzi, Andrea de'*, in: *Enciclopedia Dantesca, III*, S. 1051 f.

² Vgl. Nr. 1 Anm. 2.

³ Petrus Viaticus, Bischof von Anagni, vgl. Nr. 2 Anm. 1.

(110)

Martin verkündet den weltlichen Personen und Institutionen in der Campagna und Marittima die Ernennung Andrea Spiliatis zum Rektor in spiritualibus et temporalibus und fordert sie auf, ihm Gehorsam zu leisten.

5 *(Orvieto, 1282 Januar 27).*

Item in eundem modum. Dilectis filiis universis nobiles, potestatibus seu rectoribus, comunitatibus et universitatibus ceterisque personis secularibus civitatum, castrorum et aliorum locorum per Campaniam et Maritimam constitutis.

Inter alia etc. ut supra in proximis verbis competenter mutatis usque potestatem.

5 Ideoque universitati vestre mandamus, quatinus ipsum^a, inmo potius nos in ipso, benigne recipientes et honorifice pertractantes eidem tamquam Campanie Maritimeque rectori plene in omnibus intendere ac obedire curetis, ita quod exinde commendari * merito valeatis.

Alioquin sententias sive penas, quas spiritualiter aut temporaliter rite tulerit aut inflexerit in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam
10 inviolabiliter observari; non obstantibus etc. usque locis ab eadem sede concessis, per que sue in hac parte iurisdictionis executio etc. usque comittendam.

Dat. ut supra.

^a Über der Zeile nachgetragen.

(111)

Martin verkündet den geistlichen Personen und Institutionen in der Campagna und Marittima die Ernennung Andrea Spiliatis zum Rektor in spiritualibus et temporalibus und fordert sie auf, ihm Gehorsam zu leisten.

(Orvieto, 1282 Januar 27).

Sbaralea, Bullarium Franciscanum III, Nr.18 - Potthast 21843.

Item in eundem modum. Venerabilibus fratribus episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus et^a conventibus Cisterciensis et aliorum ordinum ac decanis, prepositis, arcidiaconis, arcipresbyteris, capitulis et aliis ecclesiarum prelatis seu rectoribus ceterisque personis ecclesiasticis exemptis et non exemptis ac hospitalis Ierosolimitan. et militie Templi magistris
5 et preceptoribus necnon prioribus et guardianis et fratribus Predicatorum et Minorum ordinum per Campaniam et Maritimam constitutis salutem etc. usque mandamus, quatinus eidem rectori in hiis, que ad^b ipsius rectorie spectant officium, devote intendere ac obedire curetis, ita quod devotionem vestram exinde commendare merito valeamus.

Aliquin^c sibi damus nostris litteris in mandatis, ut vos ad id sublato apostolica obstaculo
10 auctoritate nostra compellat; non obstantibus indulgentiis apostolicis, cuiuscumque tenoris existant, per que mandati nostri executio posset quomodolibet impediri et de quibus plenam et expressam seu de verbo ad verbum fieri oporteat in nostris litteris mentionem seu quod venerabili fratri nostro etc. ut supra.

Dat. ut supra.^d

^a Über der Zeile nachgetragen.
Punkte.

^b Über der Zeile nachgetragen.

^c Für Alioquin.

^d Danach drei

95 (112)

Martin ernennt Guillaume Jolys, Kanoniker aus Andille und päpstlichen Familiar, zum päpstlichen Bevollmächtigten bei allen Prozessen, die gegen die Kirche und deren Beamten vor päpstlichen Richtern angestrengt werden.

Orvieto, 1282 Januar 27.

Reg. Vat. 42, f. 20r

Martinus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Guillelmo dicto Jolys canonico ecclesie Andeliacen. Rothomagen.¹ diocesis clerico et familiari nostro salutem et apostolicam benedictionem.

De fidelitate ac industria tua plenam in Domino fiduciam obtinentes te nostrum et ecclesie
5 Romane yconomum, procuratorem sive actorem constituimus in omnibus causis contra nos, dictam ecclesiam seu rectores aut officiales terrarum ipsius ecclesie necnon et processus eorum ac pro nobis et omnibus supradictis coram quibuslibet iudicibus seu auditoribus a nobis super hiis specialiter seu generaliter deputatis aut imposterum deputandis a quibuscumque
10 personis motis atque movendis, ut in premissis de nostro speciali mandato agendi, defendendi, excipiendi, replicandi et litem contestandi ac faciendi cetera, que verus et legitimus

yconomus, procurator sive actor facere deberet et posset, plenam habeas potestatem ratum habituri et firmum, quicquid circa predicta et quodlibet predictorum duxeris faciendum.

Dat. apud Urbemveterem VI. kal. Februarii pontificatus nostri anno primo.

¹ Andille in der Diözese Rouen (Dep. Vienne). Guillelmus ist sonst nicht nachgewiesen.

96 (113)

Martin bestätigt auf seine Bitte hin dem englischen König Eduard, dass er (Eduard) den Zins von tausend Silbermark ordnungsgemäß für die dem Jahr 1277 vorausgehenden acht Jahre gezahlt hat.

Orvieto, 1282 Februar 3.

Reg. Vat. 42, fol. 20r

Raynaldus, Annales ecclesiastici ad anno 1277 (!), § 52 - Potthast 21845. - Lunt, Financial Relations, 160.

Martinus etc. Carissimo in Christo filio E. regi Anglie illustri¹ salutem etc.

Ex parte tua fuit propositum coram nobis, ut, cum de annuo censu mille marcarum argenti, in quo ecclesie Romane teneris,² pro octennio^a iam transacto in festo beati Michaelis de mense Septembris³ tunc currente anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo
5 terminato ipsi Romane ecclesie fuerit per parte tua per diversas solutiones integre satisfactum⁴
nec fueris de satisfactione huiusmodi a sede apostolica oportunas quitationis litteras assecutus, petebatur a nobis, ut providere tibi in hac parte paterna diligentia curarem⁵.

Nos igitur petitioni tue utpote iuste benignius annuentes presentium tenore fatemur de
10 censu huiusmodi pro prefato octennio fore prefate Romane ecclesie satisfactum ad tuam
tuorumque heredum cautelam et futuram memoriam presentes tibi litteras concedentes.

Dat. apud Urbemveterem III. non. Februarii pontificatus nostri anno primo.

^a *Am Rand (von neuerer Hand): census solutus Anglie.*

¹ Eduard I., vgl. Nr. 43 Anm. 1.

² Gemeint ist der Peterspfennig, vgl. Nr. 43.

³ September 29.

⁴ Die Summe von 8000 Mark Sterling war 1277/1278 in zwei Raten zu 3000 Mark und 5000 Mark Sterling gezahlt worden, vgl. Lunt, a. a. O., 159.

⁵ Eine Quittung über die erfolgte Zahlung war bereits am 23. Februar 1278 von Nikolaus III. ausgestellt worden, vgl. Lunt, a. a. O., 159. Möglicherweise forderte Eduard I. erneut eine Quittung, weil offensichtlich die Zahlung des Zinses für zwei weitere Jahre vor 1277 übersehen worden war, vgl. Lunt, a. a. O., 160.

97 (114)

Martin entspricht einer Bitte des Patriarchen O(pizo) von Antiochien und entbindet ihn von der Vollstreckung des Testaments des Kardinaldiakons V(berto) von S. Eustachio.

Orvieto, 1282 Januar 27.

Reg. Vat. 42, f. 20r-20v

Martinus etc. Venerabili fratri O. patriarche Antiochen.¹ salutem etc.

Bone memorie V. sancti Eustachii² diaconus cardinalis habens, ut dicitur, a sede apostolica testandi licentiam de bonis suis condidit testamentum, et in eo aliqua de bonis ipsis legavit in subsidium Terre Sancte ab eo te ac bone memorie R. sancti Angeli³ diacono cardinali ipsius
5 testamenti executoribus⁴ deputatis. Verum licet primo cum eodem R. cardinali, dum viveret, et postmodum ipso sublato de medio in nonnullis circa executionem^a ipsius testamenti duxeris procedendum, tamen, ut asseris, ex certis causis ipsius testamenti executioni ulterius vacare non vales, * nobis humiliter supplicasti, ut te exinde absolvere dignemur.

Nos igitur tuis supplicationibus inclinati te ab executione testamenti eiusdem tenore
10 presentium duximus absolvendum.

Dat. apud Urbemveterem VI. kl. Februarii pontificatus nostri anno primo.

^a *Verschrieben für executionem.*

¹ Opizo, seit 1270 als (Titular -) Patriarch von Antiochien belegt, 1280 Administrator in Trani, 1288 in Genua, unter Bonifaz VIII. gestorben, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 93.

² Uberto da Cocconato (bei Asti), 1261 - 1276 Kardinaldiakon von S. Eustachio, vgl. Paravicini Bagliani, *I testamenti*, 26.

³ Riccardo Annibaldi, 1238 - 1276 Kardinaldiakon von S. Angelo in Pescheria; Er ist nur knapp zwei Monate nach Uberto gestorben, vgl. Paravicini Bagliani, a. a. O., 28.

⁴ Die Namen der Testamentsvollstrecker waren bisher unbekannt, bei Paravicini Bagliani, a. a. O. ist der vorliegende Brief nicht berücksichtigt.

98 (115)

Martin betraut seinen Kämmerer Berard mit der Vollstreckung des Testaments des Kardinals U(bert) von S. Eustachio.

Orvieto, (1282 Januar 27).

Reg. Vat. 42, fol. 20v – Siehe zu den Namen den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio Berardo¹ camerario nostro salutem et apostolicam benedictionem.

Bone memorie V. sancti^a Eustachii diaconus cardinalis habens, ut dicitur, a sede apostolica testandi licentiam de bonis suis condidit testamentum, et^b in eo aliqua de bonis ipsis legavit in

5 subsidium Terre Sancte venerabili fratre nostro O. patriarcha Antiochen. et bone memorie R. sancti Angeli diacono cardinali ab eo ipsius testamenti executoribus deputatis. Verum licet idem patriarcha primo una cum eodem R. cardinali, dum viveret, et postmodum ipso sublato de medio in nonnullis circa excutionem^c ipsius testamenti duxerit procedendum eo tamen
10 executione prefata per nostras litteras duximus absolvendum.²

Cum igitur ad officium pastorale pertineat, ut pie defunctorum voluntates ultime impleantur, de discretione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes per apostolica tibi scripta mandamus, quatinus, ne pia testatoris intentio defraudetur, in hiis, que exequenda supersunt, diligenter in eiusdem testamenti executione iuxta tenorem ipsius procedas, prout
15 secundum deum et anime ipsius defuncti saluti videris expedire.

Nos enim ratum et firmum perpetuo volumus permanere, quicquid per te rite factum fuerit in premissis.

Dat. apud Urbem veterem ut supra.

^a *Am Rand registretur (siehe Einleitung).* ^b *Am Rand commissio facta B. camerario domini pape super executione bonorum quondam R. de Cecenato?.* ^c *Verschrieben für executionem.*

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Siehe vorhergehender Brief.

99 (116)

Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona, Amiel d' Agoult di Courban, solange vier oder fünf Dörfer der Stadt Ascoli auf deren Kosten zu besetzen, bis über eine Appellation Ascolis, das sich über eine zu hohe Strafe beschwert hat, entschieden ist.

Orvieto, 1282 Februar 5.

Reg. Vat. 42, fol. 20v

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Amelio de Angoto Marchie Anconitan.¹ rectori salutem etc.

Cum olim dilectus filius B. abbas monasterii Montismaioris² cappellanus noster tunc Marchie Anconitan. rector homines civitatis Esculan.³ pro certis excessibus, contumaciis et
5 offensis gravissimis contra Romanam ecclesiam et fideles eius ausu temerario perpetratis in magnis pecuniarum summis duxerit condempndandos^a, propter quod iidem homines dicuntur ad sedem apostolicam appellasse, nec sit per eos deparendo mandatis nostris super hiis, prout excessuum^b qualitas exigit, plene cautum, nos volentes, ut, si huiusmodi appellationis articulo
10 terminato eos male appellasse constiterit, deparendo nostris beneplacitis super premissis condempnationibus tibi recipienti nostro et ecclesie Romane nomine ab eis plena securitas tribuatur, discretioni tue per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatinus sublato cuiuslibet dilationis obstaculo quatuor vel quinque castra civitatis predictae, de quibus

magis expedire videris, facias tibi ab eis nostro et ecclesie prefate nomine assignari
custodienda per te in ipsorum expensis, donec prefate appellationis negotium fuerit terminari.

15 Dat. apud Urbem veterem non. Februarii pontificatus nostri anno primo.

^a Für condempnandos. ^b 'u' vor 'm' einkorrigiert.

¹ Amiel d'Agoult di Courban, vgl. Nr. 5 Anm. 1.

² Bernardo da Montmirat, vgl. Nr. 81 Anm. 3.

³ Ascoli Piceno.

100 (117)

Martin befiehlt Amiel d'Agoult di Courban, wohlhabende Einwohner Ripatransone als Geiseln zu nehmen, damit sie gegebenenfalls für päpstlichen Forderungen aufkommen, falls Ripatransone aufgrund seiner Appellation verurteilt wird.

(Orvieto, 1282 Februar 5).

Reg. Vat. 42, f. 20v

Item eidem.¹ Cum olim etc. usque homines castri Ripetransonis² etc.³ usque obstaculo ab eisdem hominibus recipias fideiussorias cautiones personas videlicet de commissa tibi provincia notas in rebus stabilibus et mobilibus habundantes sub penis, de quibus expedire videris, quod iidem homines super predictis condempnationibus, si rationabiliter convicti fuerint, terminato prefate appellationis negotio precise parebunt nostris beneplacitis et mandatis.

5

Dat. ut supra.

¹ Amiel d'Agoult di Courban, vgl. Nr. 5 Anm. 1.

² Ripatransone (Prov. Ascoli Piceno).

³ Vgl. Nr. 99.

(118)

Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona, Amiel d'Agoult di Courban, zwei Dörfer des Edlen Richard von Aquaviva auf dessen Kosten zu besetzen, bis über seine Appellation aufgrund zu hoher Strafen entschieden ist.

5

(Orvieto, 1282 Februar 5).

Item in eundem modum eidem usque rector nobilem virum Richardum de Aquaviva¹ pro certis excessibus usque condempnandum, propter quod idem nobilis ad sedem apostolicam dicitur appellasse, nec sit per eum etc. usque obstaculo duo ex castris ipsius nobilis infra fines Marchie constitutis, de quibus magis expedire videris, facias tibi ab eo nostro et ecclesie prefate nomine assignari custodienda per te in expensis ipsius, donec prefate appellationis^a fuerit terminatum.

10

Dat. etc. ut supra.

^a Zu ergänzen negotium.

¹ Aus Aquaviva Piceno, vgl. Mauro, *Castelli I*, 265 ff.

101 (119)

Martin erteilt dem Abt G(uillaume) des Augustinerklosters St. - Genevieve zu Paris die Vollmacht einen Kredit von sechshundert Pfund Turnosen aufzunehmen und dafür seine Person, seine Nachfolger sowie die Güter des Klosters den Gläubigern in dieser Höhe zu verpflichten. Um den Kredit zu ermöglichen, erteilt er ihm die Vollmacht, bestimmte Verfügungen seitens des Papstes oder des Konzils, die ihn vor den Gläubigern schützen würden, außer Kraft zu setzen.

Orvieto, 1282 Januar 26.

Reg. Vat. 42, fol. 20v-21r

Martinus etc. Dilecto filio Guillelmo abbati monasterii sancte^a Genovefe Parisien.¹ ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Augustini salutem etc.

Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, tam pro tuis necessariis * quam pro monasterii tui negotiis expediendis utiliter te subire oporteat magna onera expensarum, nobis humiliter supplicasti, ut usque ad summam sexcentarum librarum Turonen. mutuuum contrahendi sub modis et formis infrascriptis, sine quibus creditores te putas invenire non posse, tibi largiri licentiam dignaremur.

Nos igitur de tua tam in hiis quam in aliis circa tua et ipsius monasterii negotia utiliter promovenda et expedienda circumspectione ac diligentia confidentes ac nolentes, quod pro ipsarum defectu indigentiam patiaris vel quod eadem negotia inexpedita remanere contingat, tuis precibus inclinati discretioni tue contrahendi mutuuum propter hoc usque ad predictam summam sexcentarum librarum Turonen. nomine tuo et monasterii eiusdem ac te ipsum et successores tuos abbates ipsius monasterii et ipsum monasterium et tua et eorundem bona mobilia et immobilia, presentia et futura usque ad summam huiusmodi propterea creditoribus obligandi usuris omnino cessantibus et renuntiandi constitutioni^b de duabus dietis edite in concilio generali² et beneficio restitutionis in integrum omnibus litteris et indulgentiis apostolicis impetratis ac etiam impetrandis et omni iuris canonici et civilis auxilio et conventioni iudicum et locorum, si eorundem creditorum nomine super hiis contigerit apostolicas litteras impetrari, necnon omnibus aliis exceptionibus, per quas posses contra creditores eosdem in posterum te tueri, plenam auctoritate presentium concedimus facultatem^c. Volumus itaque, iuxta quod postulasti a nobis, quod tu dictique successores creditoribus ipsis huiusmodi pecuniam solvere ac dampna, expensas et interesse reficere teneamini, si in termino a te statuendo eadem pecunia non fuerit persoluta^d. Quibus creditoribus pretextu alicuius constitutionis canonice vel civilis aut cuiuscumque privilegii vel indulgentie sedis apostolice, de quibus in nostris litteris plenam et expressam oporteat fieri

mentionem et per quam tu dictique^e successores valeatis ulterius vos tueri, dictam pecuniam in iamdicti monasterii utilitatem conversam fore probandi necessitas non incumbat, nec alia probatio vel certitudo de ipso debito quam litterarum nostrarum et instrumentorum super huiusmodi debito conficiendorum a dictis creditoribus exigatur.

30 Ceterum, ne in hoc vorago locum sibi vendicet usurarum, intendimus, quod tu vel dicti successores aut monasterium supradictum sua seu tua vel ipsorum bona per has^f nostras litteras per cuiuspiam fraudis seu calliditatis astutiam sub quovis pallio seu colore verborum ad usuras aliquas obligari nullatenus valeatis, easdem litteras, concessionones, cautiones, recognitiones seu promissiones per eas vel earum auctoritate seu occasione factas quoad
35 obligationem usurarum huiusmodi decernentes irritas et inanes et nullius penitus existere firmitatis eis nichilominus quoad premissa omnia, que usurariam pravitatem non sapiant, in suo robore duraturis.

Dat. apud Urbemveterem VI. kl. Februarii pontificatus nostri anno primo.

^a Über der Zeile nachgetragen.

^b Verschrieben für constitutioni.

^c Für facultatem.

^d Korrigiert aus persuluta.

^e que über der Zeile nachgetragen.

^f Über der Zeile nachgetragen.

¹ Augustinerkloster Sainte-Genevieve in Paris. Guillaume d'Auxerre (zuvor Kanoniker in Saint - Victor) war Abt von 1282-88, vgl. Barbiche, *Le pape*, 248; Giard, *Etude*, 122.

² *Constitutio de duabus dietis*, c. 37 Conc. Lat. IV = X 1, 3, 28.

102 (120)

Martin befiehlt Nikolaus de Terracena, Robert de Blecotoro und Bonaiutus Chableiarum, den Abt G. des Pariser Augustinerklosters S. Genoveva bzw. dessen Nachfolger zu ermahnen und nötigenfalls zu exkommunizieren, falls sie den Kaufleuten der Handelsgesellschaft Hugo Spine und Thomas Spiliati das geliehene Geld nicht wie vereinbart zurückzahlen.

Orvieto, 1282 Februar 1.

Reg. Vat. 42, fol. 21r-21v

Martinus etc. Dilectis filiis magistris Nicolao de Terracena cappellano nostro archidiacono Lexovien.¹, Roberto de Blecotoro Parisien.² et Bonaiuto Chableiarum Ligonien.³ diocesis ecclesiarum canonicis salutem etc.

5 Exponente pridem nobis dilecto filio Guillelmo abbate monasterii sancte Genovefe Parisien.⁴ ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Augustini, quod tam pro suis necessariis quam pro monasterii sui negotiis expediendis utiliter, cum subire oportebat^a magna honora^b expensarum, ac supplicante, ut usque ad summam sexcentarum librarum Turonen. adminus mutuum contrahendi sub^c modis et formis infrascriptis, sine quibus creditores se putat invenire non posse, sibi licentiam largiremur, nos de ipsius abbatis
10 tam in hiis quam in aliis circa sua et monasterii predicti negotia utiliter promovenda et expedienda circumspectione ac diligentia confidentes ac nolentes, quod pro ipsarum defectu idem abbas indigentiam pateretur vel quod eadem negotia inexpedita remanere contingeret, ipsius precibus inclinati dicto abbati contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam

sexcentarum librarum Turonen. nomine suo et monasterii sancte Genovefe Parisien. ac se
15 ipsum et successores suos abbates de monasterio ac ipsum monasterium et sua ac eorundem
bona mobilia et immobilia, presentia et futura usque ad summam huiusmodi propterea
creditoribus obligandi usuris omnino cessantibus et renuntiandi constitutioni de duabus dietis
edite in concilio generali⁵ ac beneficio restitutionis in integrum omnibus litteris et indulgentiis
apostolicis impetratis ac etiam impetrandis et omni iuris canonici et civilis auxilio et
20 conventioni iudicium et locorum, si eorundem creditorum nomine super hiis * contingeret
apostolicas litteras impetrari, necnon omnibus aliis exceptionibus, per quas dictus abbas
posset in posterum se tueri, plenam per alias nostras litteras sub certa forma concessimus
facultatem. Et volumus iuxta quod dictus abbas postulavit a nobis, quod dicti abbas et
sucessores creditoribus ipsis huiusmodi pecuniam solvere ac dampna, expensas et interesse
25 reficere teneantur, si in termino a dicto abbate statuendo eadem non fuerit pecunia persoluta.
Quibus creditoribus pretextu alicuius constitutionis canonice vel civilis aut cuiuscumque
privilegii vel indulgentie sedis apostolice, de quibus in nostris litteris plenam et expressam
oporteat fieri mentionem et per quam dicti abbas et successores valerent ulterius se tueri,
dictam pecuniam in iamdicti monasterii utilitatem conversam fore probandi necessitas non
30 incumbat, nec alia probatio vel certitudo de ipso debito quam litterarum nostrarum et
instrumentorum super huiusmodi debito conficiendorum exigeretur a creditoribus supradictis.

Cumque prefatus abbas iuxta huiusmodi concessionis nostre tenorem renuntians
constitutionis de duabus dietis beneficio, conventioni, litteris, indulgentiis, auxilio et
exceptionibus eisdem a Rubellato Hugonis⁶ et Dino Johannis⁷ mutuantibus pro se, Thoma
35 Spiliati et Hugone Spine,⁸ Maynecto Spine,⁹ Bucko et Druta Cambii,¹⁰ Lapo Hugonis,¹¹ Clero
Sagine,¹² Feo Bonfantini,¹³ Lapo Johannis,¹⁴ Duttio Juncte¹⁵ et Symone Gerardi¹⁶ ac ceteris
eorum sociis de societate predictorum Thome et Hugonis Spine civibus et mercatoribus
Florentin. pro necessariis et negotiis eisdem mutuo receperit huiusmodi pecunie quantitatem
certis eisdem mercatoribus loco et termino persolvendam, prout in instrumento publico inde
40 confecto plenius dicitur contineri, nos ad supplicationem prefati abbatis mercatorum
eorundem indepnitati precavere volentes discretioni vestre per apostolica scripta mandamus,
quatinus, si forte de huiusmodi pecunie summa in statutis loco et termino iuxta instrumenti
predicti tenorem dictis mercatoribus non fuerit satisfactum, vos vel duo aut unus vestrum per
vos vel per alium seu alios extunc predictum abbatem vel eius successores, abbates dicti
45 monasterii sancte Genovefe Parisien.^d monere curetis, ut infra unum mensem post
monitionem vestram de dicta pecunia cum iustis et moderatis expensis ac debita restauratione
dampnorum et interesse usuris omnino cessantibus satisfaciant mercatoribus antedictis, ac eos
ad id per excommunicationis sententiam appellatione postposita compellatis et tamdiu ipsos
singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis excommunicatos
50 publice nuntietis et faciatis ab aliis per omnia loca, in quibus expedire videritis, nuntiari et ab
omnibus artius evitari, donec predictis mercatoribus de prefata pecunia fuerit satisfactum; non
 obstantibus supradictis seu, si eidem abbati a dicta sede indultum existat vel forte ipsi aut eius
successoribus contingeret indulgeri, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint
aut extra certa loca ad iudicium evocari per litteras apostolicas non facientes plenam et

55 expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, sive qualibet alia dicte
sedis indulgentia, per quam effectus presentium impediri valeat vel differri.

Ceterum, ne^c in hoc vorago locum sibi vendicet usurarum, intendamus, quod dictus abbas
vel dicti successores aut monasterium sancte Genovefe Parisien. seu sua vel ipsorum bona per
60 dictas nostras litteras per cuiuspiam fraudis seu calliditatis astutiam sub quovis pallio seu
colore verborum ad usuras aliquas nullatenus valeant obligari, easdem litteras et presentes
concessionem quoque cautiones, recognitiones seu promissiones per eos vel earum auctoritate
seu ecclesie factas quoad obligationem usurarum huiusmodi decernentes irritas et inanes et
nullius penitus existere firmitatis eis nichilominus quoad premissa omnia, que usurariam
pravitatem non sapiant, in suo robore duraturis.

65 Dat. apud Urbemveterem kl. Februarii pontificatus nostri anno primo.

^a Korrigiert aus oporteat. ^b Für onera. ^c Einkorrigiert. ^d 'Parisien. mo' gestrichen.
^e Über der Zeile nachgetragen.

¹ Nicolaus de Terracena, 'doctor decretorum' (Olivier - Martin, *Les registres*, 138), Archidiakon in Lisieux (Suffr. v. Rouen, Dép. Calvados), unter Nikolaus III. als *capellan* belegt (vgl. Baethgen, *Päpstliche Hof- und Finanzverwaltung*, 195), unter Honorius IV. als Prüfer von Notaren (vgl. Battelli, *L'esame di idoneità*, 262)

² Kanoniker in Paris, sonst nicht nachgewiesen.

³ Vermutlich aus Chablis (Dép. Yonne), Kanoniker in Langres (Dép. Haute-Marne), sonst nicht nachgewiesen.

⁴ Siehe Nr. 101 Anm. 1.

⁵ *Constitutio de duabus dietis*, c. 37 Conc. Lat. IV = X 1, 3, 28

⁶ Sohn von Hugo Spine, vgl. Theiner, *Codex diplomaticus*, 440.

⁷ Siehe Nr. 92.

⁸ Über diese Handelsgesellschaft siehe Nr. 44.

⁹ Zuerst 1258 als Mitglied der Handelsgesellschaft von Jacobus de Scala erwähnt, aus der dann die Gesellschaft der 'Spine' hervorgegangen ist, vgl. Jordan, *De mercatoribus*, 12 u.ö.

¹⁰ Ruccus et Dritta Cambii, wohl Brüder, beide werden zuerst 1258 als Mitglieder der Handelsgesellschaft von Jacobus de Scala genannt, vgl. Jordan, a. a. O., 12.

¹¹ Sohn von Hugo Spine und nach dessen Tod sein Nachfolger, vgl. Jordan, a. a. O., 26 (Anm. 4)

¹² Sonst nicht im päpstlichen Dienst belegt.

¹³ Feus Bonfantini, noch unter Bonifaz VIII. als Mitglied der Handelsgesellschaft der 'Mozzi', wie sich die Spiliati nach 1292 bezeichneten, unter den Kaufleuten der Kammer belegt.

¹⁴ Lapo Johannis, sonst nicht belegt.

¹⁵ Zuletzt unter Bonifaz VIII. als Sozus der 'Spine' belegt.

¹⁶ Unter B. VIII. als Kaufmann der Kammer und enger Vertrauter dieses Papstes erwähnt, vgl. Jordan, a. a. O., 34 u.ö.

103 (121)

Martin befiehlt Guido de Novavilla, sich nach Lariano zu begeben, um die Ursachen und den Verlauf des Konflikts zwischen dem Ort und Petrus Annibaldi und dessen Anhängern genau zu erkunden und seine Ergebnisse protokollieren zu lassen, damit sich der Papst durch das Protokoll sowie durch seinen mündlichen Bericht ein genaueres Bild über das weitere Vorgehen machen kann.

Orvieto, 1282 Januar 30.

Reg. Vat. 42, fol. 21v-22r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guidoni de Novavilla capellano nostro¹ salutem etc.

Per querelam hominum de castro Lariani² Roman. ecclesie vassallorum et fidelium nostrorum ad audientiam nostram pervenit, quod nobilis vir Petrus Annibaldi³ civis Roman. et nonnulli alii nobiles partium earundem eosdem homines et vassallos super territorio ipsius
5 castri, quod est demanium ipsius ecclesie speciale, multipliciter impetunt et * molestant in personis et rebus eorum atroces iniurias et dampna gravia inferendo.

Nos igitur nolentes, sicut nec debemus, hec conniventibus oculis pertransire, set potius de hiis scire plenius veritatem, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ad eundem locum te personaliter conferens vocatis, qui fuerint evocandi, super finibus territorii
10 et pertinentiarum dicti castri, de quibus inter ipsos nobiles et vassallos contentio est exorta, et super dampnis et iniuriis irrogatis eisdem hominibus in personis et rebus ac aliis circumstantiis, per que huiusmodi negotii instructio clarius habeatur, summarie et sine figura iudicii inquiras plenius veritatem, que inveneris sub manu publica fideliter in scriptis redacta,
15 cum ad nos redieris, delaturus, ut de premissis tam per inquisitionem huiusmodi quam relationem tuam plenius informati possimus de oportuno remedio providere.

Dat. apud Urbem veterem III. kl. Februarii pontificatus nostri anno primo.

¹ Guido de Novavilla (Villeneuve oder Novavilla?), 1286 – 1290 als Auditor litterarum contradictarum belegt (vgl. Herde, *Audientia*, 1 S. 76 Nr. 10), dann Bischof von Le Puy (siehe auch Nüske, *Untersuchungen*, I, S. 137).

² Lariano (bei Velletri), vgl. Silvestrelli, *Città*, I, 184 ff.

³ Aus der röm. Familie der Annibaldi, vermutlich aus der Linie ‘Sermoneta’ und dann Bruder des päpstlichen Notars Riccardo, vgl. die Stammtafel bei Carocci, *I Baroni*, 317.

104 (122)

Martin teilt Karl von Anjou mit, dass er seinen Kaplan Heinrich zu ihm gesandt hat, um seinen Rat einzuholen, wie gegen die genannten Ritter, die Einwohner Benevents belästigt haben, vorzugehen ist.

Orvieto, 1282 Februar 2.

Reg. Vat. 42, fol. 22r

Martinus etc. Carissimo in Christo filio . . . regi Sicilie illustri¹ salutem etc.

Super quibusdam excessibus et iniuriis ab Heustasio de Andiceurt² et Johanne de Lagonessa³ et nonnullis aliis militibus circumpositis Benevento nuper dilectis filiis civibus Beneventan.⁴ nostris et ecclesie Romane fidelibus irrogatis, ut super hiis per regie
5 circumspectionis studium oportunum apponatur consilium, tibi sub certa forma dirigimus scripta nostra.

Nos igitur cupientes circa id votum apostolicum eo efficacius et studiosius a regali promptitudine^a adimpleri, quo intentionis nostre propositum tibi specialius fuerit patefactum, ad te dilectum filium magistrum Henricum capellanum nostrum⁵ latorem presentium
10 destinamus, per quem de nostro beneplacito super hiis poteris plenius informari.

Dat. apud Urbem veterem IIII. non. Februarii pontificatus nostri anno primo.

^a promptudine vor Korrektur.

¹ Karl I. von Anjou, Vgl. Nr. 25 Anm 5.

² Möglicherweise identisch mit Eustasio de Hardicourt, der 1283 als Kapitän von Nicotera belegt ist (RA 26, 171 Nr. 461.).

³ Jean de Lagonesse, 1284 - 89 Marschall Karls I. (Göbbels, *Militärwesen*, 9), noch 1292 belegt (vgl. Kiesewetter, *Anfänge*, 490 Anm. 1.); siehe auch Minieri Riccio, *Cenni storici*, 233 f.

⁴ Benevent.

⁵ Wahrscheinlich identisch mit dem unten (Nr. 136) genannten päpstlichen Kaplan Heinrich von Limoges.

105 (123)

Martin befiehlt dem königlichen Vikar in Rom, (Guillaume l'Estendard), den Befehl Karls von Anjou zu befolgen und die Freiheit der Einwohner Velletris, die ihnen Papst Nikolaus III. zugestanden hat, zu respektieren und sie nicht weiter zu belästigen.

Orvieto, 1282 Februar 13.

Reg. Vat. 42, fol. 22r

Borgia, Velletri, 291 - Potthast 21849

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro vicario . . . Urbis¹ salutem etc.

Grave gerimus admodum et molestum, quod tu nostram et ecclesie Romane reverentiam non advertens nec attendens formam mandati per litteras carissimi in Christo filii nostri C. regis Sicilie illustris² de speciali nostra conniventia tibi facti, quod omnes fideles et vassallos nostros et ecclesie Romane Urbi circumpositos in illa libertate, in qua tempore felicitis recordationis N. pape predecessoris nostri³ tunc presedentis dicte Urbis regimini fuisse noscuntur, permitteres remanere, dilectos filios homines de Velletr⁴ fideles ipsius ecclesie atque nostras nedum in solita libertate conservare recusas, verum etiam ad faciendum et prestandum ea, que nullo tempore prestiterunt, compellere niteris pro tue libito^a voluntatis.

Cum itaque non intendamus aliquatenus sustinere, quod ipsi vel alii fideles ecclesie subiciantur iugo insolite servitutis, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta firmiter precipiendo mandantes, quatinus provide pensans, quod te non decet fideles ecclesie in derogationem et enervationem nostre iurisdictionis gravaminibus opprimere insuetis nec extendere ad indebita manus tuas, ipsos solita libertate, sicut tempore predicti predecessoris nostri fuisse noscuntur, secundum formam predictarum litterarum dicti regis gaudere permittas et eos pretextu alicuius mandati seu precepti tui, cum illud adimplere minime teneatur in aliquo, non aggravas vel molestes. Processus vero, si quos occasione premissa in diffidando^b vel condemnando eosdem vel eorum aliquem fecisse dinosceris, studeas penitus sine difficultate qualibet revocare nullatenus eis vel aliquibus ex ipsis decetero super ipsorum libertatibus iniuriam^c vel violentiam illaturus.

Preces et preceptum nostrum, que per te ad effectum perducere volumus, in hac parte taliter adimplere procures, quod non oporteat propter hoc scribere iterato, sed potius devotio tua possit proinde merito commendari.

Dat. apud Urbem veterem id. Februarii pontificatus nostri anno primo. *

^a Verschieden für libito. ^b Verschieden für diffidendo. ^c Verschieden für iniuriam.

¹ Guillaume L'Estendard, 1281 Mai 16 - 1282 Juli 5 Vikar Karls I. von Anjou in Rom, vgl. Dupre-Theseider, *Roma*, 226 ff.

² Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm 5. - Er war 1281 April 29 von Martin IV. zum Senator auf Lebenszeit in Rom ernannt worden, vgl. Theiner, *Codex temporalis*, I, 248 ff. Nr. 395 = Potthast 21744.

³ Nikolaus III. - Nikolaus war in Rom 1278 zum Senator auf Lebenszeit gewählt worden, vgl. Demski, *Nikolaus III.*, 45.

⁴ Velletri, Prov. Rom, vgl. G. Falco, *Il commune di Velletri nel medioevo*, in ders., *Studi*, I, 1 ff., hier besonders 22 f. - Martin IV. hatte Velletri die Rechte, die Nikolaus III. dem Ort gewährt hatte, bestätigt, vgl. Falco, *Velletri*, 22 Anm. 67.

106 (124)

Martin befiehlt Jean de Mayrolles, dem Rektor des Dukats Spoleto, ihm zu berichten, was ihn zu den Übergriffen gegen die Einwohner Gubbios veranlaßt hat, warum er die päpstlichen Befehle in dieser Frage übergangen, die Gefangenen schwerer Züchtigungen unterzogen und die Einwohner Gubbios geächtet hat. Überhaupt soll er ihm alle Umstände wahrheitsgetreu schildern und die Gefangenen rücksichtsvoll behandeln.

Orvieto, 1282 Februar 20.

Reg. Vat. 42, fol. 22v

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Johanni de Maroliis ducatus Spoletan. rectori¹ salutem etc.

Intellecto pridem, quod, cum . . . syndicus et quidam ambassatores civitatis Eugubin.² ad mandatum tuum ad tuam curiam accessissent et dictus syndicus ac unus ex eisdem ambassatoribus coram Guillelmo³ iudice tuo te tunc absente comparere iuxta formam huiusmodi studuissent, eodem syndico nomine communis civitatis eiusdem ex certis gravaminibus appellante dictus iudex syndicum ipsum et alium predictum ex eisdem^a ambassatoribus taliter comparentes capi facerat^b et detineri captivos, propter quod reliqui ambassatores predicti perterriti ad eandem fugiendo redierant civitatem, et, quod indecentius fuerat, in tuo reditu, de quo hiis proventurum provisionis remedium sperabatur, tu addens afflictionem afflictis dictos duos sic captos et detentos^c in compedibus ferreis faceras^d durius cohartari^e mandans nichilominus . . . potestati, consilio et communi civitatis prefate, ut eos, qui, sicut predicatur, aufugerant, ad tuam presentiam destinarent, preter hec quoque quidam, qui pro te comitem seu vicecomitem comitatus Nucerin.⁴ se asserebat, quandam villam civitatis eiusdem aggrediens sine causa rationabili quosdam homines ipsius ville capi fecerat eos et quedam animalia exinde abducendo ac res alias ad valorem quingentarum librarum Ravennatum pro sue voluntatis arbitrio asportando duobus^f eiusdem ville hominibus carceri mancipatis et rerum huiusmodi nullatenus restitutione secuta, tibi per nostras litteras sub certa forma mandavimus^g, ut syndico et ambassatore ac aliis duobus captivis predictis^h libertati pristinae ac animalibus et rebus huiusmodi restitutis eandem . . . potestatem, consilium et commune hac occasione non molestares ulteriusⁱ nec faceres molestari. Sed tu, sicut accepimus, non solum implere mandatum nostrum huiusmodi non curasti, verum etiam captivos eosdem post representationem litterarum earundem experiri graviora^k tedia compulisti ac forbannivisti omnes et singulos Eugubinos, super quos nobis causa nonmodice admirationis ingeritur, cum non deceat, ut mandata nostra inexaudita pertranseant, ne haberi contemptui quomodolibet videantur, quare id fieri non debuisset causa rationabili non ostensa.

Intendentes igitur scire de predictis plenariam veritatem devotioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus quid te ad procedendum contra predictos Eugubin. induxit, quid ab observatione huiusmodi mandati nostri retraxit et quid ad affligendum gravius captivos eosdem, ut predicatur, et ad forbannitionem huiusmodi tuum animum concitavit ac omnes et

35 singulas circumstantias premissorum nobis per tuas litteras harum seriem continetes¹ absque alicuius dilationis obstaculo fideliter studeas intimare, ut maiorem predictorum notitiam habeamus et qualiter^m super premissis procedi debeat, plenius patefiat.⁵ Volumus autem, quod interim captivos eosdem, si forsán illos adhuc ex aliqua certa causa videris retinendos, sic benigne sic humaniter tractare procures, ut de corporali timere periculo non angantur.ⁿ

Dat. apud Urbemveterem X. kl. Martii pontificatus nostri anno primo.

^a Einkorrigiert für ipsis. ^b Verschrieben für fecerat. ^c Für detentos, 'p' vor 't' gestrichen.
^d Verschrieben für feceras. ^e Für coartari. ^f Über der Zeile nachgetragen. ^g 'vi'
einkorrigiert. ^h Über der Zeile nachgetragen. ⁱ Davor huius gestrichen. ^k 'i' einkorrigiert.
ⁱ Für continentes. ^m Zu ergänzen quid. ⁿ gravetur vor Korrektur.

¹ Vgl. Nr. 9.

² Gubbio, Prov. Perugia.

³ Nicht identifiziert.

⁴ Nocera Umbra, Prov. Perugia.

⁵ 1282 März 10 verlangte Martin die Freilassung der Gefangenen, s.u. Nr. 114.

107 (125)

Martin befiehlt allen Geistlichen, die den vorliegenden Brief lesen, Bischof (Roland) von Spoleto, den der Papst nach Frankreich gesandt hat, um Verhandlungen zu führen, sicheres Geleit zu gewähren.

Orvieto, 1282 Februar 28.

Reg. Vat. 42, fol. 22v-23r

Martinus episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis^a et episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis ceterisque ecclesiarum prelati, exemptis et non exemptis, ad quos littere iste pervenerint, salutem etc.

5 Cum venerabilem fratrum nostrum . . . episcopum Spoletanum¹ virum utique experte prudentie et examine virtutis de cuius circumspectione laudabili ac providentia circumspecta plenam in Domino fiduciam obtinentes ad partes Gallie pro quibusdam ecclesie Romane negotiis destinemus, universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatinus eidem episcopo, cum ab eo requisiti fueritis, pro
10 nostra et apostolice sedis reverentia in eundo et redeundo de securo conductu liberaliter providere curetis, ita quod, cum ad nos redierit, de vobis grata referre valeat nosque id gratum habentes devotionis vestre promptitudinem possimus * exinde dignis in Domino laudibus commendare.

Dat. apud Urbemveterem II. kl. Martii pontificatus nostri anno primo.

^a Für archiepiscopis.

¹ Roland Taverna, Bischof 1278-85, vgl. Eubel, *Hierarchia I*, 461.

108 (126)

Martin befiehlt dem Vikar in Rom, [Guillaume l'Estendard], von Übergriffen auf Johannes de Colonna und dessen Besitz vorerst Abstand zu nehmen, und teilt ihm mit, dass er einen Kardinal gesandt hat, der ihn über die päpstliche Haltung in dem Konflikt näher unterrichten wird.

Orvieto, 1282 März 2.

Reg. Vat. 42, fol. 23r

De Boüard, Régime politique, 290 (Druck).

Dilecto filio nobili viro . . . vicario Urbis¹.

Nuper veniens ad nos dilectus filius nobilis nobis^a vir Johannes de de^b Columpna² humiliter et devote nobis exposuit, que circa statum suum in Urbe diebus istis preteritis contigerunt. Litteras quoque ex parte tua recepimus et vidimus, que circa contumaciam ipsius
5 nobilis et alia huiusmodi negotium contingentia ipse litte^c continebant³. Quibus omnibus
auditis et diligenter inspectis ac nostris sensibus applicitis^d, ut deferatur regio et tuo omni
honori, quem servari cupimus et augeri, ac prospero statui Urbis eiusdem salubrius dante
Domino consulatur, unum ex fratribus nostris Romane ecclesie cardinalibus propter hoc ad
ipsam Urbem evestigio destinare providimus, per quem poteris de intentione nostra et aliis
10 circumstantiis plenius informari.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus a processibus vel aliis novitatibus contra personam, fideiussores et bona ipsius nobilis supersedeas interim, ut possit super hiis utilius provideri.

Dat. apud Urbem veterem VI. non. Martii pontificatus nostri anno primo.

^a Verschrieben (überflüssig). ^b Verschrieben (überflüssig). ^c Verschrieben für littere.

^d Verschrieben für applicatis.

¹ Guillaume L' Estendard, siehe zu ihm Nr. 105

² Johannes Colonna, aus der röm. Adelsfamilie (Linie Palestrina, vgl. Stammtafel bei Rehberg, *Kirche und Macht*, 544), Senator in Rom 1262 und 1279, 1288 Rektor der Mark Ancona, Anhänger der Anjou, vgl. zu ihm Waley, *Colonna, Giovanni*, DBI 27, S. 331 f.

³ Nach Saba Malaspina hatten die Orsini einen Aufstand angezettelt, worin sie von den Colonna unterstützt wurden, siehe hierzu Dupre-Theseider, *Roma*, 227 f.

109 (127)

Martin ersucht Karl von Anjou, noch vor Ende des Monats einen Gesandten zu seinen in der Romagna kämpfenden französischen Rittern zu schicken, um sie von ihren ungerechtfertigten

Soldforderungen abzubringen und sie zu veranlassen, weiterhin im päpstlichen Dienst zu bleiben.

Orvieto, 1282 März 3.

Reg. Vat. 42, fol. 23r

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 405 - Potthast 21856

Illustri regi Sicilie.¹

Cum, sicut accepimus, milites et scutiferi tui Gallici, quos ad partes Romaniolae,² prout teneris^a, ad servitium Romane^b ecclesie destinasti, de trimestri tempore, quo pro te servire inibi debuerunt, octo dies nitantur subducere^c astruentes, quod non a die recessus eorum de curia nostra, sed a die stipendiorum receptorum a tua camera debet tempus huiusmodi computari et quod pro eorum recessu, cum ad te remeaverint, quindecim dies de soluto vel solvendo^d eis tempore computare intendunt, quamquam pro reddito deduci^e non debeant ulli dies, maxime cum eis iniunctum fuerit per tuas litteras speciales, quod tempus pro eorum reditu, postquam a servitio prefato recesserint, sub tuis stipendiis et non camere nostre debeant computari et preter id pro singulis mensibus, quibus a nostra camera stipendia receperunt, quatuor septimanas dumtaxat improbe satagunt computare sicque subtrahere^f de mense quolibet duos dies, quamvis ad rationem triginta dierum per mensem tam eis quam aliis, qui inibi ad servitium ecclesie extiterunt, sint stipendia a nostra camera persoluta, nos attendentes, quod talis improbitas et astutia tuis sensibus merito debeat displicere, serenitatem regiam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus aliquem discretum familiarem tuum militem vel clericum ad milites prefatos cum litteras tuas transmittas, ita quod citra finem presentis mensis Martii possit ad ipsos milites pervenire, quos ex parte tua nuntius ipse ab huiusmodi improbitate cohibeat ipsosque pro toto tempore, de quo est eis per tuam et^g nostram cameram satisfactum de stipendiis seu etiam imposterum satisfiet, fideliter et devote nostris et ^hecclesie predictae^h servitiis summotis huiusmodi fraudulentis deductionibus et qualibet occasione alia faciat immorari, ita quod exinde cellitudinemⁱ regiam in Domino possimus merito commendare ac camere nostre indemnitatibus caveatur.

Dat. apud Urbem veterem V. non Martii pontificatus nostri anno primo.

^a Über der Zeile nachgetragen.

^b Davor teneris gestrichen.

^c subducere vor Korrektur.

^d sollvendo vor Korrektur.

^e 'ci' Über der Zeile nachgetragen.

^f Am Rand mit Verweiszeichen nachgetragen.

^g Über der Zeile nachgetragen.

^{h-h} Über der Zeile nachgetragen für Romane

(gestrichen). ⁱ Für cellitudinem.

¹ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

² Vgl. zur Romagna Nr. 13 Anm. 5.

110 (128)

Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona, die Forderungen der Einwohner San Severinos, die sich in ihren Rechten eingeschränkt fühlen, nicht zuzulassen, sondern sie damit an den päpstlichen Stuhl zu verweisen.

(Orvieto, 1282 März 3).

Reg. Vat. 42, fol. 23r

. . . rectori Marchie.¹

Nuper ad nostrum pervenit auditum, quod homines castri Sancti Severini² ad usurpationem iurium Romane ecclesie, que in eos et homines et districtus ipsorum habere dinoscitur, hanelantes³ super hiis, que ad mixtum et merum imperium pertinent, tecum contendere non verentur tuque ipsos ad id probandum diceris admisisse^a non sine domini et iurisdictionis nostre et ipsius Romane ecclesie preiudicio manifesto.

Quare, cum talia sunt^b ad examen in auditum referenda, presentium tibi auctoritate precipiendo mandamus, quatinus eosdem homines super premissis coram te ulterius non admittas. Si vero super hiis experiri voluerint veniam coram nobis, quibus parati sumus exhibere iustitie complementum.

Dat. ut supra. *

^a Davor habuisse gestrichen. ^b Über der Zeile nachgetragen.

¹ Amiel d'Agoult di Courban, vgl. Nr. 5 Anm. 1.

² San Severino (Prov. Macerata).

³ Ungewöhnlicher Ausdruck, von 'anhelare' = Atem holen, hecheln, seufzen.

111 (129)

Martin befiehlt Riccardo di Ferentino, sich in den Komitat Sabina zu begeben, um die Amtsträger der Stadt Rom und deren Anhänger zu veranlassen, ihre Übergriffe auf Orte in dieser Gegend zu beenden und das Gestohlene zurückzugeben. Anderenfalls soll er sie exkommunizieren.

Orvieto, 1282 März 5.

Reg. Vat. 42, fol. 23v

Martinus^a etc. Dilecto filio Riccardo de Ferentin.¹ capellano nostro salutem etc.

Intellecto nuper, quod quidam officiales Urbis associatis sibi nonnullis militibus seu equitibus, qui in vanum nomen Domini recipere non formidant, ad loca et bona hominum comitatus Sabinie,² qui est nostrum et ecclesie Romane demanium speciale, manus predonicas ausu temerario extendentes quampluribus castris, villis seu locis comitatus eiusdem per

incendia et rapinas dampna gravia intulerunt et adhuc inferre aspirant, nos igitur nolentes, sicut etiam nec debemus, hec equanimiter sustinere discretioni tue presentium auctoritate mandamus, quatinus visis presentibus ad comitatum ipsum te personaliter conferens quotquot ibidem inveneris talia presumentes, ut sine dilatione qualibet exinde recedentes ablata et
10 usurpata restituant et consimilia non presumant, auctoritate nostra moneas et inducas. Quod si forte huiusmodi monitis tuis parere contempserint, tu extunc in eos excommunicationis sententiam non differas promulgare faciens ipsos singulis diebus dominicis et festivis per dictum comitatum et loca sibi vicina pulsatis campanis et candelis accensis per te vel alios seu
15 artius evitari rescripturus nobis per tuas litteras harum seriem continentes, quicquid super hiis duxeris faciendum.

Dat. apud Urbem veterem III. non. Martii pontificatus nostri anno primo.

^a Am rechten oberen Seitenrand: hic.

¹ Riccardo stammte aus Ferentino bei Anagni. Er ist noch unter Bonifaz VIII. als päpstlicher Kaplan und Inhaber zahlreicher Pfründen belegt, † 1301 in Ferentino, vgl. Göring, *Die Beamten*, 48.

² Komitat Sabina, vgl. dazu Waley, *Papal State*, 92.

112 (130)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Rimini, in den Auseinandersetzungen in der Romagna weiter eifrig für die kirchliche Seite einzutreten und nicht, wie beabsichtigt, einhundert Söldner zu entlassen, sondern gegebenenfalls neue anzuwerben und - wie dem Rektor versprochen - ein Kriegsschiff auszurüsten.

Orvieto, 1282 März 12.

Reg. Vat. 42, fol. 23v

Baluze, Miscellanea III, 409 = Tonini, Rimini III, 636 - Potthast 21869.

Martinus etc. Dilectis filiis . . potestati, consilio et communi Ariminen.¹ salutem etc.

Attendentes fidei vestre sinceritatem, quam in prosecutione negotii Romaniolae contra hostes ecclesie inconcussam habuistis hactenus et habere vos credimus in futurum, cogimur quodammodo vehementius ammirari, quod, sicut accepimus, centum stipendiarios^a equites,
5 quos tenebatis in favorem prosecutionis eiusdem ac repressionem hostium predictorum, licentiaste dicimini non advertentes, quantum devotionis vestre zelo ex tepeditate² huiusmodi derogetur, si fervor, quem hactenus in expugnandis dictis hostibus indefessis animis habuistis, instanti tempore minuatur, quo vestris et aliorum fidelium adiunctis viribus deinceps oportunitate temporis succedente dilectus filius nobilis vir . . rector³ Romaniolae proponit sic
10 bellicosus studiis vexationi intendere hostium predictorum, ut eorum confractis cornibus et capitibus conquassatis⁴ cum honore nostro et exaltatione Romane ecclesie ac totius pace provincie dictum negotium finem laudabilem in brevi tribuente Domino, cuius negotium agitur, sortiatur.

15 Quare universitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis nicholominus per
apostolica scripta firmiter precipiendo mandantes, quatinus provide attendentes, quod in hiis
vestrum et totius provincie negotium geritur vestrumque et aliorum fidelium comodum
procuratur, devotionis vestre studia erga nos et eandem ecclesiam sic de bono in melius
inantea continuare curetis, quod tam super retinendis dictis militibus et pluribus conducendis,
20 sicut videritis oportunum, quam etiam super tenendo et armando uno ligno in mari, secundum
quod eidem rectori per litteras eius vos promississe accepimus, per effectum^b operis evidenter
appareat vos in promptitudine liberali votis nostris annuere ac ea secundum spem nostram,
prout negotii qualitas exigit, executioni celeri demandare, ita quod exinde devotionem
vestram dignis in Domino laudibus prosequentes reddamur vestris et terre vestre suo loco et
tempore profectibus promptiores.

25 Dat. apud Urbem veterem IIII. id. Martii pontificatus nostri anno primo.

^a 'i' vor 'p' einkorrigiert. ^b Verschieben für effectum.

¹ Rimini, Prov. Forlì, siehe oben Nr. 56 ff. – Als Podestà wird für 1282 Malatesta de Verucchio genannt (vgl. Tonini, *Storia civile e sacra Riminese*, III, 218).

² Wort sonst nicht gefunden, wohl mit „Lauheit“ wiederzugeben (von „tepidus“)

³ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 11.

⁴ Vgl. Ps. 74, 11 und Ps. 109, 6.

113 (131)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Kapitän und der Gemeinde von Bologna, nicht weiter die Herrschaft über den Ort Medicina zu beanspruchen, dessen Einwohner nicht weiter zu bedrängen und die bisherigen Schritte gegen den Ort zurückzunehmen.

Orvieto, 1282 März 11.

Reg. Vat. 42, fol. 23v-24r

Martinus etc. Dilectis filiis . . potestati, . . capitaneo et communi Bononien.¹ salutem etc.

5 Grave ferimus plurimum et molestum, quod, sicut accepimus, in Medicina,² que specialis iuris et proprietatis ecclesie Romane existit, intendentes iurisdictionem et dominium usurpare mandastis consulibus, massario et * hominibus dicti loci ad penam mille librarum Bononien. rerum ac etiam personarum, quod unacum hominibus, quos ad exercitum ecclesie contra rebelles Romaniote mittebatis, destinarent certam peditum quantitatem comminando, si secus facerent, exterminium dicte terre, quamquam iidem homines Medicinie ad mandatum . . rectoris³ provincie accessissent ad exercitum supradictum.

10 Cum igitur talia,^a utpote que in nostrum et ecclesie prefate preiudicium manifeste redundant, non intendamus, sicut nec debemus, aliquatenus sustinere, universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta firmiter precipiendo mandantes, quatinus in eosdem homines Medicine seu bonis eorum nullam iurisdictionem vel dominium exercere nec occasione premissi mandati vestri eos gravare vel molestare in aliquo presumatis, immo, si contra eos in aliquo est processum, sine difficultate qualibet revocetis, ita quod

15 propter hoc aliud adhibere contra vos remedium non cogamur, sed potius devotionem vestram possimus exinde in Domino merito commendare.

Dat. apud Urbem veterem VI. id. Martii pontificatus nostri anno primo.

^a Über der Zeile nachgetragen.

^b Über der Zeile nachgetragen.

¹ Bologna. Podestà: Matteo da Corregio aus Parma; Kapitan: Giovanni da Pescarolo.

² Medicina (Prov. Bologna). - Bologna versuchte schon seit den vierziger Jahren des dreizehnten Jahrhunderts die Oberherrschaft über die ehemalige Mathildinische Enklave Medicina auszuüben, vgl. Hessel, *Geschichte der Stadt Bologna*, 316.

³ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

114 (132)

Martin befiehlt dem Rektor des Dukats Spoleto, Jean de Mayrolles, die Bürger Gubbios, die er aus den geschilderten Gründen gefangenhält, unverzüglich wieder freizulassen. Wenn sie sich allerdings eines Vergehens schuldig gemacht haben, können sie angemessen bestraft werden.

Orvieto, 1282 März 10.

Reg. Vat. 42, fol. 24r

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Johanni de Maroliis¹ ducatus Spoletan. rectori salutem etc.

Ad ea, que tibi pridem super facto Eugubinatorum pro captivis specialiter scripsisse^a recolimus², per tuas litteras nuper missas nobis collegimus responsuras, quod tu olim
5 occasione cuiusdam exbannimenti mille librarum facti per dilectum filium Philippum^b dictum Minutuli de Neapoli³ capellanum nostrum tunc ducatus Spoletan. rectorem intendens contra Eugubinos ipsos procedere . . potestati, consilio et communi Eugubin. sub certa pena mandasti, quod syndicum legitime ordinatum cum sex hominibus de melioribus civitatis Eugubin. ad parendum mandatis tuis mitterent certo eis termino assignato; infra quem
10 quodam, qui se dicebat syndicum, cum huiusmodi sex hominibus comparente, quia reputatus fuit non syndicus legitime ordinatus, ad ea, que tunc continentur mandatum huiusmodi tue littere describebant, tamquam syndicus admissus non extitit, sed per Guillelmum iudicem⁴ tuum contra commune ac homines Eugubin. tamquam contra contumaces et tui mandati contemptores ad certam penam et exbannimentum aliud fuit processum certo termino ad
15 parendum mandatis ipsius iudicis eis dato. Et post hec quodam asserente se syndico civitatis eiusdem et a processu eiusdem iudicis appellante dictus iudex eadem appellatione tamquam frustratoria non admissa duos ex predictis pro satisfactione predictarum mille librarum capi fecit et detineri captivos. Cumque sub certa forma tibi super hoc postmodum scripsissemus, tu, quod, si est ita, in litteris habebatur et alias ex[cusationes]^c assumens eosdem non liberasti
20 captivos tuos, set adhuc sub custodia detineri dicuntur. Nos autem assertionibus Eugubinatorum⁵ eorundem et tuis responsionibus diligenter inspectis satis apparet de captione eorum, qui a te vocati ad tuam curiam accesserant minus provide fuisse processum.

25 Super quo non immerito causam admirationis habentes, devotioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus predictos captivos cum omnibus suis sine qualibet dilatione restituas et restitui facias libertati pristinae in simili casu decetero nullatenus^d excessurus. Si vero prefati Eugubini reperirentur in aliquo deliquisse, poterunt, prout negotii qualitas exegerit, cum honestate ac debita observatione puniri.

Dat. apud Urbem veterem III. id. Martii pontificatus nostri anno primo.

^a Verschrieben für scripsisse. ^b 'p' vor 'u' einkorrigiert. ^c Emendiert aus ex....oes. ^d Über der Zeile nachgetragen.

¹ Jean de Mayrolles, vgl. Nr. 9.

² Gemeint ist der Brief Nr. 106 (s.o.).

³ Philipp von Neapel, von 1278-81 als Rektor belegt, vgl. Waley, *Papal State*, 313.

⁴ Nicht identifiziert.

⁵ Gubbio, Prov. Perugia.

115 (133)

Martin teilt dem Vikar Guillaume Durand und dem Rektor in der Romagna, Jean d'Eppe, mit, dass die Forderungen der Grafen von Castrocaro, die bereit sind, wieder zur Kirche zurückzukehren, nicht erfüllt werden können. Allerdings können ihnen, sofern sie sich entsprechend verhalten, ihre Strafen erlassen werden.

Orvieto, 1282 März 16.

Reg. Vat. 42, fol. 24r-v

Martinus etc. Dilectis filiis magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro vicario in spiritualibus et nobili viro Johanni de Epa² rectori in temporalibus provincie Romaniolae salutem etc.

5 Ex vestrarum serie litterarum accepimus, quod, licet hactenus nobiles viri comites Castri Carius³ contra^a nos et Romanam ecclesiam supercilium devotionis exegerint et tamquam filii alienati ab utero caligantibus oculis per noctis deviam * incedentes in rebellionis superbiam levaverint^b improvide mentes suas, noviter tamen lucis eterne lumine operante rupto tenebrosi carceris vinculo ad matris suavitatis gremium et paterne dulcedinis misericordiam consultius redeuntes per . . procuratorem de parendo mandatis nostris et ecclesie iuraverunt^c promte
10 devotionis obedientiam per signa evidentia ostendendo, de quo more pii patris gaudentes qui peccantes filios converti volumus quique pastoris vigilis sequentes vestigia errantes oves reduci cupimus ad ovile.

15 Verum super petitionibus et pactis, que prefati nobiles a nobis petunt fieri et concedi, devotioni vestre tenore presentium taliter duximus respondendum, videlicet quod nos considerato, quod per ea honori nostro et Romane ecclesie plurimum deperiret, si^d in talibus consensus apostolicus preberetur idque posset trahi ab aliis in posterum in exemplum, de fratrum nostrorum consilio illa non duximus admittenda. Verumtamen, si ad mandata et obedientiam eiusdem ecclesie Romane reversi erga ipsam exhibitione operum continuando

20 incepta ostenderint se devotos et in servitiis liberales, circa penas et processus, quos eorum
culpulis exigentibus incurrisse noscuntur, aperiemus^c eis pietatis viscera, prout ipsorum
devotionis affectum viderimus promereri.

Dat. apud Urbemveterem XVIII. kal. Aprilis pontifictus nostri anno primo.

^a über der Zeile nachgetragen. ^b 'i' über der Zeile nachgetragen. ^c Davor et ecclesie gestrichen.
^d Über der Zeile. ^e Verschrieben für aperiemus.

¹ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

² Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

³ Castrocaro, Prov. Forlì. - Die Grafen von Castrocaro gingen schließlich zu Jean d'Eppe über, vgl. D. Waley, *Il governo papale in Romagna nell'età di Dante*, in: *Dante. Atti della giornata internazionale di studio per il VII centenario (Ravenna, 6-7 marzo 1965)*, S. 26. - Siehe auch unten Nr. 150.

116 (134)

Martin erteilt dem Vikar in der Romagna, Guillaume Durand, die Vollmacht, alle abtrünnigen Personen und Orte, die bereit sind zur Kirche zurückzukehren, von Exkommunikation und Interdikt zu lösen und den vertriebenen Klerikern die Rückkehr zu erlauben.

Orvieto, 1282 April 5.

Reg. Vat. 42, fol. 24v

Magistro^a Guillelmo Duranti¹ capellano nostro decano Carnoten. vicario in spiritualibus provincie Romaniolae salutem etc.

5 Cum, sicut accepimus, nonnulli nobiles et universitates castrorum et aliorum locorum provincie Romaniolae² de infidelitatis errore ad rectitudinis semitam redeuntes super
excessibus et offensis, quos contra Romane ecclesiam matrem suam dampnabiliter
commiserunt Guidoni de Montefiltro³ persecutori ipsius ecclesie manifesto ac eius fautoribus
dando consilium, auxilium et favorem, in manibus tuis ac rectoris ipsius provincie precise
iuraverint stare nostris beneplacitis et mandatis et ab excommunicationum sententiis et
10 interdicti in eos propter hoc nostra et apostolice sede auctoritate prolatis⁴ de oportune
absolutionis beneficio desiderent sibi cum humilitate et devotione debita provideri, nos more
pii patris desiderantes redeuntibus filiis aperire viscera pietatis et rigorem, quem adversus
tales iustitie disciplina retendit, habundanti clementia reparare discretioni tue, de qua plenam
in Domino fiduciam obtinemus, presentium tenorem^b committimus, ut predictos ab
15 huiusmodi excommunicationum sententiis absolvere ac interdicta in eorum castra sive
quecumque loca prolata relaxare licite valeas iuxta formam ecclesie consuetam, clericis vero
tam predictorum castrorum seu locorum quam etiam aliorum locorum rebellium commisse
tibi provincie, que ad mandata nostra redierint, qui de nostro vel tuo mandato castra et loca
huiusmodi exuerunt, redeundi ad illa et morandi inibi sicut prius, plenam tibi concedendi
licentiam, prout expedire videris, tribuimus facultatem.

20 Dat. apud Urbemveterem non. Aprilis pontificatus nostri anno secundo.

^a Daneben am Rand von gleicher Hand: ii anno pontificatus, darunter II.

^b Verschrieben für tenore.

¹ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

² Zur Romagna siehe Nr. 13 Anm. 2.

³ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm. 3.

⁴ 1282 März 26 hatte Martin Guido von Montefeltro und seine Anhänger erneut exkommuniziert, vgl. Olivier – Martin, *Les Registres de Martin IV.*

117 (135)

Martin befiehlt dem Kapitel der Kirche von Chartres, dem Beauftragten des Guillaume Durand, der dort Dekan ist und Pröbenden besitzt, die zustehenden Einkünfte zu übergeben.

Orvieto, 1282 April 4.

Reg. Vat. 42, fol. 24v

Capitulo ecclesie Carnoten.¹ salutem etc.

Petitio dilecti filii magistri Guillelmo Duranti² capellani nostri decani vestri nobis exhibit^a continebat, quod licet ei per nostras litteras sub certa forma de speciali gratia duxerimus indulgendum, ut idem apud sedem apostolicam vel alibi eiusdem sedis obsequiis de mandato
5 nostro insistens fructus, redditus et proventus decanatus et prebendarum, quos in ecclesia vestra obtinet, cum ea integritate percipere posset cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperet, si personaliter in eadem ecclesia resideret. Vos tamen in dubitum revocantes, an ipse huiusmodi obsequiis immoretur, . . procuratorem suum iuxta huiusmodi indulti tenorem percipere non permittitis fructus, proventus et reditus supradictos.

10 Cum itaque idem decanus in partibus Romaniolae commisso sibi vicarie officio nostris et ecclesie Romane obsequiis utiliter immoretur nec velimus ipsum pretextu huiusmodi dubii concessisse sibi a nobis gratie comodo defraudari, universitati vestre rogamus et hortamur attente vobis per apostolica scripta mandantes, quatinus predictum decanum tamquam nostris obsequiis insistentem per procuratorem suum eius nomine predictos fructus, redditus et
15 proventus iuxta prefati indulti nostri tenorem libere percipere permittatis nullum super hoc contra formam eiusdem indulti impedimenti obstaculum opponendo.

Dat. apud Urbem veterem II. non. Aprilis pontificatus nostri anno secundo. *

^a Für exhibit^a.

¹ Chartres, Dép. Eure-et-Loire.

² Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1. - Durand war 1279 Oktober 29 von Nikolaus III. zum Dekan in Chartres ernannt worden und hatte damit eines der am höchsten dotierten französischen Kanonikate inne (vgl. P. Montaubin, *Les collations pontificales dans le chapitre cathédral de Chartres au XIIIe siècle*, 293). Ob er aber davon wirklich profitierte (so Montaubin, ebd. 294), ist aber nach dem vorliegenden Brief zumindest fraglich.

118 (136)

Martin verbietet dem Rektor in der Romagna, Jean d'Eppe, Andrea, Sohn des verstorbenen Castellano de Andalo?, oder andere, die unter Anklage stehen, ohne die ausdrückliche Erlaubnis des Papstes unter seinen Befehl zu nehmen.

Orvieto, 1282 April 11.

Reg. Vat. 42, fol. 25r

Martinus^a etc. Dilecto filio nobili viro Johanni de Epa rectori¹ provincie Romaniole salutem etc.

Audivimus, quod tu Andream filium quondam Castellani de Andalocis² intendis ad tua mandata recipere, unde ad nostra etiam forte crederetur admissus.

5 Cum igitur tam contra Guidonem dictum comitem de Montefiltro³ eiusque complices et stipendiarios quam contra . . capitaneum, consilium et universitatem et singulos partis Lambertatorum⁴ de Bononia potestates quoque capitaneos, consiliarios et universitates
10 quamplurium civitatum et locorum illarum partium ac alios generaliter et singulariter per sedem apostolicam cum sollempnitate consueta et debita sit processum et huiusmodi
15 processus dictum Andream comprehendere dinoscantur nec deceat, quod tu vel quivis alius de hiis, que processus contingunt eosdem, sine ipsius sedis speciali licentia se quomodolibet intromittat, volumus et per apostolica tibi scripta mandamus, quatinus eundem Andream vel quoscumque alios id in simili casu petentes ad sedem remittas eandem nec ad mandata huiusmodi Andream vel alios recipias, nisi prius super hiis per nos aliud contigeret ordinari et tu a nobis super hoc certam formam et mandatum reciperes speciale.

Dat. apud Urbemveterem III. id. Aprilis anno secundo.

^a Oberhalb der Seite: II.

¹ Jean d' Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

² Möglicherweise ist Castellano degli Andalò gemeint (vgl. über ihn Hessel, *Geschichte*, ad indicem; die Andalò waren ein Bologneser Geschlecht, einen Ort ‚Andalocis‘ lässt sich nicht nachweisen).

³ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

⁴ Die Lambertazzi waren die Exponenten der ghibellinischen Partei in Bologna. Sie wurden 1279 von den guelfischen Geremei aus der Stadt vertrieben, vgl. Hessel, *Geschichte der Stadt Bologna*, 518 ff.

119 (137)

Martin befiehlt dem Rektor des Patrimoniums b. Petri, Adam Fourrier, den Umfang des Besitzes der Dörfer Palazzolo, Bassanello und Colle Casale zu ermitteln und seine Ergebnisse ihm in einem Notariatsinstrument mitzuteilen, damit er Beschwerden der Orte über die Okkupationen des Orso Orsini entscheiden kann.

Orvieto, 1282 April 14.

Reg. Vat. 42, fol. 25r

Idem. Dilecto filio Ade Forrerii rectori Patrimonii beati Petri in Tuscia¹ salutem etc.

Dilectorum filiorum hominum castrorum Palazoli², Bassiarelli³ et Collis Casalis⁴ ad Romanam ecclesiam pleno iure pertinentium querelam^a recepimus continentem, quod nobilis vir Ursus de filiis Ursi⁵ civis Romanus quamplures possessiones consistentes infra territoria et pertinentias castrorum ipsorum, in quarum possessione eadem ecclesia et prefati homines
5 erant pacifica et quieta, auctoritate propria occupavit et detinet occupata in ipsorum hominum et Romane ecclesie preiudicium et gravamen. Quare humiliter supplicarunt, ut providere super hoc paterna sollicitudine curaremus.

Nos igitur intendentes sic eorum iura et Romane ecclesie conservare illesa, ut nemini iniuriam faciamus, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, de pertinentiis et finibus possessionum dictorum castrorum per testes ydoneos sine strepitu et figura iudicii inquiras summarie veritatem. Depositiones ipsorum testium et quicquid super hoc per alia probabilia documenta inveneris, conscripta una cum tenore presentium sub manu publica nobis studeas fideliter intimare, ut exinde instructi plenius
15 possimus super premissis procedere iustitia mediante.

Dat. apud Urbemveterem XVIII. kl. Maii pontificatus nostri anno secundo.

^a *Einkorrigiert.*

¹ Adam Fourrier, vgl. Nr.11 Anm.1

² Palazzolo, vgl. Silvestrelli, *Città*, II, 686.

³ Gemeint ist Bassanello. 1278 hatte Orso Orsini Bassanello und später Colle Casale und Palazzolo besetzt, vgl. Silvestrelli, *Città*, II, 684.

⁴ Colle Casale (zwischen Viterbo und Orte), vgl. Silvestrelli, *Città*, II, 674.

⁵ Orso di Gentile (Bruder des Kardinals Matteo Rosso Orsini), †1307, vgl. Stammtafel bei Carocci, *Baroni*, 401.

120 (138)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Kapitan, dem Rat und der Gemeinde von Bologna, die Versorgung Faenzas mit Lebensmitteln zu gewährleisten, damit die dort in päpstlichem

Dienst stehenden Söldner keinen Grund zur Klage haben. Außerdem sollen sie ihr in päpstlichem Dienst stehendes Heer so führen, dass kein Konflikt mit den übrigen Söldnern entstehen kann.

Orvieto, 1282 April 14.

Reg. Vat. 42, fol. 25r-25v

Martinus etc. . . potestati, . . capitaneo, consilio et communitati Bononien.¹ salutem etc.

Cum, sicut accepimus, in civitate Faventin.² et aliis circumadiacentibus locis Romaniolae, in quibus stipendiarii Romane ecclesie de mandato dilectorum filiorum . . vicarii³ et . . rectoris⁴ eiusdem provincie ad impugnandum hostes ipsius ecclesie ac turbatores pacis provincie et precipue terre vestre olim quasi moram continuam contraxerunt et adhuc etiam contrahunt, indigentia victualium habeatur, nos attendentes, quod ex hoc principalis negotii, quod agitur, prosecutio posset multipliciter impediri, universitati vestre rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus super hoc salubri consilio providentes taliter ordinare curetis, ut ad civitatem et loca predicta de vestris victualibus in oportuna et congrua^a quantitate, prout iidem vicarius et rector mandaverint, victus subsidia deservantur,^b quod propter eorum defectum iidem stipendiarii materiam non habeant absentandi vel subtrahendi se a continua^c vexatione hostium predictorum. Ceterum, quia pro firmo tenemus, quod in convocatione instantis exercitus generaliter omnes debetis potenter et viriliter convenire cum aliis fidelibus ad ipsum exercitum profecturis, dubitantes, ne, postquam fueritis congregati, possit ex diversitate gentium aliquod scandalum vel seditio suscitari, volumus et ad id devotionem vestram paterna sollicitudine exhortamur, ut sic sapienter sic discrete studeatis in eundo, morando et redeundo vestrum exercitum ordinare, quod per vos et vestros nulla cum aliquibus de dicto exercitu alicuius turbationis possit materia exoriri, sed potius alii eiusdem exercitus exemplo vestri a seditionibus * retrahantur et exinde vobis et Dei gratia et apostolice sedis benevolentia plenius debeatur ac in eadem prosecutione negotii comprobemini per effectum operis et affectum zelo devotionis et fidei, quem ad nos et Romanam ecclesiam habere vos credimus, prepollere.

Dat. apud Urbem veterem XVIII. kl. Maii pontificatus nostri anno secundo.

^a Verschieden für congrua. ^b 'v' einkorrigiert. ^c 'u' einkorrigiert.

¹ Vgl. zu Bologna Nr. 48 Anm. 2.

² Faenza.

³ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

³ Jean d'Eppe, Nr. 25 Anm. 8.

121 (139)

Martin trägt dem Erzbischof (Jaques) von Embrun auf, Heinrich von Genf, den das Domkapitel von Valence-Die entgegen ausdrücklichen päpstlichen Verbots zu ihrem Bischof gewählt hat und der die Wahl unrechtmäßigerweise angenommen hat, von seinem Amt zu

suspendieren und binnen zehn Wochen vor den päpstlichen Stuhl zu zitieren, damit er sich rechtfertigt.

Orvieto, 1282 Februar 20.

Reg. Vat. 42, fol. 25v

Vgl. Ganzer, Papsttum und Bistumsbesetzungen, 335

Martinus etc. Venerabili fratri . . archiepiscopo Ebredunen.¹ salutem etc.

Vacantibus diebus istis preteritis Valentin. et Dien. ecclesiis per obitum bone memorie Amedei Valentin. et Dien.² episcopi provisionem ecclesiarum earundem hac vice dispositioni et ordinationi^a nostris per litteras apostolicas sub certa forma duximus reservandam et
5 inhibentes, ne ipsarum ecclesiarum capitula seu^a quicumque alii ad aliquam electionem vel postulationem seu provisionem aliam de preficiendo sibi et ipsis ecclesiis episcopo vel pastore procederent, decrevimus extunc irritum et inane, quicquod super hiis vel eorum aliquo contra reservationem et inhibitionem huiusmodi per ipsa capitula vel quemlibet alium scienter vel
10 ignoranter contingeret attemptari. Sed, sicut ad nostrum pervenit auditum, eisdem capitulis post reservationem^b et inhibitionem easdem ad electionem procedere presumentibus Henricus de Gebenus^{c 3} asserens se in episcopum Valentin. et Dien. electum, etiam postquam ad eum de predictis reservatione et inhibitione pervenit, administrationi predictarum ecclesiarum temere se ingessit et sicut electus in contemptum nostrum et sedis apostolice ac sue salutis dispendium administrat.

15 Cum itaque preterire tante presumptionis audaciam nequeamus, sicut etiam nec debemus, ne per hoc contempni sedis eiusdem auctoritas videatur, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem Henricum ab huiusmodi administratione suspensum ex parte nostra peremptorie citare procures, ut infra decem ebdomadaram spatium post citationem tuam compareat, si sua ratione crediderit, personaliter coram nobis periturus iuri et si meruit,
20 pro meritis recepturus ac facturus, quod ei^d propter premissa duxerimus iniungendum.

Alioquin eius absentia non obstante ad privationem iuris ipsius, si quod habet, et ad ordinationem et provisionem ipsarum ecclesiarum, prout expedire viderimus, procedemus. Diem vero citationis et formam et quicquid inde feceris, nobis per tuas litteras harum seriem continentes fideliter intimare procures.

25 Dat. apud Urbem veterem X. kl. Martii pontificatus nostri anno primo.

^a *Verschrieben für ordinationi.* ^b 'u' *über der Zeile nachgetragen.* ^c *am linken Rand: XVIII die Aprilis Jo. de Sigestro et Guillelmus Burgundie reciperunt et camerarius mandavit eis, quod fideliter representent et qua die representant, referant diligenter (siehe dazu Einleitung).* ^c *Für Gebennis.* ^d *Über der Zeile nachgetragen.*

¹ Jaques Serene, Erzbischof von Embrun (Dep. Hautes-Alpes) 1275-1286, vgl. 'Embrun' i n: DHGE 15, Sp. 373 ff. (L. Gaillard); (1275/76 ist er als Zehntkollektor im Deutschen Reich belegt, vgl. Petersen, *Lyoner Kreuzzugszehnten*, 271).

² Amadeus von Roussillon, Bischof von Valence - Die (Dep. Drôme) 1276 - 81, zuvor Abt des Klosters Savigny, Bruder der Erzbischofs Aimar von Lyon, vgl. J. Chevalier, *Amédée de Roussillon, évêque de Valence et Die (1276 - 1281)*, Grenoble 1890. - Amadeus war 1281 September 17 gestorben, vgl. auch *Gallia christiana*, XVI, Sp. 316 ff.

³ Heinrich von Genf, aus dem Geschlecht der Grafen von Genf, 1282 Archidiakon in Langres, vgl. Resmini, *Arelat*, 352 (Stammtafel). - 1283 Februar 13 erklärte Martin IV. die hier berichtete Wahl für ungültig und

ernannte einen Bruder Heinrichs, den Abt Johann von St. Seine, zum Bischof, vgl. Ganzer, *Papsttum und Bistumsbesetzungen*, 335.

122 (140)

Martin ernennt Giffrid von Vezzano zum Generalkollektor in England, Wales, Schottland und Irland und stattet ihn mit umfassenden Vollmachten aus.

Orvieto, 1282 März 7.

Reg. Vat. 42, fol. 25v-26r

Theiner, Hibernorum et Scotorum, Nr. 279 - Potthast 21862, Bliss, Calendar, 475. - Vgl. Ferguson, Papal Representatives, 141, Lunt, Financial Relations, 619.

Martinus etc. Dilecto filio magistro Gifredo de Vezano¹ canonico Cameracen. camere nostre clerico, nuntio^a sedis apostolice^a salutem etc.

De tue circumspectionis industria sinceram in Domino fiduciam obtinentes discretioni tue petendi, exegendi ac recipiendi per te vel per alium seu alios nostro et ecclesie Romane nomine in partibus Anglie, Wallie, Scotie et Hybernie² ea omnia, que sedi apostolice de censibus, denario beati Petri³ et debitis quibuscumque quacumque ratione, modo vel causa^b eidem sedi apostolice^b a quibuscumque personis debentur, necnon et compellendi debitores huiusmodi ad solutionem predictorum omnium faciendam, postquam tibi vel eis, quibus super hiis commiseris vices tuas, de hoc per inquisitionem vel alio modo constiterit, eosque, qui pro huiusmodi debitis non solutis excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias incurrerunt, a prefatis sententiis, postquam de hiis satisfactum fuerit, absolvendi et faciendi etiam super hoc litteras absolutionis illis, qui debita ipsa persolverint, contradictores quoque, cuiuscumque conditionis, dignitatis aut ordinis fuerint, appellatione postposita per censuram ecclesiasticam compescendi liberam auctoritate presentium concedimus facultatem; non obstantibus, si personis aliquibus ab eadem sede indultum existat, quod per litteras sedis ipsius excommunicari, interdicti nequeant vel suspendi, et quibuscumque indulgentiis vel privilegiis, per que mandati nostri executio in hac parte impediri valeat vel etiam retardari et de quibus plenam et expressam aut de verbo ad verbum oporteat in nostris litteris fieri mentionem, seu quibuscumque litteris apostolicis * super exigendis et recipiendis eisdem debitis alii vel aliis destinatis et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali.⁴

Tu vero, quam cito poteris, rescribas nobis, quid^c et quantum per te vel per alios inde duxeris colligendum.

Dat. apud Urbem veterem non. Martii pontificatus nostri anno primo.

^{a-a} Über der Zeile nachgetragen.

^{b-b} Verschrieben (überflüssig).

^c quicquid vor Korrektur.

¹ Giffrid von Vezzano, vgl. zu ihm Nr. 43 Anm. 3.

² England, Wales, Irland und Schottland.

³ Vgl. zum Peterspfennig Lunt, *Financial Relations I*, 61 ff.

⁴ *Constitutio de duabus dietis*, c. 37 Conc. Lat. IV = X 1, 3, 28.

123 (141)

Martin befiehlt dem päpstlichen Gesandten in England, Gifred von Vezzano, sich umfassend über die Verfahrensweise bei der Sammlung des Peterspfennigs, der teilweise von den örtlichen Kollktoren einbehalten wird, zu informieren und ihm seine Ergebnisse und Verbesserungsvorschläge mitzuteilen.

Orvieto, 1282 März 7.

Reg. Vat. 42, fol. 26r

Bliss, Calendar 475 - Vgl. Lunt, Financial Relations, 62

Martinus etc. Dilecto filio magistro Gifredo de Vezano¹ canonico Cameracen. camere nostre clerico apostolice sedis nuntio salutem etc.

Significasti nobis, quod, licet archiepiscopi, episcopi et alii ecclesiarum prelati regni Anglie denarium beati Petri² debitum in regno ipso Romane ecclesie exigant et colligant ab
5 illis, qui denarium ipsum debent nomine ecclesie memorate, tamen ipsi nuntio sedis apostolice, qui ad hoc in ipso regno pro tempore deputatur, de ipso denario, prout debent, integre non respondent, propter quod camere nostre iuribus non modicum preiudicium generatur.

Nos igitur dicte camere indempnitati precavere volentes discretioni tue per apostolica
10 scripta mandamus, quatinus inquisita diligenti veritate, si prefati prelati denarium ipsum consueverunt colligere ab antiquo et quo mandato, qua auctoritate, fide, consuetudine vel ordinatione nuntiorum et si ex tali denario ipsi collectores consueverunt retinere aliquid vel habere vel a quo tempore citra talia receperunt et utrum nuntii dicte sedis, qui fuerunt pro
15 tempore, denarium ipsum collegerint per se ipsos vel alios, quibus id specialiter ducerent committendum, ac de omnibus aliis circumstantiis, de quibus ad huiusmodi instructionem negotii videris inquirendum, quicquid inde inveneris et quale super hiis posset sine scandalo remedium adhiberi, nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas intimare, ut circa premissa plenius informati annuente Domino providere possimus de remedio oportuno.

Dat. apud Urbemveterem non Martii pontificatus nostri anno primo.

¹ Giffrid von Vezzano, vgl. zu ihm Nr. 43 Anm. 3.

² Die genaue Höhe der von den einzelnen Diözesen zu leistenden Abgaben war von Gregor X. am 22. April 1273 festgesetzt worden, vgl. Lunt, *Financial Relations*, 61.

124 (142)

Martin befiehlt dem päpstlichen Gesandten in England, Schottland, Irland und Wales, Gifred de Vezzano, sich über die dort von Klerikern wie Laien gepflegte Gewohnheit zu informieren,

bei Verträgen eine Buße zugunsten des apostolischen Stuhles festzusetzen. Er soll nach Möglichkeiten zu deren Erhebung suchen und seine Ergebnisse ihm mitteilen.

Orvieto, 1282 März 7.

Reg. Vat. 42, fol. 26r

Bliss, Calendar 475 - Zu den Namen siehe Nr. 122.

Martinus etc. Dilecto filio magistro Gifredo de Vezano canonico Cameracen. camere nostre clerico apostolice sedis nuntio salutem etc.

Significasti nobis per tuas litteras, quod plerumque nonnulli clerici quam layci de partibus Anglie, Scotie, Wallie et Ybernie in contractibus, quos inuicem^a inter se ineunt, certam penam apponunt, que commissa Romane ecclesie vel Terre Sancte subsidio debet secundum ipsorum formam contractuum applicari, super quibus ex eo, quod nulli in partibus ipsis est commissum penas huiusmodi exigendi, camere nostre et dicte terre non modicum preiudicium generatur.

Nos igitur super premissis plenius instrui cupientes devotioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, quid consuetum est hactenus circa talia observari et^b si ex hoc posset scandalum exoriri vel si contrahentes hoc paterent et quid in hoc expediat, consideratis conditione provincie ac omnibus aliis circumstantiis, quibus plenius huiusmodi negotii instructio haberi valeat, diligenter et caute inquirere studeas veritatem, quicquid inveneris vel senseris in predictis, nobis per tuas litteras harum seriem continentes per fidelem nuntium rescripturus, ut tunc super premissis de congruo remedio possimus dante Domino providere.

Dat. apud Urbemveterem non. Martii pontificatus nostri anno primo.

^a *Verschrieben für invicem.* ^b *Über der Zeile nachgetragen.*

125 (143)

Martin teilt allen geistlichen Personen (in England, Wales, Schottland und Irland) mit, wer welche Abgaben zu leisten hat.

Orvieto, 1282 März 15.

Reg. Vat. 42, fol. 26r-26v

Bliss, Calendar 475. - Siehe Nr. 122.

Martinus episcopus etc. Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis . . . abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelati presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem.

Cum dilectum filium magistrum Gifredum canonicum Cameracen. camere nostre clericum apostolice sedis nuntium in partibus Anglie, Scotie, Wallie et Hybernie ad colligendum census et quedam alia ecclesie Romane debita duxerimus deputandum, ne de huiusmodi censibus aut de locis, a quibus debentur, dubitari contigat, census et nomina ipsorum locorum, sicut in provincialibus¹ eiusdem ecclesie Romane^a continentur, sub bullam nostram fecimus annotari.

In Anglia in episcopatu Canturien. monasterium sancti Salvatoris de Frevesham² unam marcam argenti; in episcopatu Lodonien.^b ecclesie, que dicitur Floretia,³ unam monetam auri; * in episcopatu Exonien. ecclesia de Bomine⁴ unum malachinum; in episcopatum Wintonien.

monasterium sancti Petri de Cercesera⁵ quatuor aureos; in episcopatu Saresbirien.
 monasterium sancti Andelmi⁶ unam unciam auri; in episcopatu Conuctren.^c monasterium de
 Bredera⁷ duos bisantios; in episcopatu Lincolinen. monasterium Sancti Albani⁸ unam unciam
 15 auri marabutinus; monasterium Maluebien.⁹ unam unciam auri; monasterium ecclesie
 sanctorum Petri et Pauli¹⁰ Chavecumba^d unum obolum massabunt^e; in episcopatu Norvicen.
 monasterium Sancti Eadmundi¹¹ unam marcam sterlingorum;^f in episcopatu Elien. hospitale
 de Angleshera¹² unum melachinum; in archiepiscopatu Eboracen. ecclesia canonicorum
 20 regularium Sancte Marie de Cayleolo¹³ unam marcam argenti annuatim, hodie est episcopalis
 ecclesia; domus cistercii debet solvere pro ecclesia de Scadeborch¹⁴ annis singulis unum
 obolum massamutinum; in Scotia in episcopatu Sancti Andree, qui est domini pape, abbatia
 sancti Thome martiris de Aberbunthe¹⁵ duos bisantios; abbatia de Landores¹⁶ duos bisantios;
 abbatia de Kelso^g 17 unam marcam sterlingorum; in episcopatu Glasgauen., qui est domini
 pape, ipsa ecclesia¹⁸ singulis annis tres marchas; abbatia Sancte Marie de Jeddewirh¹⁹ singulis
 25 annis unum marabutinum et unum canipulum; in episcopatu Aberdonen., qui est domini pape,
 Willicrist comes de Mar²⁰ duos solidos sterlingorum, quos debet mittere per hospitalarios de
 mandato J. de Salerno cardinalis;²¹ ecclesia Sancte Marie de Mutimusth²² duos solidos
 sterlingorum; in Ybernia in episcopatu de Dundaleglas ecclesia Sancti Patricii de Duno²³
 30 dimidiam unciam auri; in episcopatu Lugundunen. ecclesia Sancte Marie de Ludun.²⁴ viginti
 solidos sterlingorum; in episcopatu de insula Gathay hospitale Sancti Johannis Dublinen.²⁵
 duos solidos sterlingorum.

Dat. apud Urbemveterem id. Martii pontificatus nostri anno primo.

^a Über der Zeile nachgetragen. ^b Für Londonien. ^c Davor ecclesie gestrichen. ^d 'h' auf
 Rasur. ^e Wohl verschrieben für massamutinum. ^f sterlingorum vor Korrektur. ^g Kelko
 vor Korrektur.

¹ 'Provinciale' ist ein anderer Name für den *Liber Censuum*, vgl. Fabre, *Etude*, 5. - Die vorliegende Liste ist dementsprechend eine Abschrift der im *Liber Censuum* aufgeführten exemten englischen Klöster, vgl. die Edition von Fabre, *Liber Censuum I*, 224; *II*, 121.

² St. Saviour, Faversham (Bstm. Canterbury). Gegen die hier beanspruchte Exemption dieses Klosters protestierte der Erzbischof von Canterbury, John Peckham, vgl. Lunt, *Financial Relations*, 100.

³ Kirche nicht identifiziert (Bstm. London).

⁴ Bodmin, Bstm. Exeter.

⁵ St. Peter, Chertsey, Bstm. Winchester.

⁶ St. Aldhelm (Malmesbury), Bstm. Salisbury.

⁷ Bredon, Bstm. Coventry.

⁸ St. Albans, Bstm. Lincoln.

⁹ Malmesbury. - Dieser Eintrag hier und im *Liber censuum* ist unrichtig. Malmesbury gehörte nicht zur Diözese Lincoln, sondern zu Salisbury. Es handelt sich hier um das oben erwähnte Kloster St. Aldhelm (siehe Anm. 7), vgl. Lunt, *Financial Relations*, 103 Anm. 10.

¹⁰ St. Peter und Paul, Chavecumb, Bstm. Lincoln.

¹¹ St. Edmund, Bstm. Norwich.

¹² Anglesey, Bstm. Ely, vgl. Lunt, a.a.O., 107.

¹³ St. Maria, Carlisle, Erzbstm. York, vgl. Lunt, a.a.O., 110.

¹⁴ Scarborough, Erzbstm. York, vgl. Lunt, a.a.O., 111.

¹⁵ St. Thomas, Aberbunthe, Bstm. St. Andrews.

¹⁶ Lindores, Bstm. St. Andrews.

¹⁷ Kelso, Bstm. St. Andrews.

¹⁸ Bischofskirche von Glasgow.

¹⁹ St. Maria, Jeddewirth, Bstm. Glasgow.

²⁰ Willicrist, Earl von Mar, Bstm. Aberdeen, vgl. Ferguson, *Papal Representatives*, 67 Anm. 27.

²¹ Johannes von Salerno, Kardinalpriester von S. Stefano in Celiomonte 1190-1208, vgl. W. Malaczek, *Papst und Kardinalskollegium von 1191-1216*, Wien 1984, S. 107-109. Er war seit 1201 als Legat in Schottland tätig, vgl. Ferguson, a.a.O., 61 ff.

²² St. Maria, Mutimusth, Bstm. Aberdeen.

²³ Kirche St. Patrick in Down, Bstm. Down.

²⁴ St. Maria in Louth, Bstm. Louth.

²⁵ St. Johannes, Bstm. Inniscathay (Inniscattery).

126 (144)

Martin verleiht Pietro di S. Germano, einem Familiar des Kardinaldiakons Jakob Savelli, zwei Lehen in dem Ort Norchia und verpflichtet ihn dafür zur jährlichen Zahlung von zwei Schilling Papparini.

Orvieto, 1282 Mai 7.

Reg. Vat. 42, fol. 26v

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Petro de sancto Germano¹ salutem et apostolicam benedictionem.

Volentes tibi obtentu dilecti filii nostri J. Sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis,² cuius familiaris existis, gratiam facere specialem duo feuda, que quondam Gregorius Dialte³ serviens noster in castro de Orcla⁴ a Romana tenebat ecclesia, vacantia adpresens cum omnibus iuribus et pertinentiis suis presentium tibi auctoritate concedimus a te, quoad vixeris, retinenda, nisi id nos vel successores nostri Romani pontifices specialiter duxerimus revocandum, ita tamen, quod debita et consueta servitia, propter hoc semper exhibearis ecclesie memorate. Et ut in predictis circa possessionem et proprietatem ecclesie prefate ^ain futurum^a memoria certiora^b habeatur, volumus, quod annis singulis infra quindenam festivitatis nativitatis^c Domini pro predictis feudis cum ostensione^d litterarum huiusmodi duos soldos papparinorum camere nostre persolvas, quod,^e si facere forte contempseris, omne ius, quod tibi ex nostra concessione debetur, extunc ad predictam ecclesiam devolvatur. Nulli ergo etc.

15 Dat. apud Urbemveterem non. Maii anno secundo.

^{a-a} Über der Zeile nachgetragen. ^b Über der Zeile nachgetragen, in futurum gestrichen. ^c Davor domini gestrichen. ^d Danach 'tione' gestrichen. ^e Vor Korrektur quod.

¹ Nicht identifiziert.

² Jakob Savelli (der spätere Papst Honorius IV.), seit 1261 Kardinaldiakon von S. Maria in Cosmedin, Papst 1285 - 87.

³ Nicht identifiziert.

⁴ Norchia, bei Viterbo, vgl. Silvestrelli, *Città*, II, 736 ff.

Martin befiehlt dem Kastellan des Ortes Norchia, nachdem Pietro di S. Germano einen Treueid geleistet hat, ihm die beiden Lehen zu übergeben.

(Orvieto, 1282 Mai 7).

In eundem modum . . . castellano castri de Orcla Viterbien. diocesis.

Volentes dilecto filio Petro de Sancto Germano obtentu dilecti filii nostri J. etc. verbis competenter mutatis usque devolvatur. Quocirca mandamus, quatinus nostro et ecclesie prefate nomine ab eodem Petro fidelitatis solite iuramento recepto predicta feuda iuxta
5 concessionis nostre tenorem assignes eidem proviso, quod ecclesia predicta suis iuribus in aliquo non fraudetur.

Dat. ut supra. *

127 (145)

Martin erteilt seinem Gesandten Gifred de Vezano die Vollmacht, bis auf den Kreuzzugszehnten alle in England, Schottland, Wales und Irland für das heilige Land bestimmten Gelder einzusammeln und befiehlt ihm, über seine Einnahmen Rechenschaft abzulegen.

Orvieto, 1282 März 7.

Reg. Vat. 42, fol. 27r

Theiner, Mon. Hibern. 126, Nr. 279 - Bliss Calendar, 476; P. 21862 - Lunt, Financial Relations, 619.

Martinus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio magistro Gifredo de Vezano¹ canonico Cameracen. camere nostre clerico apostolice sedis nuntio salutem et apostolicam benedictionem.

De tue circumspectionis industria sinceram in Domino fiduciam obtinentes discretioni
5 tue exigendi ac recipiendi per te vel per alium seu alios nomine Terre Sancte in partibus
Anglie², Wallie³, Scotidie⁴ et Ybernie⁵ ea omnia, que eidem Terre Sancte ex voto seu
promisso aut redemptionibus votorum tam cruce signatorum quam aliorum vel depositis
seu testamentis sive alias quacumque ratione, modo vel causa eidem Terre Sancte a
quibuscumque personis debentur exceptis decimis in eiusdem Terre Sancte subsidium
10 deputatis, quarum collectio certis personis ab eadem sede specialiter est commissa, necnon
et compellendi debitores et detentores huiusmodi ad solutionem predictorum omnium
faciendam, postquam tibi vel eis, quibus super hiis commiseris vices tuas, de hoc per
inquisitionem vel alio modo constiterit, eosque, qui pro huiusmodi debitis non solutis
excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias incurrerint, ^aa prefatis^a
15 sententiis, postquam de hiis tibi satisfactum fuerit, absolvendi ac dispensandi, cum clericis
super irregularitate, quam huiusmodi ligati sententiis celebrando divina officia seu
immiscendo se illis forte contraxerint, et faciendi etiam super hoc litteras absolutionis et
dispensationis illis, qui debita ipsa persolverint, contradictores quoque, cuiuscumque
conditionis, dignitatis aut ordinis fuerint, appellatione postposita per censuram
20 ecclesiasticam compescendi liberam auctoritate presentium concedimus facultatem; non
obstantibus, si personis aliquibus ab eadem sede indultum existat, quod per litteras sedis
ipsius excommunicari, interdicti nequeant^b vel suspendi, et quibuscumque indulgentiis vel
privilegiis, per que mandati nostri executio in hac parte inpediri valeat vel etiam retardari
et de quibus plenam et expressam aut de verbo ad verbum oporteat in nostris litteris fieri
25 mentionem, seu quibuscumque litteris apostolicis super exigendis et recipiendis eisdem
debitis alii vel aliis destinatis et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali.⁶

Volumus autem, ut quecumque ex premissis recipere te contingat, illa sub testimonio
fidedignarum personarum deponas in aliquibus tutis locis et patentes litteras, que et quanta
et a quibus, quando et qualiter ipsa receperis, continentes facias fieri ac tuo et illarum
30 personarum, sub quarum testimonio illa deposueris, sigillis muniri, quarum similes eisdem
sigillis munitas nobis mittere non postponas.

Dat. apud Urbemveterem non. Martii pontificatus nostri anno primo.

^{a-a} einkorrigiert, a prefatis gestrichen.

^b Über der Zeile nachgetragen.

¹ Giffrid von Vezano, vgl. zu ihm Nr. 43 Anm. 3.

² England.

³ Wales.

⁴ Schottland.

⁵ Irland.

⁶ *Constitutio de duabus dietis*, c. 37 Conc. Lat. IV = X 1, 3, 28

128 (II)

Martin fordert den Johanniter Bonaiunte auf, sich in die Mark Ancona zu begeben und die dreihundert Ritter, die dortige Orte für die Auseinandersetzungen in der Romagna der päpstlichen Seite zur Verfügung stellen, zu versammeln und sie an ihren Bestimmungsort zu führen.

s.l., 1282 Mai 18.

Reg. Vat. 42, fol. 27r

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 407 - Potthast 21902.

Dilecto fratri Bonaiunte¹ ordinis hospitalis sancti Johannis Jerosolimitan. hostiario nostro.

Cum nuper^a nonnulli ambassiatores et nuntii speciales ex parte universitatum civitatum, castrorum aliorumque locorum fidelium Anconitan. Marchie ad nostram presentiam
5 accedentes ad prosecutionem instantis negotii Romaniolae,² quod pre manibus geritur et medullitus insidet cordi nostro, trecentorum militum pro trimestri tempore et ad eorum stipendia nobis et ecclesie obtulerint honorabilem comitivam, nos eorum fructuose devotionis affectum in hac parte in Domino eo propensius commendamus, quo eiusdem
10 negotii causa necessaria exigente nulla exhortatione^b preambula per se ipsos votis nostris liberalius coaptantes nostram et apostolice sedis gratiam noscuntur exinde specialius meruisse.

Cupientes igitur, ut dicti milites, cum hoc prefati negotii qualitas vehementer exigit, properanter ad dictam provinciam studeant proficisci, tibi precipiendo auctoritate
15 mandamus, quatinus visis presentibus litteris ad eiusdem Marchie loca, de quibus expedire videris, te personaliter conferens cum dictis universitatibus seu eorum nuntiis absque more dispendio ex parte nostra ordines et procores, qualiter dicti milites in certo loco, quem ad hoc deputaveris, celeriter convenient profecturi ad dictam provinciam in servitium nostrum et ecclesie memorate, ita quod ex eorum oblato servitio desiderii nostris fructus optate prosperitatis proveniat ac eis cum salutis eterne premio favoris apostolici plenitudo.

20 Dat. XV. kl. Iunii anno secundo. *

^a Über der Zeile nachgetragen.

^b exhortatione vor Korrektur.

¹ Bonaiunte erscheint schon unter Nikolaus III. (Mai 1278) unter den *hostiarii* (vgl. Baethgen, *Untersuchungen*, 199). In einem Notariatsinstrument von 1281 Juli 15 (Archivio Segreto Vaticano, Arm. I-XVIII 3760) fungiert Bonaiunte u.a. als Kastellan der Burg Cesi und Rektor der „Terra Arnulforum“ (Dukat Spoleto, westlich von Spoleto gelegen), 1282 Oktober 7 wurde er von diesen Ämtern abgelöst, siehe unten Nr. 183; zum Amt des ‘hostiarius’ (Türhüter) siehe Rusch, *Behörden und Hofbeamten*, 99 f.

² Vgl. zu den Kämpfen in der Romagna die unter Nr. 13 zitierte Literatur.

129 (2,XIV)

Martin ersucht den Rektor der Mark Ancona Amiel d'Agoult di Courban, keinem Amtsträger zu gestatten, zurückzutreten, ehe er nicht Rechenschaft über seine Amtsführung abgelegt hat.

Orvieto, 1282 Mai 20.

*Reg. Vat. 42, fol. 27v
Pásztor, Il Vespro 143.*

Martinus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio nobili viro Amelio de Augoto Marchie Anconitane rectori¹ salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a singulis iudicibus, notariis aliisque officialibus, qui in Anconitan. Marchia tempore tui regiminis exercuisse vel gessisse aliqua officia dinoscuntur, velimus, prout
5 consuetum est, in proximo facere exigi rationem, volumus et presentium tibi tenore precipiendo mandamus, quatinus nullum de predictis officialibus aliqua ratione permittas recedere, nisi prius reddita fuerit huiusmodi ratio ab eisdem.

Dat. apud Urbem veterem XIV. kl. Iunii pontificatus nostri anno secundo.

^a *Verschrieben für* permittas.

¹ Amiel d'Agout di Courban, vgl. Nr. 5 Anm. 1.

130 (3)

Martin ernennt den Auditor litterarum contradictarum Giffrid von Anagni zum Rektor in temporalibus et spiritualibus in der Mark Ancona.

Orvieto, 1282 Mai 23.

*Reg. Vat. 42, fol. 27v-28r
Vgl. Pásztor, Amministrazione, 188; Mercantini, Giffredo di Anagni, 641.*

Dilecto filio Giffrido de Anagnia¹ auditori contradictarum capellano nostro rectori Marchie Anconitan.²

Cum^a incumbencia nobis onera, quibus assidue premimur, intenta consideratione
5 pensamus videntes, quod^b nequimus exsolvere circa singula per nos ipsos debitum apostolice servitutis, nonnumquam aliquos ad gerenda nostra et ecclesie Romane servitia iuxta qualitatem agendorum assumimus, quorum laudabilia merita per operum evidentiam
in conspectu sedis apostolice sub publica notitia^c presentantur et quorum solerti ministerio sperati fructus de comunicatis sibi laboribus valeant provenire. Sane licet de singulis
provinciis specialiter nobis et eidem sedi subiectis, quantum nobis ex alto permittitur,
10 curam vigilem habeamus, tamen circa Marchie Anconitane statum eo maiori reddimus attentionem solliciti, quo ipsam potiori zelari tenemur affectu velut ad eandem sedem pleno iure specialiter pertinentem et infra sedis eiusdem brachia constitutam. Et quia cordi gerimus, ut in eadem Marchia servetur cultus iustitie, fidei puritas, devotionis integritas et opulencia pacis, personam ad horum promotionem utilem in illis partibus decrevimus

15 deputandam, per cuius industriam status eiusdem Marchie conservetur prospere ac a
dispendiis dante Domino preservetur.

Cum autem circa hec personaliter intendere nequeamus innumerabilium dicte sedis
negotiorum varietate distracti, ad te circumspeditionis sollicitudine peditum, nobis et
eidem sedi devotum convertimus nostre mentis intuitum de cuius fidelitate plenam in
20 Domino fiduciam obtinentes rectoriam predicte Marchie in spiritualibus et temporalibus
auctoritate apostolica tibi duximus committendam, disponendi, ordinandi, statuendi,
precipiendi, puniendi, diffiniendi, exequendi et faciendi in eadem Marchia quicquid honori
et comodo ecclesie Romane ac prospero statui fidelium eiusdem Marchie cognoveris
expedire necnon et contradictores et rebelles districtione, qua convenit, appellatione
25 postposita compescendi concedentes tibi plenariam potestatem.

Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus onus regiminis dicte
Marchie devote^d suscipiens illud prudenter gerere studeas et ea, que ad ipsum regimen
pertinent, laudabiliter prosequaris, ita quod exinde nostram et sedis prefate gratiam possis
plenius promereri.

30 Nos enim sententias sive penas, quas spiritualiter et temporaliter rite tuleris vel
influxeris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem
condignam appellatione remota inviolabiliter observari; non obstantibus aliquibus
privilegiis vel indulgentiis aut litteris apostolicis quibuscumque personis, communitatibus,
universitatibus et locis religiosis seu ecclesiasticis et secularibus ab eadem sede concessis,
35 per que tue in hac parte iurisdictionis executio posset quomodolibet inpediri et de quibus
feri debeat in nostris litteris de verbo ad verbum * mentio specialis.

Dat. apud Urbemveterem X. kl. Iunii anno secundo.

^a Möglicherweise verschrieben, oben bei Nr. 1 lautet die Formel: Dum incumbentia.
am Rand von gleicher Hand Marchie. ^c 'o' über der Zeile nachgetragen.

^b Daneben
^d Über der Zeile
nachgetragen.

¹ Giffrid von Anagni, (Giffredo „Bussa“), seit 1237 als Kleriker an der Kirche S. Romano in Anagni belegt, seit 1278 päpstlicher Kaplan und mit wichtigen diplomatischen Missionen betraut (vgl. Herde, *Ein unbekanntes Begleitschreiben*), seit 1279 *Auditor litterarum contradictarum* (vgl. Herde, *Audientia*, I, S. 76 Nr. 9)), noch unter Honorius IV. Rektor der Mark Ancona, † vor 1286 Februar 24, vgl. A. Mercantini, *Giffredo di Anagni*, DBI 54, 640 ff.

² Mark Ancona, siehe oben Nr. 6.

131 (4)

Martin verkündet den geistlichen Institutionen wie Personen in der Mark Ancona die Ernennung Giffrids von Anagni zum dortigen Rektor und fordert sie auf, diesem Gehorsam zu leisten.

(Orvieto, 1282 Mai 23).

Reg. Vat. 42, fol. 28r

Sbaralea, Bullarium Franciscanum III, Nr. 27 - Potthast 21903; Exekutoria zu Nr. 130, siehe zu den Namen ebenda.

Venerabilibus fratribus episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus et conventibus Cisterciensium et aliorum ordinum ac decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis capitulis et aliarum ecclesiarum prelatibus seu rectoribus ceterisque personis

5 ecclesiasticis exemptis et non exemptis ac hospitalis Jerosolimitan. et militie Templi
magistris et preceptoribus necnon prioribus, guardianis et fratribus Predicatorum et
Minorum ordinum per Anconitanam Marchiam constitutis salutem etc.

Cum incumbencia nobis onera etc. ut supra usque potestatem verbis competenter
mutatis.¹

10 Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem rectori
circa ea, que sibi occurrerint, facienda debito consilio et auxilio favorabiliter assistere
procuretis, cum super hiis vos generaliter aut specialiter duxerit requirendos, ita quod
devotionem vestram exinde commendare merito debeamus.

15 Alioquin eidem capellano damus nostris litteris in mandatis, ut vos ad id sublato
appellationis obstaculo auctoritate nostra compellat; non obstantibus indulgentiis vel
privilegiis apostolicis, cuiuscumque tenoris existant, per que ipsius iurisdictionis executio
posset quomodolibet inpediri et de quibus plenam et expressam seu de verbo ad verbum
fieri oporteat in nostris litteris mentionem.

Dat. ut supra.

¹ Vgl. Nr. 130.

132 (5)

*Martin teilt den weltlichen Personen wie Institutionen der Mark Ancona die Ernennung
Giffrids von Anagni zum Rektor in temporalibus et spiritualibus mit und fordert sie
auf, ihm Gehorsam zu leisten.*

(Orvieto, 1282 Mai 23).

Reg. Vat. 42, fol. 28r

Exekutoria zu Nr. 130; zu den Namen siehe ebenda.

Universis potestatibus seu rectoribus, communitatibus et universitatibus ceterisque
personis secularibus civitatum, castrorum aliorumque locorum per Anconitanam
Marchiam constitutis.

5 Cum incumbencia nobis onera etc. ut in prima verbis competenter mutatis usque
potestatem.

Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsum
capellanum, inmo^a potius nos in ipso, benigne recipientes et honorifice pertractantes ei
tamquam eiusdem Marchie rectori plene in omnibus intendere ac obedire curetis, ita quod
exinde commendari merito valeatis.

10 Alioquin sententias sive penas, quas spiritualiter et temporaliter rite tulerit vel inflixerit
in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem
condignam appellatione remota inviolabiliter observari; non obstantibus aliquibus
privilegiis vel indulgentiis aut litteris apostolicis quibuscumque personis, communitatibus,
universitatibus et locis religiosis seu ecclesiasticis et secularibus ab eadem sede concessis,
15 per que ipsius in hac parte iurisdictionis executio posset quomodolibet inpediri et de
quibus debeat^b in nostris litteris de verbo ad verbum mentio specialis.

Dat. ut supra.

^a für inmo.

^b Davor fieri zu ergänzen.

133 (6)

Martin ernennt Giffrid von Anagni zum Rektor in temporalibus et spiritualibus für die Stadt und den Bezirk Urbino.

(Orvieto, 1282 Mai 23).

Reg. Vat. 42, fol. 28r

Dilecto filio Giffrido de Anagnia¹ auditori contradictarum capellano nostro Marchie Anconitan. rectori.

Cupientes, ut civitas et districtus Urbinat.² ad statum pacificum reducantur et in eo quibuslibet summotis obstaculis salubriter auctore Domino conservetur, civitatem et
5 districtum ipsos specialiter tuo regimini duximus in spiritualibus et temporalibus committendos.

Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus civitatem et districtum eosdem sic in hiis regere ac laudabiliter gubernare procures, quod exinde tue sollicitudinis studium commendare merito valeamus.

10 Nos enim sententias sive penas, quas spiritualiter et temporaliter rite tuleris vel statueris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari; non obstantibus aliquibus indulgentiis vel privilegiis apostolicis, cuiuscumque tenoris existant, per que tue iurisdictionis executio posset quomodolibet inpediri et de quibus plenam et expressam seu
15 de verbo ad verbum fieri oporteat in nostris litteris mentionem.

Dat. ut supra. *

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Urbino (Prov. Pesaro e Urbino). Urbino gehörte zum Einflußbereich des aufständischen Guido von Montefeltro.

134 (7)

Martin verkündet der Stadt, der Diözese und dem Bezirk Urbino die Ernennung Giffrids von Anagni zum Rektor in temporalibus et spiritualibus.

(Orvieto, 1282 Mai 23).

Reg. Vat. 42, fol. 28v

Exekutoria zu Nr. 133.

Civitatis^a et diocesis^a Urbinat. ac hominibus districtus eiusdem spiritum consilii sanioris.¹

Cupientes, ut status vestre civitatis et districtus ad statum debitum reducatur et in eo quibuslibet summotis obstaculis salubriter auctore Domino conservetur, civitatem vestram
5 Urbinat. ac districtum eiusdem specialiter dilecti filii G. auditoris contradictarum capellani nostri Marchie Anconitan. rectoris regimini duximus in spiritualibus et temporalibus committendos.

Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem rectori super hiis plene parere, intendere ac humiliter obedire curetis.

10 Alioquin sententias sive penas etc. ut supra usque in finem.

Dat. ut supra.

^{a-a} Für civitati et diocesi.

¹ Diese Grußformel wurde bei Urkunden benutzt, die an Gegner der Kirche gerichtet waren.

Martin verkündet dem Bischof und dem Klerus von Stadt und Diözese Urbino die Ernennung Giffrids von Anagni zum Rektor in temporalibus et spiritualibus und fordert sie auf, ihm Gehorsam zu leisten.

5 Im^a eundem modum. Venerabili fratri episcopo¹ et dilectis filiis clero civitatis et diocesis Urbinat. salutem etc.

Cupientes, ut status civitatis, diocesis et districtus Urbinat. ad statum debitum etc.

^a Verschrieben für In.

¹ Guido Brancaleoni, O. S. B., Bischof von Urbino 1259 - 1283, vgl. B. Ligi, *I vescovi e arcivescovi di Urbino*, Urbino 1953, 55 ff.

Martin ernennt Giffrid von Anagni zum Rektor in temporalibus et spiritualibus für die Massa Trabaria.

(Orvieto, 1282 Mai 23).

5 Item in eundem modum. Dilecto filio Giffrido etc. Marchie Anconitan. et Masse Trabarie rectori.

Cupientes, ut status Masse Trabarie¹ in statu prospero conservetur et salubriter auctore Domino dirigetur^a, ipsam Massam Trabariam specialiter tuo regimini duximus in spiritualibus et temporalibus committendam.

10 Ideoque discretioni tue etc., quatinus eandem Massam Trabariam sic in hiis regere etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Verschrieben für dirigatur.

¹ Vgl. zur Massa Trabaria Nr. 7 Anm. 2.

(8)

Martin verkündet dem Klerus und dem Volk der Massa Trabaria die Ernennung Giffrids von Anagni zum Rektor in temporalibus et spiritualibus und fordert sie auf, ihm Gehorsam zu leisten.

5 (Orvieto, 1282 Mai 23).

In eundem modum. Clero et populo Masse Trabarie.

Cupientes, etc. ut supra.

Ideoque universitati vestre mandamus, quatinus eidem rectori super hiis plene nitendos^a ac obedire ancos^b. Alioquin etc. Dat. ut supra.^c

^a Für intendere

^b Für curetis.

^c Danach ca. 5 Zeilen freigelassen (Rasur!)

135 (9)

Martin erteilt dem Marschall Robert de Riccavilla die Vollmacht, außerhalb Italiens ausreichend bewaffnete Söldner in päpstlichen Dienst zu nehmen, und zwar so viele, dass er jedem monatlich 15 Goldflorenen zahlen kann.

Orvieto, 1282 Mai 26.

Reg. Vat. 42, fol. 28v

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 408 - Potthast 21905.

Dilecto filio viro Roberto de Ricavilla¹ curie nostre marescalco salutem etc.

De tua experta probitate ac fidelitate probata plenam in Domino fiduciam obtinentes tibi stipendiandi nostre et ecclesie Romane nomine milites armigeros et alios ultramontanos² armis et equis duobus sufficientibus munitos quot quot inveneris, de
5 quibus videris expedire, ita tamen, quod unicuique sic munito quindecim tantum Florenos auri pro mense uno computatis triginta diebus pro quolibet mense exhibeas, plenam auctoritate presentium concedimus facultatem.

Dat. apud Urbemveterem VII. kl. Iunii pontificatus nostri anno secundo.

¹ Robert de Richeville, vgl. Nr. 89 Anm. 3.

² Gemeint sind französische Söldner.

136 (10)

Martin befiehlt seinem Kaplan Heinrich von Limoges, den Sold, der für die vom päpstlichen Marschall Robert von Richeville angeworbenen Söldner bestimmt ist, auf Bitte des Marschalls auszuzahlen und bei der päpstlichen Kammer Rechenschaft über die Ausgaben abzulegen.

Orvieto, 1282 Mai 26.

Reg. Vat. 42, fol. 28v

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 409 - Potthast 21906

Dilecto filio magistro Henrico capellano nostro canonico Lemovicen.¹ salutem etc.

Cum dilectum filium Robertum de Ricavilla² militem marescalcum nostrum ad conducendum milites Gallicos, qui in partibus Lombardie et Tuscie immorantur, pro negotio Romaniolae³, cuius prosecutio vehementer insidet cordi nostro, personaliter
5 destinemus, nos de fidelitate tua plenam in Domino fiduciam obtinentes discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem marescalco super hoc sollicitudine et favore oportunitis assistens stipendia, que dictis militibus conducendis promiserit, de pecunia camere nostre, quam tibi propter hoc a mercatoribus ipsius camere assignari mandabimus, ad requisitionem eiusdem marescalci persolvas conscribi faciens diligenter, quicquid pro
10 huiusmodi stipendiis duxeris persolvendum, ita quod exinde dicte camere plenam et sufficienter possis reddere rationem.

Dat. apud Urbemveterem VII. kl. Iunii pontificatus nostri anno secundo.

¹ Domkanoniker von Limoges (Dep. Haute-Vienne), nicht näher identifiziert.

² Robert de Richeville, vgl. Nr. 89 Anm. 3.

³ Vgl. Nr. 13.

137 (11)

Martin befiehlt dem Rektor der Romagna Jean d'Eppe, Marvellus Malaspine und den Florentiner Ritter Stoldus de Jacob, die in päpstlichen Dienst getreten sind, würdig zu empfangen und ihre Ratschläge zu beachten.

Orvieto, 1282 Mai 2.

Reg. Vat. 42, f. 28v-29r

Dilecto filio nobili viro Johanni de Epa¹ rectori provincie Romaniolae salutem etc.

Intellecto ex fidedignorum testimonio devotionis affectu, quem dilecti filii nobilis vir Marvelus Malaspine² et Stoldus de Jacob miles Florentin.³ ad Romanam ecclesiam habere noscuntur, eis fiducialiter preces apostolicas duximus destinandas ipsos nostris litteris
5 rogantes et hortantes attente, ut, cum prosecutio negotii provincie Romaniolae vehementer insideat cordi nostro, se ad eandem provinciam personaliter conferentes tibi assistant favore et consilio oportunis. Nos enim volumus et mandavimus, ut eis de stipendiis satisfieri * debeat, prout dilectus filius Robertus de Ricavilla⁴ miles marescalcus noster cum eis duxerit ordinandum.

10 Quocirca nobilitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eos, cum ad te pervenerint, benigne recipias et honore prosequaris condigno ac eorum, qui de militari solertia plurimum commendantur, utaris consiliis in singulis, que ad comissi tibi negotii felicem directionem pertinent et occurrerint facienda.

Dat. apud Urbemveterem VI. kl. Iunii pontificatus nostri anno primo.

¹ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25.

² Moroello di Mulazzo (?), aus der oberitalienischen Adelsfamilie der 'Malaspina', 1268/69 als Vikar in der Lunigiana (zwischen Ligurien und der Toskana) belegt, (vgl. Volpe, *Toscana medievale*, 502 ff.), um 1285 gestorben, siehe auch *Enciclopedia Dantesca*, III, 778 ff.

³ Florentiner Ritter, 1283 als Teilnehmer des Provinzparlamentes der Romagna in Imola belegt (vgl. L. Colini - Baldeschi, *Le "Constitutiones Romandiole" di Giovanni d'Appia*, 252), hier als Podestà in Forlì nachweisbar, siehe unten Nr. 360.

⁴ Robert de Richeville, vgl. Nr. 89 Anm. 3.

138 (12)

Martin befiehlt dem Rektor der Campagna und Marittima Andrea Spiliati, von den aus dem Regno in den Kirchenstaat Geflohenen ausreichende Sicherheiten einzufordern, dass sie von dort aus nichts gegen die Kirche oder Karl von Anjou unternehmen werden. Falls sie sich weigern, dem nachzukommen, soll er sie vertreiben.

Orvieto, 1282 Mai 23.

Reg. Vat. 42, fol. 29r

Vgl. Pásztor, Il vespro, S. 141; Falco, I communi, ASRSP 47, S. 119

Dilecto filio magistro Andree Spiliati¹ capellano nostro Campanie Martimeque^a rectori salutem etc.

Ea^b, que diebus istis in Regno Sicilie contingerant², maiori nos excitant attentione prospicere statum ipsius Regni ac periculis, que possent emergere, sollicitius precavere.

5 Nuper igitur audito, quod quamplures de Regno ipso diversarum turbationum tempore relegati vel exiticii^c, de quorum dolosa astutia dubitatur, ad certa civitates, castra et loca Campanie ac Martime^d confugerunt et inibi commorantur, volumus et per apostolica tibi^e scripta mandamus, quatinus de talibus sollicite proinde ac diligenter inquirens ab eis et eorum singulis, qui probabiliter vel verisimilibus indiciis de hiis possent haberi suspecti,
10 quod nichil contra nos et Romanam ecclesiam ac carissimum in Christo filium nostrum C. Sicilie regem illustrem³ vel nostras et ipsorum ecclesie ac regis terras aut statum prosperum per se vel alios publice vel occulte attemptare presumant nec^f alias quomodolibet in turbationem nostram et eorundem ecclesie, regis et regni verbo, consensu vel opere aliquid machinentur, ydoneas, plenas et securas nostro et ipsius ecclesie nomine
15 recipias cauciones, ita quod de ipsis vel eorum actibus non possit de talibus dubitari.

Quod si facere forsitan recusarent, tu id facere recusantes de civitatibus, castris et locis eisdem expellas ad illa nullo umquam tempore absque licentia^g sedis apostolice reversuros.

20 De receptione vero caucionum earundem et expulsionem huiusmodi, si ad illas forte processeris, confici facias publica instrumenta illa nobis per fidelem nuntium transmissurus ac rescripturus per tuas litteras harum seriem continentes, quicquid in predictis duxeris faciendum.

Dat. apud Urbemveterem X. kl. Iunii pontificatus nostri anno secundo.

^a Verschrieben für Martimeque. ^b am Rand XXVIII die Maii: ista littera fuit assignata Guastaracio per dictum camerarium deferenda rectori Campanie (siehe Einleitung). ^c exitiis vor Korrektur. ^d Verschrieben für Martime. ^e Über der Zeile nachgetragen. ^f Davor 'n' getilgt. ^g Über der Zeile nachgetragen.

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Gemeint ist die Sizilische Vesper, der Aufstand gegen die Angiovinen auf Sizilien, der am 30. März 1282 ausgebrochen war.

³ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 9.

139 (13)

Martin befiehlt dem Podestà Perugias, Johannes Archionis, unter Androhung der Exkommunikation und einer Strafe von 1000 Silbermark sowie weiterer Strafen, die Einwohner Perugias von den Angriffen gegen Foligno abzuhalten. Wenn ihm dies nicht gelingt, soll er von seinem Amt zurücktreten.

Orvieto, 1282 Juni 1.

Reg. Vat. 42, fol. 29r

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Johanni Archionis civi Roman. potestati Perusin.¹

5 Perusinis, sicut nosti, contra Fulginat.² non sine contemptu nostro et Romane ecclesie diebus istis ad insolentiam concitatis nos rememorantes devotionem, quam ipsi Perusin. ad eandem ecclesiam ante pretenderant, cum eis iuxta morem ipsius ecclesie mansuetudinis ubertate fecunde benignius egimus^a et studuimus per diversos nuntios et litteras eis

affectum nostrum exponere ac ipsos retrahere ab erroribus dulciter et, quod id nobis displiceret, ostendimus multipliciter more patris, sed iidem Perusin. spreta nostra et ipsius ecclesie mansuetudine ac ipsarum partium turbatione et futuris periculis non vitatis in suo furore concresecunt et, sicut asseritur, procedere intendunt ad hostiles aggressus in pertinacia dampnabili perdurantes.

10 Cum igitur non deceat, quod tu ecclesie predictae fidelis particeps errorum Perusinarum eorundem quomodolibet conscribaris, devotioni tue sub excommunicationis, quam eo ipso te incurrere volumus, si secus feceris, ac mille marcharum argenti et aliis spiritualibus et temporalibus iuxta nostrum tibi arbitrium infligendis penis per apostolica scripta districte
15 precipiendo mandamus, quatinus Perusin. eosdem a furoribus et aggressibus vel congressibus huiusmodi, quantum in te fuerit, retrahas et compescas. Et si forte in exercitium sui furoris excesserent, tu super hoc non sequaris eosdem, immo ipsorum regimine omnino dimisso recedas, ne culpe aliorum et^b dicte pene te inposterum comprehendant talem in hiis diligentiam habiturus, quod possis exinde tamquam devotus
20 filius merito commendari nec oporteat te penas predictas vel alias turbacionem nostram quomodolibet formidare.

Dat. apud Urbemveterem kl. Iunii anno secundo. *

^a *Am Rand* fuit missa per Benvenutum de Viterbio cursorem 4 non. Iunii; sequenti die retulit, quod representavit eas (*siehe Einleitung*). ^b *Über der Zeile nachgetragen*.

¹ Perugia; seit Mai als Podestà bezeugt (Giorgetti, *Podestà*, 96), im Amt bis April 1283 (also die reguläre Amtszeit); der Konflikt zwischen Perugia und Foligno war im April 1282 ausgebrochen und dauerte bis zum Sommer 1283 (siehe Waley, *Papal State*, 206).

² Foligno (Prov. Perugia).

140 (14)

Martin befiehlt dem Bischof (Sabarisius) von Tivoli, Konrad von Antiochien, - der dazu aufgrund früherer Vereinbarungen verpflichtet ist - zu veranlassen, sich an die Kurie zu begeben, wo er innerhalb von acht Tagen nach Erhalt des Befehls erscheinen soll.

Orvieto, (1282) Juni 2.

Reg. Vat. 42, fol. 29v

Episcopo . . Tiburtin.¹

Contigit olim, quod nobilis vir Conradus de Antiochia² filius quondam Friderici de Antiochia ex certis causis per Romanam ecclesiam tenebatur et tandem ipse Conradus per felicis recordationis Gregorium papam X.³ predecessorem nostrum libertati pristinae
5 restitutus promisit inter alia venerabili fratri nostro Petro archiepiscopo Narbonen.⁴ tunc ipsius predecessoris camerario vice ac nomine predecessoris^a eiusdem et ecclesie Romane stipulanti, quod quandocumque ipsi predecessori vel alicui eius successori videretur propter aliquod instans periculum et id per se vel per alium eidem Conrado mandaret, ipse Conradus veniret ad eius presentiam moraturus secundum mandatum ipsius per vel^b alium
10 faciendum, ubi, quantum et quomodo ipse predecessor vel successor vellet.⁵

Quare nos ex certa et instanti causa fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem Conrado ex parte nostra mandare procures, ut infra octo dies post

huiusmodi mandatum tuum ad nostram veniat⁶ presentiam facturus et servaturus, quod ei duximus iniungendum.

15 Diem autem, quo mandatum ipsum feceris, et formam et quicquid in premissis duxeris faciendum, nobis per tuas patentes litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare.

Dat. apud Urbemveterem IIII. non Iunii.

^a *Am Rand IV. die Iunii fuit data Sinibaldo ad portanda episcopo Tiburtin.* ^b *Verschrieben für vel per.*

¹ Sabarisius, röm. Kanoniker, war seit 1282 März 10 Bischof von Tivoli (vgl. Olivier-Martin, *Les Registres de Martin IV*, Nr. 411).

² Konrad von Antiochia, Enkel Friedrichs II, 1258 Kapitän in den Abruzzen, 1262 Vertreter Manfreds im Kirchenstaat, nach der Schlacht von Tagliacozzo von Karl v. Anjou gefangengenommen, unter Gregor X. freigelassen, am 23.11.1282 von Martin IV. exkommuniziert, nachdem er einen Aufstand in den Abruzzen angezettelt hat. (Vgl. Olivier - Martin, Nr. 277), vgl. Meriggi, *Corrado I d'Antiochia*, 166 ff.

³ Gregor X., Papst 1271 - 76 (vgl. L. Gatto, *Il pontificato di Gregorio X. (1271-1276)*, Rom 1959).

⁴ Petrus de Montebruno, als päpstlicher Notar und Kämmerer seit 1268 belegt, Erzbischof v. Narbonnes 1272-1286, vgl. Nüske, *Untersuchungen*, AfD 20 (1974), S. 127 ff.

⁵ Vgl. über die Bestimmungen im Einzelnen Meriggi, *Corrado I*, 152.

⁶ Konrad ist dem nicht nachgekommen, vgl. Meriggi, *Corrado I*, 168.

141 (15)

Martin befiehlt dem Bischof (Bartholomäus) von Grosseto, sich in die Städte Rieti, Narni, Tivoli und die umliegenden Orte zu begeben, um von den genannten Flüchtlingen aus dem Regno Sicherheiten zu erlangen, dass sie nichts gegen die Kirche oder Karl von Anjou unternehmen. Wenn sie sich weigern diese zu leisten, soll er ihre Vertreibung aus dem Kirchenstaat veranlassen.

(Orvieto, 1282 Juni 2 – Juni 4?).

Reg. Vat. 42, fol. 29v

Vgl. Pásztor, Il Vespro 142

... episcopo Grossetan.¹

Nuper ad nostrum pervenit auditum, quod Gualterius et Odorisius de Aversa fratres, Michonus de Maccla, Barardus Darne, Thomasius et Tholomeus de Castellione, Phillipus et Thomasius de Marerio, Mathias de Montin, Symon de Palena, Ruo de Moliriis filii
5 quondam Bertoldi et iudex Abraam de Sulmona² ac plures alii de regno Sicilie diversarum turbationum tempore³ relegati vel exiticii, de quorum astucia hoc precipue tempore dubitatur, ad Reatin.⁴, Narnien.⁵ et Tiburtin.⁶ et alias circumvicinas civitates et dioceses ac castra et loca illarum partium confugerunt et inibi commorantur.

Nos autem ad conservationem prosperi status carissimi in Christo filii nostri C. Sicilie regis illustris⁷ et ipsius regni sollicitis studiis intendentes mandamus, quatinus ad civitates, dioceses, castra et loca predicta te personaliter conferens ac de talibus sollicite, provide ac diligenter inquirens ab eis et eorum singulis aut aliis de dicto regno exiticiis et in dictis partibus morantibus, qui probabiliter vel verisimilibus iudiciis^a in hac parte possent haberi suspecti, quod nichil contra nos et Romanam ecclesiam et regem eundem vel nostras et
10 ipsorum ecclesie ac regis terras aut statum prosperum eorundem ecclesie ac regis per se vel alios publice vel occulte attemptare presumant nec alias quomodolibet in turbationem

nostram et eorundem ecclesie, regis et regni verbo, consensu vel opere aliquid machinentur, ydoneas, plenas et securas nostro et ipsius ecclesie nomine tibi exhiberi facias cautiones, ita quod de ipsis vel eorum actibus non possit ulterius dubitari.

20 Quod si facere forsitan recusarent, tu id facere recusantes de civitatibus, diocesibus, castris et locis eisdem facias prorsus expelli ad illa nullo numquam tempore absque licentia sedis apostolice reversuros potestates, capitaneos, consiliarios, communitates et universitates civitatum, castrorum et locorum eorundem ac barones, nobiles et
25 quascumque alias singulares personas illarum partium ac contradictores quoslibet omnium premissorum ad id spiritualiter et temporaliter compellendo. De receptione vero cautionum earundem et de tuis habendis processibus super expulsionem huiusmodi, si ad illam procedi contigerit, confici facias publica instrumenta illa nobis in tuo reditu portaturus ac relaturus fideliter, quicquid in predictis duxeris faciendum.⁸

^a Verschrieben für indiciis.

¹ Bartholomeo (de Amelia), OFM, 1278 - 1291 Bischof von Grosseto (Suffr. von Siena), mit zahlreichen Aufgaben im kurialen Dienst betraut, so u.a. unter Nikolaus III. Gesandter bei Michael VIII. Palaiologos, 1288 Vikar Nikolaus' IV. in Rom, vgl. de Donato, V., *DBI* 6, 684.

² Die hier genannten Orte Aversa, Macchia d'Isernia, Castiglione, Mareri, Palena und Sulmona liegen alle in den Abruzzen, vgl. *Rationes Decimarum Italiae ...: Aprutium, Molisium*, ed. P. Sella, Città del Vaticano 1936.

³ Gemeint ist die Sizilische Vesper, die im März 1282 ausgebrochen war.

⁴ Rieti (Prov. Lazio)

⁵ Narni (Prov. Terni).

⁶ Tivoli (Prov. Rom).

⁷ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

⁸ Dieser Brief ist ohne erkennbaren Neuansatz von der gleichen Hand wie der vorhergehende und der nachfolgende registriert worden, also wohl auch zwischen 1282 Juni 2 und Juni 4 zu datieren.

142 (16)

Martin erlaubt den Kaufleuten Ventura Bonamiki und Bindus Clarici, sich an dem Vermögen des Bischofs von Fermo mit 40 Mark Sterling, die sie ihm zur Zeit seiner Legation in Ungarn geliehen hatten, schadlos zu halten und davon dem Kaufmann Frankerus Runbertini, der ihnen schon die Hälfte davon geliehen hatte, das Geschuldete zurückzuzahlen.

Orvieto, 1282 Juni 4.

Reg. Vat. 42, f. 29v-30r

Venture Bonamiki¹ et Bindo Clarici² ac aliis sociis eorundem de societate Bonaventure Bernardini civibus et mercatoribus Senen.³

Cum, sic^a accepimus, vos filii Ventura et Binde venerabili fratri nostro Philipo Firman. episcopo,⁴ cui felicis recordationis N. papa predecessor noster⁵ in partibus Ungarie officium legationis commisserat⁶, ad mandatum ipsius predecessoris factum vobis ex parte
5 sua per quondam Petrum Facistantem⁷ capellanum tunc vicecamerarium suum oraculo vive vocis pro apparatu et expensis necessariis ipsius episcopi occasione legationis huiusmodi faciendis quadringentas marchas sterlingorum^b vestro, Bonaventure Bernardini, Rainerii Jacobi,⁸ Forese Vosconti⁹ * et aliorum sociorum vestrorum nomine duxeritis
10 mutuandas idemque episcopus vobis promiserit eandem pecuniam de redditibus,

proventibus et^c quibuscumque obventionibus legationis predictae, quas vobis specialiter obligavit, se vobis, quando et quantius poterit,^c redditurus, prout in instrumento publico inde confecto ipsius episcopi sigillo munito plenius dicitur^d contineri, idem predecessor indemnitati vestre super hoc precavere volens, si idem episcopus infra annum
 15 computandum a kalendis Septembris tunc proxime transacti in restitutione pecunie predictae cessaret, extunc cameram sedis apostolice ad solutionem dicte pecunie teneri voluit et ad hoc etiam obligavit non intendens propter hoc eundem episcopum a promissione et obligatione huiusmodi liberare, etiamsi camera ipsa post eundem terminum satisfaceret de pecunia supradicta.

20 Verum super hoc vobis reputantibus vos gravatos et petentibus, quod dilectus filius Frankerus Runbertini¹⁰ mercator dicte camere, cum quo insimul ipsius camere in hiis, que ad mercatorum spectant officium, negotia gerebatis, onus huiusmodi una vobiscum communiter sustineret, dictus F. ad mandatum camerarii dicte camere vobis medietatem dicte pecunie taliter mutuate refudit, propter quod idem F., cum nullam cautelam habeat,
 25 de medietate ipsius pecunie sic soluta nec idem episcopus satisfecerit de prefata pecunia, diutius expectatus una vobiscum super hoc dictam cameram sepius impetendo humiliter supplicavit, ut providere super premissa^e paterna diligentia dignaremur.

Nos igitur volentes tam vestris quam ipsius camerarii indemnitatibus precavere vobis presentium tenore concedimus, ut de bonis prefati episcopi, que apud vos et societatem
 30 vestram depositi seu ex quacumque alia causa habetis, usque ad quantitatem^f huiusmodi quadringentarum marcharum, pro quibus vobis, ut predictum, idem predecessor eandem cameram obligaverat, licite possitis eidem F. medietatem predicti mutui restituere ac aliam medietatem vestris usibus applicare pro compensatione et restitutione debiti supradicti statuente, ut idem episcopus vel successores sui seu Firman.^g ecclesia vel quevis alia
 35 persona pretextu cuiuscumque obligationis seu promissionis a vobis facte ipsi episcopo vel alii pro eo de restitutione dictorum bonorum^h super dictis quadragentis marcis^h in iudicio vel extra iudicium nullatenus possint impetere vel etiam molestare, acⁱ decernentes exnunc vos et societatem vestram quoad restitutionem quantitatis huiusmodi perpetuo absolutos ac omnem processum sive sententiam, quam in vos vel aliquem vestrum occasione premissa
 40 quavis^k auctoritate ferri contingerat, irritos et inanes et nullius existere firmitatis; non obstante, quod idem episcopus vobis redditus et proventus et obventiones provenientes ex legatione predicta solummodo obligavit salvo iure eidem episcopo, si ei tenemini in ampliori a dictis III^C marcis pecunie quantitate.

Nulli ergo nostre concessionis, absolutionis et constitutionis etc.

45 Dat. apud Urbemveterem II. non. Iunii anno secundo.

^a Wohl verschrieben für sicut. ^b Verschrieben für sterlingorum. ^c Über der Zeile nachgetragen.
^c Davor poterit gestrichen. ^d Über der Zeile nachgetragen. ^e einkorrigiert für hoc. ^f
 Verschrieben für quantitatem. ^g Davor 'a' ausradiert. ^{h-h} am Rand mit Verweiszeichen
 nachgetragen. ⁱ Über der Zeile nachgetragen. ^k Über der Zeile nachgetragen.

¹ Siehe Nr. 92.

² Bindus Clarici oder Clerici, Mitglied der Sieneser Handelsgesellschaft der 'Bonsignori', bis Nikolaus IV. belegt.

³ Siehe Nr. 44.

⁴ Philipp, Bischof von Fermo 1273 - 1300, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 249.

⁵ Nikolaus III., Papst 1277-80, vgl. A. Demski, *Nikolaus III.*, München 1903.

⁶ Philipp war 1278 September 22 mit der Legation in Ungarn betraut worden (Potthast, 21412), über sein Wirken dort siehe Demski, a. a. O., 226 ff.

⁷ In der bei Baethgen, *Quellen und Untersuchungen*, 195 ff. edierten Liste der Familiare Nikolaus' III. vom Mai 1278 ist Petrus de Faszestant als Empfänger zweier Lebensmittelrationen genannt, gehört also zur Gruppe der am besten bezahlten Familiaren (ebd., 195).

⁸ Mitglied der 'Bonsignori', von 1261 - 1298 belegt, vgl. Jordan, *De mercatoribus*, 18.

⁹ Sonst nicht erwähnt.

¹⁰ Franketus Rimbentini, vgl. Nr. 92.

143 (17)

Martin befiehlt dem Marschall Roberto de Riccavilla und Heinrich (von Limoges), den Forderungen der französischen Söldner, die sich unerlaubterweise vom päpstlichen Heer entfernt und nach Florenz zurückgezogen haben, nachzugeben und ihnen für weitere drei Monate Sold zu zahlen sowie ihnen die getöteten Pferde zu ersetzen. Anderenfalls sollen sie sich an die Verantwortlichen in Florenz wenden, damit diese die Söldner zwingen, den schon gezahlten Sold der Kammer zurückzuzahlen.

Orvieto, 1282 Juni 9.

Reg. Vat. 42, fol. 30r-30v

Martinus etc. Dilectis filiis magistro Henrico capellano¹ et Roberto de Ricca Villa² militi marescallo nostris.

Transmissee nobis vestre littere inter alia continebant, quod stipendiarii Gallici, qui non sine nostra displicentia contra mandatum regium se de provincia Romaniolae³ absentantes
5 pro perceptis stipendiis a nostra camera recusant nobis et Romane ecclesie pro debito tempore deservire, sub eo modo sive conditione vobis procurantibus remanserunt Florentie in Romaniolam ad servitium nostrum et ecclesie reversuri, videlicet quod eis nova stipendia pro tribus mensibus persolvantur et eis de equis mortuis satisfiat, prout ostendunt per apodixas eis concessas a . . vicario⁴ et . . rectore⁵ provincie supradicte. Quare super
10 hiis nostrum beneplacitum vobis exprimi petivistis.^a

Nos igitur ad premissa taliter respondemus vobis presentium tenore mandantes, quatinus eidem Gallicis pro trimestri tempore de novo stipendia persolvatis et iuxta predictarum apodissarum tenores rationabiles et honestos equorum restituatis emendas, dummodo prius vobis recipientibus nostro et ecclesie Romane nomine promittant et
15 caveant sufficienter, secundum quod melius circa hoc vestra discretio poterit et viderit expedire, quod pro huiusmodi tempore trimestri fideliter servient et quod super rebus, quas in exercitu se asserunt amisisse, vel ex alia causa nullam referent questionem necnon super servitio, quod adhuc tenentur facere pro stipendiis iam perceptis, mandato et beneplacito regio acquiescent vel restituendo ipsa stipendia nostre camere vel pro eis secundum ratam
20 temporis ad nostra et ecclesie Romane servitia iuxta nostrum beneplacitum * remanendo.

Alioquin, cum hoc egre feramus plurimum et molestum, dilectos filios . . potestatem, . . capitaneum, consilium et commune Florentin.,⁶ quibus super hoc speciales litteras destinamus, ex parte nostra efficaciter requiratis, ut ipsi dictos stipendiarios in personis et rebus cum effectu studeant detinere, donec de perceptis stipendiis, pro quibus debitum
25 servitium recusant facere, integre prefate nostre camere fuit satisfactum.

Circa premissa sic vigilantibus animo et ferventi studio intendatis, quod iidem stipendiarii nequaquam de concepta malitia gloriari valeant, set potius nos, qui huiusmodi negotium cordi gerimus, devotionem vestram proinde possimus de bono in melius commendare.

Dat. apud Urbemveterem V. idus Iunii anno secundo.

^a *Davor ein Loch.*

¹ Heinrich von Limoges, vgl. Nr. 136.

² Robert de Richeville, vgl. Nr. 89 Anm. 3.

³ Zum Konflikt in der Romagna siehe Nr. 13.

⁴ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

⁵ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

⁶ Für 1282 wird Jacobinus de Rodillia (aus Reggio) als Podestà genannt (Davidsohn, *Forschungen*, IV, 540), das Amt des Kapitäns war vakant (vgl. Davidsohn, *ebd.*, 552).

144 (18)

Martin erteilt dem Kammerkleriker Angelo de Fulgineo und Johannes, dem Marschall seiner Familie, die Vollmacht, in der Campagna und Maritima für drei Monate so viele Söldner wie möglich anzuwerben.

Orvieto, 1282 Juni 11.

Reg. Vat. 42, fol. 30v

Martinus etc. Dilectis filiis magistro Angelo de Fulgineo clerico camere¹ et fratri Johanni marescalco familie nostrarum².

De probata fidelitate vestra plenam in Domino fiduciam obtinentes vobis stipendiandi nostro et ecclesie Romane nomine milites et armigeros de Campania et Maritima³ nostros
5 et ecclesie predictae devotos, bonos et expertos ac sufficientibus equis et armis munitos, quotquot inveneritis, ac recipiendi ab eis sufficientes securitates et cautiones de serviendo fideliter nobis et prefate ecclesie plenam auctoritate presentium concedimus facultatem, ita quod unicuique militi cum tribus, armigero vero cum duobus equis congrua stipendia
10 persolvatis moraturis in servitio eiusdem ecclesie per tribus mensibus triginta diebus pro mense quolibet computatis in hiis illam adhibaturi diligentiam et cautelam nemini deferendo, quod devotionem vestram possimus exinde merito in Domino commendare.

Dat. apud Urbemveterem III. idus Iunii anno secundo.

¹ Angelus Mercati aus Foligno, (siehe *Les registres de Nicolas III*, Nr. 833 (1280 März 30), wo er als ‚canonicus Fulginat.‘ bezeichnet wird; vielleicht ist er identisch mit dem in der Beamtenliste Nikolaus’ III. genannten ‚Prior de Fulgineo‘ (vgl. Baethgen, *Untersuchungen*, 195). Ein ‚Angelus prior ecclesie Fulginat‘ ist zum letzten Mal 1286 November 12 belegt (*Les registres Honorius IV*, Nr. 953).

² Er ist wohl identisch mit dem unter Nikolaus III. genannten *Frater Johannes marescalcus marestalle* (Baethgen, *Untersuchungen*, 196).

³ Campagna Marittima (Provinz im Kirchenstaat)

145 (19)

Martin entspricht einer Bitte Guillaume Durands und Jean d'Eppe und befiehlt ihnen, dafür zu sorgen, dass zum Sold von 11 oder 12 Goldflorenen im Monat die Küsten der Romagna von ausreichend ausgerüsteten französischen Söldnern Tag und Nacht bewacht

werden. Ferner weist er Guillaume an, das Geld, das ihm Jean d'Eppe für den Unterhalt von Söldnern geliehen hatte, an diesen zurückzuzahlen.

Montefiascone, 1282 Juni 22.

Reg. Vat. 42, fol. 30v

Dilectis^a filiis magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro vicario in spiritualibus et nobili viro Johanni de Epa² rectori in temporalibus provincie Romaniolae.

Cum, sicut nobis vestris litteris intimastis, prosecutioni negotii Romaniolae³ vobis commissi custodia maris expediat, prosecutioni negotii pro securitate fidelium et hostium insolentis reprimendis volumus et mandamus, quatinus super hoc oportunam diligentiam adhibentes ipsum mare die noctuque, prout expedire videritis, custodiri sub rationabilibus et congruis expensis nostre camere faciatis recepturi ad stipendia ad rationem undecim vel duodecim floren. auri per mensem, quotquot de bonis et fidelibus Gallicis, quorum quilibet habeat duos equos, in ipsis^b partibus poteritis invenire.

Volumus insuper et mandamus, ut tu, fili vicarie, tibi rectori restituas, quicquid pro stipendiis quatuor dierum stipendiariis ecclesie in dicta provincia te rectorem pridem constituit mutuasse.

Et^c quia, sicut ad plenum vos nosse credimus, dictum negotium tenaciter insidet cordi nostro, volumus, quod in singulis peragendis, que sollicitudini et fidei vestre incumbunt, sic sapienter, discrete^d et utiliter procedatis, quod fama vestra exinde maioris laudis et commendationis titulum promerere nos sollicitudinis vestre studia de bono in melius merito commendare possimus.

Dat. apud Montemflascon.⁴ X. kal. Iulii pontificatus nostri anno secundo.

^a Daneben (wohl von gleicher Hand) Monsflascon. gestrichen. ^d Davor sic gestrichen.

^b Davor ipsam gestrichen.

^c Davor 'c'

¹ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

² Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 11.

³ zur Romagna siehe Nr. 13 Anm. 5. Der Kampf gegen die Aufständischen war für die päpstliche Seite mit der Niederlage in der Schlacht bei Forlì (1. Mai 1282) sehr unerfreulich verlaufen, und vielleicht hoffte man dem Gegner durch Unterbrechung des Nachschubs beizukommen.

⁴ Montefiascone, Prov. Viterbo (Lazio). – Warum Martin IV. sich von Orvieto in das 20 km südlicher gelegene Montefiascone begeben hat, ist unklar.

146 (20)

Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona Giffred von Anagni, seinem Vorgänger Amiel d'Agout di Courban, der noch keine Rechenschaft über seine Amtsführung geleistet hat, nur unter der Bedingung die Rückkehr zu Karl I. von Anjou zu gestatten, dass er sechs wohlhabende Personen der Mark als Bürgen gegenüber der Kammer benennt.

Montefiascone, 1282 Juni 24.

Reg. Vat. 42, fol. 30v

Martinus etc. Dilecto filio magistro Giffredo de Anagnia¹ auditori contradictarum capellano nostro rectori Marchie Anconitan. salutem etc.

Supplicavit nobis dilectus filius nobilis vir Amelius de Angoto dominus Corban.² olim Marchie Anconitan. rector, ut,^a cum ipse paratus sit sufficienter cavere de reddenda ratione

5 commissi sibi regiminis, quam, prout est hactenus consuetum, exigi volumus ab eodem, ad carissimum in Christo filium nostrum . . . regem Sicilie illustrem sibi redeundi licentiam largiremur.

Nos igitur ipsius supplicationibus inclinati ^b discretioni tue presentium auctoritate mandamus, quatinus ab eodem nobili huiusmodi^b fideiussionem recipias cum diligentia
10 oportuna, videlicet sex personas idoneas de comissa tibi provincia, que sint in stabilibus note et mobilibus habundantes queque, si teneatur in aliquo respondere nobis et nostre camere, satisfacient, prout de iure fuerit faciendum. Quibus fideiussoribus sic receptis dic tus nobilis, prout voluerit, ad regem redire valeat memoratum.

De receptione vero fideiussorum ipsorum confici facias^c duo publica instrumenta, quorum
15 unum penes te retineas, et reliquum unam cum tuis litteris tenorem presentium et quicquid inde feceris continentibus nobis studeas per fidelem nuntium quamtotius destinare.

Dat. apud Montemflascon. VII. kal. Iulii pontificatus nostri anno secundo.

^a Davor ut gestrichen. ^{b-b} Am Rand mit Verweiszeichen nachgetragen. ^c Verschrieben für facias.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Amiel d'Agoult di Courban; Er war am 7. Mai 1281 zum Rektor der Mark Ancona ernannt worden, vgl. Nr. 5. Sabatini (DBI, I, 495) irrt also, wenn er meint, Amiel habe erst Anfang 1283 das Rektorenamt aufgegeben. Er hat später die hier geforderte Rechenschaft geleistet, s. u. Nr. 163.

147 (21, II^a)

Martin bestätigt Cittadino aus Orvieto, dass seine Ernennung zum 'auditor' und Richter auch nach dem Umzug der Kurie nach Montefiascone Gültigkeit besitzt.

Montefiascone, 1282 Juni 26.

Reg. Vat. 42, fol. 30v-31r

Martinus^b etc. Dilecto filio Cittadino civi Urbeveteran.¹ iudici salutem etc.

Licet super appellationibus et audiendis et fine debito terminandis, que a sententiis et processibus causarum, de quibus est personis ecclesiasticis a canone cognitio interdicta, ad sedem apostolicam legitime devolvuntur, quamdiu eadem sedes in Urbeveteri moram traheret,
5 te auditorem et iudicem usque ad nostrum beneplacitum constituerimus generalem, nos tamen nolentes per discessum nostrum de Urbeveteri hac vice huiusmodi beneplacitum expirare^c presentium tibi tenore concedimus, ut non obstante, quod apud Montemflascon.² nos personaliter duximus conferendos, in premissis appellationibus libere procedere * valeas, sicut^d prius^d iuxta traditam per litteras apostolicas tibi formam usque ad nostrum beneplacitum
10 voluntatis.

Dat. apud Montemflascon, VI. kal. Iulii pontificatus nostri anno secundo.

^a Hier beginnt eine wohl zeitgenössische Zählung (siehe Einleitung) ^b Daneben am Rand wohl von gleicher Hand hic. ^c für expirare. ^{d-d} Über der Zeile nachgetragen.

¹ Cittadino, Bürger Orvietos. Er war 1281 Oktober 3 mit diesen Aufgaben betraut worden, siehe oben Nr. 73.

² Die Kurie ist ab 1282 Juni 22 in Montefiascone (Lazio) nachweisbar, siehe oben Nr. 145.

148 (22,III)

Martin befiehlt dem Kammerkleriker Angelus de Fulgineo und dem Marschall Johannes, notfalls ohne Söldner aus der Campagna zurückzukehren, wenn es ihnen nicht gelingt, sich mit diesen über den Sold, so wie er es angeordnet hat, zu einigen.

Montefiascone, 1282 Juli 28.

Reg. Vat. 42, fol. 31r

Martinus etc. Dilectis filiis magistro Angelo de Fulgineo clerico camere et fratri Johanni merescalco^a familie nostrorum¹ salutem etc.

Dilecto filio Berardo² camerario nostro accepimus referente, quod sibi per vestras litteras intimastis, qualiter nobiles de Campania, qui non sunt milites, nolunt pro duobus equis stipendia acceptare et milites sine ipsis recipere^b stipendia non intendunt, cum non proponant exire Campaniam nec aliter quam cum eis recipere stipendia supradicta.

Quare volumus et presentium vobis tenore mandamus, quatinus, cum nonnulli ex eisdem Campanis, qui olim in Romaniolam ad stipendia nostre camere accesserunt, cum tribus equis servire promiserint et non tenuerint nisi duos, propter quod cameram nostram percepimus non modicum esse lesam, si secundum formam per priores nostras litteras vobis traditam³ non potestis cum huiusmodi stipendiariis convenire, ad nostram presentiam redire sine ipsis stipendiariis festinetis.

Dat. apud Montemflascon. IIII. kal. Iulii pontificatus nostri anno secundo.

^a Für marescalco.

^b Für recipere.

¹ Siehe zu diesen Personen oben Nr. 144.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

³ Vgl. Brief von 1282 Juni 11 (oben Nr. 144).

149 (22/2)

Martin quittiert Karl von Anjou die Zahlung des Lehenszinses für Sizilien für das Jahr 1282 in Höhe von 8000 Goldunzen (nach sizilischer Währung).

Montefiascone, 1282 Juni 29.

Reg. Vat. 42, fol. 31r

Martinus etc. Carissimo in Christo filio Carolo regi Sicilie illustri¹ salutem etc.

De censu octo milium unciarum auri ad pondus regni Sicilie pro ipso regno et terra tibi ab ecclesia Romana concessis a te nobis et ipsi ecclesie annis singulis in festo beati Petri² apostolorum principis persolvendo per dilectos filios magistrum Petrum de Latyera³ capellanum nostrum procuratorem in curia et Aumandum de Naues militem nuntium⁴ tuos^a censum ipsum tuo nomine persolventes pro anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo fatemur nobis et eidem ecclesie Romane plenarie satisfactum presentes litteras ad tuam et tuorum heredum ac etiam predictorum capellani et nuntii cautelam et futuram rei geste memoriam concedentes.

10 Dat. apud Montemflascon. III. kal. Iulii pontificatus nostri anno secundo.

^a Wohl verschrieben für tuum.

¹ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

² 29. Juni. – Der Lehnszins war immer an diesem Tag für das vergangene Jahr rückwirkend zu zahlen, vgl. Kieseewetter, *Anfänge*, 299 Anm. 5.

³ Petrus de Latyera, Familiar Karls I. von Anjou (vgl. Schadek, *Die Familiaren*, 331), Prokurator desselben an der Kurie, vgl. Nüske, *Untersuchungen*, Nr. 244 (dort Einzelnachweise).

⁴ Armando Nave von Neapel, 1284 April 28 als *miles et familiaris* bezeichnet, vgl. RA 27, S. 412 Nr. 283.

150 (23,IV)

Martin befreit die genannten Personen aus der Diözese Forlì, die sich von dem aufständischen Guido von Montefeltro losgesagt haben, von allen auferlegten Strafen und verkündet, dass sie in dieser Angelegenheit nicht mehr belangt werden können.

Orvieto, 1282 Juni 17.

Reg. Vat. 42, fol. 31r

Martinus etc. Dilectis filiis nobilibus viris Guillelmo, Bonifacio, Guidoni, Petro, comiti Tederico, Blundo ^aet Maluasio^a comitibus Castri Cari¹ nostris et ecclesie Romane fidelibus Forolivien. diocesis.

5 Eos, qui ad matris ecclesie gremium, a qua rebellibus ipsius ecclesie adherendo recesserant, salubri usi consilio redierunt, benigno nos convenit oculo intueri et apostolice sedis gratia^b multipliciter confovere.

Cum igitur, postquam ad nostra et ipsius ecclesie mandata devote ac humiliter rediistis, in devotione ac fidelitate sedis apostolice sic ferventer ac constanter perstiteritis ac etiam persistatis, ut dignum merito reputemus, non solum vestris precavere dispendiis, sed etiam
10 honoribus et profectibus vestris paterna diligentia providere, vos et quemlibet vestrum ab omnibus sententiis, penis et bannis ac quibuscumque processibus in vos et terram vestram auctoritate apostolica spiritualiter et temporaliter promulgatis, quos ex eo incurrisse noscimini, quod Guidoni de Montefiltro² persecutori ecclesie manifesto et fautoribus eius contra ipsam ecclesiam adhesistis dando eis auxilium, consilium et favorem ex certa scientia, presentium
15 tenore absolvimus et decernimus absolutos, ita quod occasione dictarum sententiarum, penarum, bannorum et processuum aliorum, quorumcumque per rectores provincie Romaniole vel officiales eorum in vos vel aliquem vestrum qualitercumque specialiter vel generaliter prolatorum, vobis in fidelitate ac devotione prefate sedis persistentibus decetero non possitis in aliquo impeti nec etiam molestari, nichilominus intendentes vos amplioris favoris gratia
20 confovere, prout in antea erga prefate sedis obsequia vestrorum meruerit exigentia meritorum.

Nulli nostre absolutionis et constitutionis etc.

Dat. apud Urbemveterem XV. kal. Iulii annoc secundo.

^{a-a} Über der Zeile nachgetragen. ^b vor Korrektur gratiam.

¹ Castrocaro, Prov. Forlì. Die genannten Personen konnten sonst nicht nachgewiesen werden.

² Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm. 3.

151 (24)

Martin befiehlt seinem Kämmerer Berard zu veranlassen, dass die Einnahmen aus dem Kreuzzugszehnten, für dessen Erhebung die genannten Kardinäle verantwortlich sind und die bei verschiedenen Kaufleuten verwahrt werden, den Handelsgesellschaften Spiliati-Spine, Rimbertini-Pulices und Bonaventura Bernardini zugewiesen werden.

Orvieto, 1282 Mai 21.

Reg. Vat. 42, fol. 31r-31v

Martinus etc. Dilecto filio Berardo camerario nostro¹ salutem etc.

Cum venerabiles fratres . . Albanen.^{a 2} et . . Penestrin. episcopi³ ac dilectus filius nostri J. Sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis⁴, quibus negotium decimarum collectarum pro subsidio Terre Sancte a sede apostolica specialiter * est commissum auctoritate et mandato
5 nostris, ex certa et rationabili causa duxerint ordinandum, ut de pecunia dictarum decimarum, que apud nonnullos mercatores in Romana curia commorantes habetur in depositum ad presens, certa quantitas mercatoribus, videlicet Dino Johannis de Thomasii Spiliati et Hugonis Spine et Maineto Rainaldi de Rimbertinorum et Pulcium Florentin. ac Thure Bonamiki de Bonaventure Bernardini de Senis mercatorum societatibus vel aliis ex sociis eorundem nostro
10 et ecclesie Romane ac prefate Terre Sancte nomine recipientibus assignetur, nos, quod ab eisdem episcopis et cardinali ordinatum est in hac parte, ratum et gratum habentes presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus de peccunia decimarum ipsarum nostro et ecclesie ac terre predictarum nomine iusta^b ordinationem huiusmodi a prefatis mercatoribus habentibus depositum^c de^d peccunia decimarum ipsarum^d facias eisdem mercatoribus vel aliis ex predictis
15 societatibus assignari. Nos enim de hiis, que predictis mercatoribus feceris prefato nomine assignari, faciendi refutationem et quitationem ydoneam tibi plenam concedimus facultatem.

Dat. apud Urbemveterem XII. kal. Iunii pontificatus nostri anno secundo.

^a Daneben am Rand de decimis (wohl von gleicher Hand).
^{d-d} Verschrieben (überflüssig).

^b Für iuxta.

^c Davor in zu

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Bentivegna, * wahrscheinlich 1230 in Todi, † 1290, Franziskaner, 1276 Bischof von Todi, seit 1278 Kardinalbischof von Albano, seit 1279 Leiter der päpstlichen Pönitentiarie, vgl. über ihn Waley, *Bentivegna*, DBI, 8, 587 f., Eubel, *Registerband*, AfKR, LXVI (1890), 3 - 69.

³ Girolamo d'Ascoli, OFM, Kardinalbischof von Palestrina seit 1281 April 12 (vorher seit 1278 Kardinalpriester von S. Pudentia), 1288 - 1292 Papst Nikolaus IV., vgl. Franchi, *Nicolaus Papa IV*, Ascoli Piceno 1990.

⁴ Jakob Savelli, seit 1261 Kardinaldiakon von S. Maria in Cosmedin, 1285 - 1287 Papst Honorius IV, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 51, Paravicini Bagliani, *I Testamenti*, 38 f.

152 (25)

Martin befiehlt dem Podestà und dem Rat der Stadt Corneto, dem königlichen Vikar in Rom Philipp von Lavena, der, vom römischen Volk dazu bewegt, die Rechte der Kirche einzuschränken versucht, keinesfalls nachzugeben.

Montefiascone, 1282 Juli 3.

Reg. Vat. 42, fol. 31v

Martinus etc. Dilectis filiis . . potestati, consilio et communi Cornetan.¹ salutem etc.

Nuper ex parte vestra dilecto filio camerario nostro² didicimus referente, quod dilectus filius nobilis vir Philippus de Lavena³ regius in Urbe vicarius apud ipsum Romano populo exclamante vobis per suas iniunxit litteras speciales, ut ad eum vestrum scindicum mitteretis
5 mandatis ipsius super nonnullis articulis pariturum;⁴ alioquin contra vos et terram vestram
hostiliter procedere procuraret, de quo tanto sumus vehementius admirati, quanto processus
huiusmodi minus rationabilis videretur ac in nostrum et apostolice sedis obprobrium et
iniuriam evidentius redundaret.

Unde, cum huiusmodi negotium nos et eandem ecclesiam non leviter contingere dinoscatur
10 vosque utpote nostros et sedis prelibare vassallos spetialis favoris gratia prosequamur,
memoratum vicarium per alias nostras sub certa forma litteras rogamus et hortamur attente
dantes nicholominus sibi in mandatis, ut ipse tamquam vir providus et discretus a talibus
omnino desistens processibus populi Romani motum huiusmodi studeat mitigare, vobis pro
15 nostra et apostolice sedis reverentia nullam molestiam inferat vel gravamen, vos etiam
quinpotius ecclesiam supradictam in vobis in aliquo non perturbet.

Quocirca universitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus,
quatinus iamdicto vicario super hiis, que in derogationem vel diminutionem iurium dicte sedis
redundare noscuntur, nequaquam obediatis in aliquo vel etiam intendatis.

Dat. apud Montemflasconem V. non. Iulli anno secundo.

¹ Corneto (jetzt Tarquinia); zum Konflikt zwischen Philipp von Lavena und Corneto vgl. Gregorovius, *Geschichte der Stadt Rom, II*, 506. - Nach Pflugk - Harttung, *Iter Italicum*, 556 ff. waren die Angriffe Roms auf Corneto Teil einer breiten Aufstandsbewegung gegen den Papst, wofür auch die Kontaktaufnahme Roms mit dem ebenfalls aufständischen Perugia spricht, ebd., 557 f.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

³ Filippo di Lavena, Familiar Karls I. von Anjou (vgl. Schadek, *Die Familiaren*, 331), 1264 Justitiar in der 'Terra di Lavoro', 1281 April 18 - 1281 Mai 16 Vikar Karls I. in Rom, dann wieder ab 1282 Juli 5, 1283 April 25 nicht mehr im Amt, vgl. Dupre-Theseider, *Roma*, 228 ff.

⁴ Filippo unterstützte damit den stadtrömischen Adel, gegen dessen Vorherrschaft Corneto sich im Sommer 1282 aufgelehnt hatte. Der Konflikt endete mit der erneuten Unterwerfung Cornetos ein halbes Jahr später, vgl. Dupre-Theseider, *Roma*, 229f.

153 (26,V)

Martin mahnt Philipp von Lavena, den königlichen Vikar in Rom, von Übergriffen auf die Stadt Corneto Abstand zu nehmen und die Bürger Roms, die diese fordern, zu beschwichtigen.

Außerdem teilt er ihm mit, dass die Einwohner Cornetos keine Lebensmittel mit Schiffen transportieren dürfen und dass er dagegen vorgeht.

(Montefiascone, 1282 Juli 3).

*Reg. Vat. 42, fol. 31v-32r
Siehe Nr. 152.*

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Phylippo de Laven. regio in Urbe vicario salutem etc.

Speramus firmiter et secunda fiducia ducimur, quod tu tanquam filius benedictionis et gratie erga nos et Romanam ecclesiam illius dilectionis geris affectum sicque nos et ipsam indefesse devotionis studio revereris, quod non solum nobis eiusdem ecclesie iura minuere vel in aliquo
5 usurpare aut illam turbare aliquatenus in eisdem, verum etiam predictam ecclesiam in ipsis sibi integre conservandis, si articulus necessitatis ingrueret, intendis adesse favoribus, consiliis et auxiliis oportunis.

Nuper, si quidem ex parte dilecti filli . . potestatis, consilii et communis Corneti,¹ quod, sicut non ignorare te credimus, ad ecclesiam ipsam pleno iure dinoscitur pertinere, fuit
10 propositum coram nobis, quod tu ad clamorem et instantiam Romanorum eis per tuas litteras iniunxisti, ut ad te ipsorum scindicum mitterent mandatis tuis super nonnullis articulis in preiudicium iurium predictorum eiusdem ecclesie redundantibus pariturum; alioquin contra
eos et terram ipsorum hostiliter procedere procurares, de quo tanto vehementius admiramur, quanto processus huiusmodi minus rationabilis videretur ac in nostrum et apostolice sede
15 obprobrium et iniuriam evidentius redundaret.

Cum itaque huiusmodi negotio nos et eandem ecclesiam non leviter contingere dinoscatur et Cornetan. potestates utpote nostros et sedis memorate vassallos specialis favoris gratia
prosequamur, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus tanquam vir providus et discretus a talibus omnino desistens ac
20 huiusmodi predictorum Romanorum motum per vias et modos, de quibus prudentia tua viderit expedire, sollicitate revocatis prefatis Cornetan. pro nostra et eidem sedi reverentia nullam molestiam inferas vel gravamen, aut illos quin potius dictam ecclesiam in eisdem vel in aliquo non perturbes sic prompte ac efficaciter in hac parte te dirigens, ut tue devotionis sinceritas, quam reperire credimus ad beneplacita nostra paratam, proinde clarius elucescat, nos, qui ad
25 ea, que consonent votis tuis, reddamus non inmerito promptiores nec cogamur super hiis aliud remedium adhibere.

Ceterum noscere te volumus, quod si Cornetan. iamdicti victualia per mare ad partes alias forsitan transmiserunt, propter quod, * sicut accepimus, iidem Romani murmurant contra eos, id procul dubio contra voluntatem nostram extitit attemptatum. Unde nos bonum et statum
30 Urbis paternis affectibus cupientes tam Cornetan. eisdem quam aliis illarum partium iurisdictioni nostre subiectis per dilectum filium nobilem virum Adam Forrerium rectorem Patrimonii beati Petri in Tuscia² olim mandavimus et nuper fecimus inhiberi districtius^a, ne per mare vel aliunde ad partes alias victualia quoquomodo transmittant. Et ecce dilectum filium . . latorem presentium ad te propter hoc specialiter destinamus, per quem super hiis de
35 voluntate nostra poteris plenius informari.

Dat. ut supra.

^a *Über der Zeile nachgetragen.*

¹ Corneto, Prov. Viterbo.

² Adam Fourrier, vgl. Nr. 11 Anm. 1.

154 (27,VI)

Martin befiehlt unter Androhung einer Strafe von zweitausend Silbermark sowie weiterer Strafen dem Podestà, dem Kapitan, dem Rat und der Gemeinde von Narni, die Belästigung der Dörfer Otricoli und Struncone, von denen sie zu Unrecht militärische Unterstützung verlangen, einzustellen.

Montefiascone, 1282 Juli 11.

Reg. Vat. 42, fol. 32r

Martinus etc.^a . . potestati, . . ^b capitaneo, consilio et communi Narnien.¹ spiritum consilii sanioris.

Ex parte dilectorum filiorum hominum castrorum Utriculi et Strunconis,² que sunt demanium Romane ecclesie speciale³, fuit nobis expositum, quod vos ad eorum gravamina,
5 immo potius nostram et ipsius ecclesie iniuriam aspirantes sub certa pena mandastis eisdem, ut certam quantitatem equitum ad servitium vestrum mitterent una cum aliis vestris equitibus, quos in subsidium Spoletan.⁴ mittitis in eorum exercitu moraturos.⁵ Hominibus quoque predicti castri Strunconis specialiter iniunxistis, ut se ad exercitum communiter prepararent una vobiscum contra rectorem Patrimonii, si contra castrum Carbii,⁶ quod est Romane
10 ecclesie speciale, prefatus capitaneus procedere in aliquo attemptaret, quod tanto gravius reputamus, quanto id perpendimus ex maiori presumptione vestra et omnino dampnabili provenire. Quare, cum id nec de consuetudine nec de iure vobis, prout iidem asserunt, facere teneantur, super hoc ad nostram providentiam recurrerunt, ut providere sibi in hac parte de oportuno remedio dignaremur.

15 Nos igitur nolentes nostros et ecclesie predicte vassallos iugo subici insolite servitutis, sed potius ipsos in quiete ac libertate solita confovere, universitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis sub pena duorum milium marcharum argenti firmiter precipiendo mandantes, quatinus huiusmodi mandatum vestrum sic inconsulte sic temerarie factum a vobis hominibus supradictis consultius revocantes eos super premissis nullatenus molestare vel impetere
20 presumatis.

Alioquin contra vos ad exactionem^c dicte pene, quam, si secus feceritis, ipso facto vos incurrere volumus, et alias spiritualiter et temporaliter acrius procedemus, prout qualitas facti exigerit^d et vestra protervitas duxerit promerendum.

Dat. apud Montemflascon. V. id. Iulii pontificatus nostri anno primo.

^a *Danach Dilectis filiis gestrichen.* ^b *Referenzpunkte über der Zeile nachgetragen.* ^c 'h' vor 'a' gestrichen. ^d *Über der Zeile nachgetragen.*

¹ Narni (Prov. Terni).

² Otricoli, Struncone, Prov. Terni.

³ Über den Begriff 'demanium' siehe Ermini, *Aspetti*, 5 ff.

⁴ Spoleto (Prov. Perugia).

⁵ Über die Versuche Narnis, Herrschaftsrechte über Struncone und Otricoli auszuüben, was auf den Widerstand der Päpste (Gregor IX., Urban IV.) stieß, vgl. Calpini, *La guerra*, 12 ff.

⁶ Calvi nell'Umbria.

155 (28, VII)

Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona, Giffrid von Anagni, alle Einkünfte der Mark dem Kaufmann und päpstlichen Gesandten Rainald Campana zu übergeben und das Übergebene schriftlich festhalten zu lassen.

Montefiascone, 1282 Juli 11.

Reg. Vat. 42, fol. 32r

Vgl. Jordan, De mercatoribus, 109

Martinus etc. Dilecto filio Giffredo capelano nostro auditori contradictarum Marchie Anconitan. rectori¹ salutem etc.

Cum, sicut accepimus, inter te ac Rainaldum Campana² socium mercatorum camere, qui est ad recolligendum proventus Marchie deputatus, super certis articulis questionis materia
5 suscitetur, nos volentes inter te et ipsum circa huiusmodi officium cuiuslibet occasione litigii
summovere volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus tu rector omnes et
singulos proventus, ex^a quacumque re vel causa in Marchia obvenerint, dicto Rainaldo vel alii
in eius officio deputando integre facias sine diminutione qualibet assignari et assignata
10 conscribi, ita quod tam per tuum quam ipsius thesaurii libros camere nostre de singulis
receptis et expensis prefate provincie plena et distincta ratio reddi possit.³

Dat. apud Montemflascon. V. id. Iulii pontificatus nostri anno secundo.

^a Davor qui zu ergänzen.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Raynaldus Campana, Mitglied der Florentiner Sozietät Thomas Spiliati und Hugo Spine, Thesaurar in der Mark Ancona 1282/83, vgl. Jordan, *De mercatoribus*, 109f.

³ Eine Aufstellung über die in der Mark Ancona an die Kirche zu zahlenden Abgaben aus der Zeit Giffrids von Anagni befindet sich im Vatikanischen Archiv und ist gedruckt bei Theiner, *Codex temporalis*, I, Nr. 428.

156 (29, VIII)

Martin befiehlt den Einwohnern der Stadt S. Leo, in ihren begonnenen Bemühungen um eine Annäherung an die Kirche fortzufahren und sichert ihnen dabei seine Unterstützung zu. Über alles Nähere wird sie der Überbringer des vorliegenden Schreibens, Hermann aus Orvieto, unterrichten.

Montefiascone, (1282) Juli 27.

Reg. Vat. 42, fol. 32r-v

Baluze, Miscellanea III, 410 - P 21921.

. . universis hominibus civitatis Sancti Leonis¹ nostris et ecclesie Romane fidelibus spiritum consilii sanioris.

Ab olim iniquitatis filius, pravitatis alumpnus Guido de Montefiltro², persecutor ecclesie manifestus, intentione malorum omnium instigante inter vos ac in partibus Romaniole tante discordie virus evomuit et rancoris materiam seminavit, ut ipsarum partium incole personarum et rerum multimodi pericula sustinentes ad prosperitatis statum reduci studiis

humanis non possent, nisi de promptuario pleno divine misericordie proveniret. Set omnipotens Dominus ex alto corda vestra prospiciens, que diu erroris caligine involuta fraudibus ac metu persecutoris eiusdem preconceptum affectum, quem ad Romanam habebatis ecclesiam, ad effectum perducere non audebant, in vobis ad ea, que recta sunt, agere spiritum salutaris^a consilii spiritum fortitudinis et vigoris sic misericorditer et mirifice inspiravit, ut in illius virtute, qui in fautorum fidelium manibus concludit, facile contumacem multitudinem superbiorum resumpte devotionis vestre ad nos et Romanam ecclesiam ministerio favente prefati persecutoris sequacibus, qui civitatem vestram, tamquam singularem et inexpugnabile receptaculum, vallarant congerie inpiorum in manu forti exclusis, vos et eam ad votivam unitatem et devotionem ecclesie reduxistis, de quo vestre circumspectionis vestre prudentiam in Domino merito edoniis * dignorum laudum attolimus, quanto id vestris desideriis exquisitum pro nostro ac aliorum fidelium ipsarum partium bono statu affectabamus desiderabilius provenire.

Cum igitur in hiis tamquam devotionis grate vestre studia nulla oblivione delenda sic in nostris et matris vestre ecclesie visceribus tenaciter sint impressa, ut, quecumque vestrum et vestre civitatis honorem et prosperum statum respiciant, intendimus ad requisitionem vestram efficaciter et favorabiliter promovere, universitatem vestram rogamus in Domino et hortamur vobis per apostolica scripta mandantes, quatinus in nostra et apostolice sedis benivolentia firmam spem et fiduciam obtinentes sic devotionis concepte studia per effectum operis arta ipsius civitatis perseverantiam in votis apostolicis de bono in melius solidandam indefessis animis continuare curetis ad id nostrum et apostolice sedis subsidium, sicut fuerit oportunitum, cum obtinenda fiducia requirentes, quod nos ex hoc in vobis potiora gaudia assequentes vestris et dicti loci profectibus reddamur in gratiarum munificentia promptiores.

Et ut efficacius advertatis, quam specialiter nobis cordi negotium insistat memoratum, ecce dilectum filium nobilem virum Hermannum civem Urbevetan.³ latorem presentium, de cuius fide ac probitate confidimus, propter hoc^b ad vos duximus destinandum, per quem de intentione nostra reddi poteritis certiores. Nec vestra miretur devotio, si presentibus bene non mittimus consuetam, cum nondum nobis constiterit vos a processibus et sententiis in dictum persecutoriem et eius complices ac loca et adherentia auctoritate apostolica promulgatos absolutionis beneficium obtinere.

Dat. apud Montemflascon. VI. kal. Augusti.

^a *Davor consilii gestrichen.*

^b *Über der Zeile.*

¹ San Leo, nordwestlich von Urbino.

² Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

³ Ermanno (1252 - 1297), Sohn des Cittadino, aus der Familie der Monaldeschi (?), (vgl. Stammtafel bei Waley, *Mediaeval Orvieto*, 152), Rektor *in temporalibus* 1288/89 in der Romagna, vgl. Waley, *Papal State*, 318.

157 (30, IX)

Martin befiehlt dem Kapitel der Kirche von Montefeltro, in seinem angefangenen Bemühen fortzufahren und die Einwohner der Stadt zur Kirche zurückzuführen.

(Montefiascone, 1282 Juli 27).

Reg. Vat. 42, fol. 32v

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 410 - Potthast 21920.

Martinus etc. Capitulo ecclesie Feretran.¹ spiritum consilii sanioris. Statu illarum partium et specialiter civitatis Feretran. guerrarum² discrimine fluctuante vos, sicut accepimus, ad devotionem sedis apostolice totis desideriis redeunt^a ac in ea intendentes persistere veluti fidei cultores inter alia, que honorem et profectum ecclesie Romane respiciunt, et fervore puritatis intime, quam ad nos et ipsam ecclesiam geritis, sollicite procuratis, quod incole civitatis eiusdem per devium longo decursu temporis oberrantes de dampnatione tirampnica liberentur et recognoscentes sue matris dulcedinem ad ecclesie predicte gremium reducantur ubertatem quietis et gratie percepturi.

Super quo sinceritatis vestre constanciam multipliciter in Domino commendandam in tabulis vestre memorie conscribentes devotionem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus opus huiusmodi laudabiliter inceptum cum omni cautela et diligentia efficaciter prosequentes sic universos et singulos civitatis^b eiusdem in laudibili et solido proposito ad prefatam ecclesiam de bono in melius dirigatis, quod in vobis et eis laudari valeat fructuoso fine principium et nos, qui vos et illos paternis intendimus promovere favoribus et benedictionibus confovere, vestra Deo et nobis accepta studia dulcius infra nostra precordia collocemus fructum prosperitatis et pacis nobis et vobis ac aliis ecclesie memorate fidelibus dante Domino productura.

Et ecce dilectum filium nobilem virum Hermannum civem Urbevetan.³ latorem presentium, de cuius fide ac probitate confidimus, illuc duximus destinandum, qui vos super hiis de intentione nostra poterit plenius informare. Nec vestra miretur etc.

Dat. ut supra.

^a Davor 'de' gestrichen. ^b Verschrieben für civitatis.

¹ Montefeltro (Bischofssitz S. Leo).

² Gemeint sind die Auseinandersetzungen mit Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm. 2.

³ Ermanno aus Orvieto, siehe Nr. 156 Anm. 3.

158 (30/2, X)

Martin teilt dem Vikar und dem Rektor in der Romagna, Guillaume Durand und Jean d'Eppe, mit, dass er ihnen Geld zur Zahlung der Soldes und anderer Ausgaben schickt und befiehlt ihnen, eine Zählung der Söldner und Pferde vorzunehmen, die sich in ihrem Heer befinden und das Ergebnis den Gesandten, dem Marschall Johannes und dem Kubikular Jacob Pocapalea, mitzuteilen.

Montefiascone, 1282 Juli 30.

Reg. Vat. 42, fol. 32v

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro vicario in spiritualibus et nobili viro Johanni de Epa rectori in temporalibus² provincie Romaniolae salutem etc.

Habentes cordi precipue prosecutionem negotii Romaniolae per dilectos filios fratres Jacobum Pocapaleam cubicularium³ nostrum et Johannem marescalcum familie nostre⁴ latores presentium certam vobis quantitatem pecunie presentialiter destinamus convertendam in solutionem stipendiorum et aliarum expensarum utilium negotii memorati.

Verum quia per eosdem certificari volumus de numero stipendiariorum personis et equis ac eorum conditionibus, quos inibi retinetis, ac aliis circumstantiis, quas viderunt indagandas,

10 devotioni vestre presentium tenore firmiter precipiendo mandamus, quatinus ad requisitionem
ipsorum qualibet occasione remota, prout voluerint, mensuram huiusmodi personarum et
equorum fideliter in campis vel alibi, ubi comodius videritis, insimul vel divisim fieri faciatis,
ita quod fraudi locus non pateat et nullum exinde gravamen vel dampnum camera nostra
15 incurrat iidemque super hiis instructi plenius, cum ad nos redierint, nobis plenam referre
valeant veritatem vestraque possit exinde diligentia merito commendari.

Dat. apud Montemflasconem II. kl. Augusti pontificatus nostri anno secundo.

¹ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

² Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

³ Jacobus de Pocapalea wird identisch sein mit dem unter Nikolaus III. erwähnten *cubicularius* frater Jacobus. Er ist als Kubikular noch unter Bonifaz VIII. belegt, vgl. Göring, *Die Beamten*, 59. Zum Amt des Kubikulars vgl. E. Göller, *Die Kubikulare im Dienste der päpstlichen Hofverwaltung vom 12.-15. Jh.*, in: Fs. Kehr (Hrsg. Brackmann), München 1926, 622 ff.

⁴ Vgl. Nr. 144 Anm. 2.

159 (30/3, XI)

Martin ersucht den Dogen, den Rat und die Gemeinde von Venedig dafür zu sorgen, dass der Transport von Lebensmitteln durch ihr Gebiet in die Romagna nicht behindert, sondern vielmehr begünstigt wird.

Montefiascone, 1282 Juli 28.

Reg. Vat. 42, fol. 32v-33r

Martinus etc. Dilectis filiis nobili viro . . . duci, consilio et communi Venetorum¹ salutem etc.

Meminimus nos olim vobis super deferendis victualibus fidelibus nostris in Romaniolam sub certa forma litteras apostolicas destinasse, super quibus, licet, prout rescripsistis tunc nobis per vestras speciales litteras, in exequendis votis apostolicis vos obtuleritis liberales, nullum tamen adhuc, prout sperabamus, * in premissis fructum vel commodum fideles earundem partium reportarunt, de quo tanto amplius ammiramus, quanto vos in talibus causa tam pia et necessaria requirente indubitabiliter credebamus circa id favorabilius et specialius a vobis oportunam opem et operam adhiberi.

Cum igitur, sicut accepimus, nonnulli ex vestris civibus morantes Ravenne et in certis aliis locis provincie supradicte multipliciter se opponant, quominus per mare et de Ravenna per aquam dulcem deferantur Faventiam^{a 2} victualia supradicta, quod preter vestram conscientiam credimus attemptari, universitatem vestram iterato efficacius requirimus et rogamus, quatinus circa premissa plenioris diligentie tribuentes affectum sic ordinare et procurare utiliter studeatis, quod tam mercatores vestri et cives quam alii undecumque volentes defere victualia supradicta per passus et loca vestre ditioni subiecta nec impediatur nec molestentur in aliquo, set potius fulti vestris auxilio et favore in hiis, que circa huiusmodi victualium missionem expediunt, oportunis presidiis foveantur^b, ita quod, quem^c speramus, super premissis apud vos fructum sedes apostolica assequatur et nichilominus devotionem vestram proinde condignis gratiarum actionibus prosequi valeamus.

Dat. apud Montemflascon. V. kal. aug. pontificatus nostri anno secundo.

^a Davor in zu ergänzen.

^b foveantur vor Korrektur.

^c Für quemadmodum.

¹ Venedig; Doge war Giovanni Dandolo, vgl. über ihn G. Rösch, *Dandolo, Giovanni*, DBI 32, 476 ff.

² Faenza.

160 (31, XII)

Martin versichert den genannten Kaufleuten, dass er sich an die Abmachungen, die sein Kämmerer Berard mit ihnen bezüglich der Aufnahme eines Kredites in Höhe von 25 000 Pfund Turnosen getroffen hat, halten wird.

Montefiascone, 1282 August 2.

Reg. Vat. 42, fol. 33r - Davidsohn, Geschichte, II, S. 233

Martinus etc. Franketo Rimbertyni,¹ Maineto Rainaldi² et Symoni Rote³ civibus et mercatoribus^a Florentin. salutem etc.

Cum dilectus filius Berardus camerarius noster⁴ a vobis vestro et dilectorum filiorum Uberti et Guelfi Rainaldi Jacobi⁵ et Francisci Runbertini,⁶ Ammannati et Ademarii Rote,⁷
5 Bonisigne Bonacursi,⁸ Rogerii Uberti⁹ et Runbertini Jacobi¹⁰ civium et mercatorum
Florentinorum ac omnium aliorum sociorum vestrorum nomine de vestra et ipsorum sociorum
peccunia mutuantibus vigintiquinque milia librarum Turonen. de mandato nostro facto sibi
oraculo vive vocis receperit nomine mutui certis vobis vel eis locis ac termino persolvenda ac
usque ad predictam summam vobis et eisdem sociis bona Romane ecclesie ac nostre camere
10 propterea obligarit, prout in instrumento publico^b per manus magistri Pauli de Reate¹¹ predicte
camere notarii inde confecto plenius continetur, nos, quod ab eodem camerario factum est, in
hac parte ratum et gratum habentes illud volumus firmiter observari.

Dat. apud Montemflascon. IIII. non. Augusti pontificatus nostri anno secundo.

^a Daneben am Rand de mutuis.

^b Verschrieben für publico.

¹ Vgl. Nr. 92.

² Mitglied der Sozietät 'Pulices und Rimbertyni', zuerst 1278 im Dienst der Kurie, vgl. Jordan, a.a.O., 109.

³ Mitglied der Sozietät 'Pulices und Rimbertyni', sonst nicht belegt.

⁴ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

⁵ Mitglieder der 'Pulices und Rimbertyni', möglicherweise schon unter Urban IV. belegt.

⁶ Franciscus Rimbertyni, Sozios der gleichnamigen Handelsgesellschaft, möglicherweise schon unter Urban IV. erwähnt.

⁷ Sonst nicht erwähnt.

⁸ Benisigne Bonacursi, sonst nicht belegt.

⁹ Noch 1288 als Prokurator erwähnt, vgl. Jordan, a.a.O., 135.

¹⁰ Rimbertynus Jacobi, sonst nicht erwähnt.

¹¹ Paulus von Rieti, 1278 – 1289 belegt, siehe über ihn Einleitung XXXVIII.

161 (32,XIII)

Martin warnt unter Androhung der Exkommunikation und anderer Strafen, den Podestà, den Rat und die Gemeinde von Segni ohne päpstliche Erlaubnis keine Bündnisse und Verträge, welcher Art auch immer, mit benachbarten Adligen zum Schaden der Kirche zu schließen.

Montefiascone, 1282 August 6.

Reg. Vat. 42, fol. 33r

Martinus etc. . . potestati, consilio et communi Signin.¹

Ad audientiam nostram pervenit, quod nonnulla pacta, confederationes^a seu colligationes cum aliquibus nobiles ipsarum partium convicinis vestris inire intenditis, que honori et iuribus ecclesie plurimum derogarent vobisque ac toti provincie turbationis et scandali possent materiam suscitare.

5

Cum igitur hec et similia nolimus clausis oculis preterire, universitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis sub excommunicationis et alia spirituali et temporali pena ad nostrum beneplacitum infligenda per apostolica scripta firmiter precipiendo mandantes, quatinus^b nulla pacta, colligationes, confederationes seu quemvis contractum alium, cuiuscumque tenoris seu conditionis existant, cum aliquibus nobiles seu quibuscumque aliis sine nostra et apostolice sedis licentia in preiudicium iurium Romane ecclesie contrahere seu inire aliquatenus presumatis.

10

Nos enim, si secus feceritis, id exnunc irritum decernimus et inane nichilominus expedire viderimus contra vos spiritualiter et temporaliter acriter processuri.

15

Dat. apud Montemflasconem VIII. idus Augusti pontificatus nostri anno secundo.

^a *Daneben am Rand xv. Aug. ista littera fuit tradita Landulfo cursori representanda et portanda per mandatum (?) potestati, consilio et communi predictis (siehe Einleitung).* ^b *Über der Zeile nachgetragen.*

¹ Segni (Prov. Rom), vgl. Silvestrelli, *Città*, I, 160 ff.

162 (33,XIV)

Martin befiehlt dem Rektor der Campagna und der Marittima, Andrea Spiliati, dem Dorf Vico in der Nähe Alatris, das Übergriffen von Einwohnern der Stadt ausgesetzt ist, Beistand zu leisten und dafür zu sorgen, dass die Angriffe unterbleiben und die Schäden ersetzt werden. Falls die Bewohner Alatris gegenüber Vico irgendwelche Rechte beanspruchen, sollen sie diese gegenüber Papst oder Rektor geltend machen.

Montefiascone, 1282 August 15.

Reg. Vat. 42, fol. 33r

Silvestrelli, Città, I, 68.

Martinus etc. Dilecto filio Andree Spiliati capellano nostro Campanie Maritimeque rectori¹ salutem etc.

Ex parte dilectorum filiorum hominum castris Vici² Alatrini. diocesis nostrorum et ecclesie Romane fidelium cum querela fuit nobis expositum, quod homines civitatis Alatrini.³ ad nos et eandem ecclesiam devotionem debitam non habentes, set potius spiritu nequitiæ concitati ad castrum ipsum armata manu accedere, quedam inibi molendina destruere ac alias dampna gravia et iniurias irrogare ausu temerario presumpserunt comminando per se suosque sequaces ad depopulationem bonorum ipsius castris cum hostili exercitu se gravius processuros.

Cum igitur tante temeritatis excessus nolimus, sicut etiam nec debemus, clausis oculis preterire, volumus et presentium tibi tenore precipiendo mandamus, quatinus eisdem fidelibus oportuni favoris assistens presidio et ad cohibendum tantam insolentiam eorundem hominum de Alatro magnaminiter et prudenter intendens ipsos et sequaces eorum, ut ab huiusmodi iniuriis et molestiis desistant omnino et de illatis plenam et debitam satisfactionem tam eisdem hominibus de Vico quam nobis et ecclesie Romane impendant, sic arriter spiritualiter et temporaliter tradita tibi potestate cognita veritate compellas, quod pena docente doleant se talia commississe ac ceteri metu pene a similibus arceantur.⁴

Ceterum, si iidem Alatrini adversus homines dicti castris aliquod ius habere contendant, volumus, ut coram te vel nobis, si maluerint, complementum iustitiæ assequantur.

Dat. apud Montemflasconem XVIII. kal. Septembris pontificatus nostri anno secundo.

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Vico, Prov. Frosinone; vgl. zum Konflikt zwischen Vico und Alatri Falco, *I communi della Campagna e Marittima*, ASRSP 47 (1924), S. 183.

³ Alatri, Prov. Frosinone.

⁴ Dieser Befehl scheint ohne Folgen geblieben zu sein, denn Martin IV. musste ihn 1283 Juni 5 wiederholen, siehe unten Nr. 277.

163 (34,XV)

Martin befiehlt dem Bischof von Reggio-Emilia, den früheren Richter in der Mark Ancona, Hugolinus, aufzufordern und wenn nötig, unter Zuhilfenahme der weltlichen Gewalt dazu zwingen, sich zur Kurie zu begeben, damit er innerhalb von 15 Tagen nach seiner Vorladung Rechenschaft über seine frühere Tätigkeit ablegt.

Montefiascone, 1282 August 13.

Reg. Vat. 42, f. 33r-33v

Martinus etc. Venerabilil fratri . . episcopo Regini.¹ salutem etc.

Pridem dilecto filio nobili viro Amelio de^a Angoto² tunc Marchie Anconitan. rectori per litteras nostras sub certa forma mandavimus³, ut ipse ac officiales sui, qui una cum eo tempore sui regiminis inibi gesserunt officia, comparerent personaliter coram nobis de commissa eis vilicatione, prout consuetum^b est, reddituri nostre camere rationem. Et licet * idem nobilis et nonnulli ex dictis officialibus propter hoc comparuerunt coram nobis, tamen Hugolinus⁴ de Regio iudex, qui in dicta provincia exercuit officium iudicatus non sine fraudis nota, latenter recessit nulla reddita ratione, quamquam sibi et aliis supradictis, prout eodem Amelio referente accepimus, ipse nobilis specialiter mandaverit et expresse, ut ad presentiam nostram accederent reddituri huiusmodi rationem.

Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem Hugolinum ex parte nostra peremptorie citare procures, ut infra quindecim dies post citationem tuam compareat personaliter coram nobis rationem huiusmodi, sicut premititur, redditurus.

15 Quod si forte venire contempserit, tu, cum ad id per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellere non postponas invocato nichilominus ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Diem vero citationis et quicquid feceris in premissis per tuas litteras harum seriem continentes nobis studeas fideliter intimare.

Dat. apud Montemflasconem id. Augusti pontificatus anno secundo.

^a *Daneben am Rand* hec assignata fuit amabili cursori, quod deferat et representet et referat diem, quo ipsas assignaverat domino episcopo Regin. ^b *Zwischen 'e' und 't' ein Loch.*

¹ Guilelmus de Foliano, 1252 - 1283 Bischof von Reggio-Emilia, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 417.

² Amiel d'Agoult di Courban, vgl. Nr. 5 Anm. 1.

³ Vgl. Nr. 129.

⁴ Nicht identifiziert, aber er stammte wohl aus Reggio, weshalb der dortige Bischof zuständig war.

164 (35,XVI)

Martin ersucht den Podestà, den Rat und die Kommune von Pisa, dem Boten des Bischofs B(artholomäus) von Grossetto eine Galeere zur Verfügung zur stellen, da dieser Verhandlungen mit König (Peter) von Aragon führen soll.

Montefiascone, 1282 August 14.

Reg. Vat. 42, fol. 33v

Martinus etc. Dilectis filiis . . potestati, consilio et communi Pisan.¹ salutem etc.

Cum intendamus venerabilem fratrem nostrum B. Grossetan.² episcopum ad carissimum in Christo filium nostrum . . regem Aragon.³ illustrem pro quibusdam magnis et arduis negotiis⁴ celeriter exequendis evestigio destinare, universitatem vestram, de qua inter alios ecclesie
5 Romane devotos plene confidimus, rogamus et hortamur attente, quatinus in hac parte pro nostris beneplacitis adimplementis promptitudinis vestre studium ostendentes aliquam galeam bene munitam et securam latori presentium nuntio ipsius episcopi assignari pro eundo, morando et redeundo liberaliter et celeriter faciatis, ita quod idem episcopus, qui ad civitatem
10 vestram pro eodem negotio in proximo est venturus, galeam huiusmodi paratam inveniat, ut, quod per nos eidem episcopo est commissum, vestre devotionis mediante auxilio possit absque^a dilationis obstaculo adimplere et per hoc devotionis vestre sinceritas clarius elucescat et possitis exinde de prompta gratitudine merito commendari ac ut de vestris actibus, quos vobis confidimus placituros, certiolem notitiam habeamus, quod super hiis feceritis, nobis per vestras litteras rescribatis.

15 Dat. apud Montemflascon XIV. kl. Septembris pontificatus nostri anno secundo.

^a *Über der Zeile nachgetragen.*

¹ Pisa; 1282 wird Ronald von Brunforte als Podestà genannt, vgl. über die Rolle Pisas in den Mächtebeziehungen im Mittelerraum 1281/82 Wieruszowski, *Zur Vorgeschichte der sizilischen Vesper*, QFIAB 52 (1972), 797-814.

² Bartholomeo (de Amelia), OFM, vgl. Nr. 141.

³ Peter III. von Aragon, König 1276 - 85.

⁴ Gemeint ist ein Kreuzzug, den Peter von Aragon predigen lassen wollte. In einem bei Potthast (Nr. 21877) wiedergegebenen Brief teilt Martin dem König mit, dass er Bischof Bartholomäus mit Anweisungen in dieser Sache geschickt habe und fordert ihn auf, diesen angemessen zu empfangen.

165 (36,XVII)

Martin befiehlt dem Rektor der Massa Trabaria, Giffrid von Anagni, den Grafen von Romena, der unrechtmäßigerweise das Dorf Silvapiana unter seine Herrschaft gebracht hat, zu zwingen, das Dorf wieder herauszugeben und die Herrschaft des Rektors dort und anderswo nicht zu beeinträchtigen.

Montefiascone, 1282 August 18.

Reg. Vat. 42, fol. 33v

Martinus etc. Dilecto filio Giffrido de Anagnia auditori contradictarum capellano nostro Masse Trabarie rectori¹ salutem etc.

Cum, sicut accepimus, nobilis vir . . . comes Romene² in alienam messem manus predonicas mittere non expavens castrum, quod dicitur^a Silva Plana,³ cuius proprietas et dominium sicut
5 in aliis castris Masse Trabarie ad Romanam ecclesiam pertinet pleno iure, hostiliter invadere et occupare presumpserit illudque detineat occupatum non sine nostra et ipsius Romane ecclesie manifesta iniuria et contemptu, nos nolentes id, sicut etiam nec debemus, clausis oculis preterire volumus et presentium tibi tenore precipiendo mandamus, quatinus eundem
10 nobilem ex parte nostra per te vel alium moneas^b et inducas, ut castrum ipsum tibi sine qualibet dilatione restituat et dimittat in illo et aliis castris prefate Masse nullam tibi molestiam vel iniuriam illaturus, quominus commissum tibi regimen ibidem libere valeas exercere.

Alioquin contra eum et alios, qui similia presumerent, spiritualiter et temporaliter sic acriter auctoritate nostra procedas, quod de commissis doleant et a similibus abstineant
15 reverenter tuaque circumscriptio proinde merito valeat commendari.

Dat. apud Montemflascon. XV. kl. Septembris pontificatus nostri anno secundo.

^a Danach 's' gestrichen. ^b Davor vel gestrichen.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Aghinolfo (II.), vgl. Nr. 62 Anm. 4.

³ Selvapiana (Diözese Spoleto), Umbrien.

166 (37,XVIII)

Martin befiehlt dem Rektor der Romagna, Jean d'Eppe, den Rektor der Massa Trabaria, Giffrid von Anagni, bei der Ausübung seiner Herrschaft in dem ihm unterstehenden Ort S. Agathe und dem dazugehörigen Umland nicht zu behindern und versichert ihn der Unterstützung Giffrids und seiner Untertanen im Kampf mit Guido von Montefeltro.

(Montefiascone, 1282 August 18).

Reg. Vat. 42, fol. 33v

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Johanni de Epa¹ rectori provincie Romaniolle salutem etc.

Cum castrum Sancte Agathes² ac castra, ville et loca pertinentiarum et districtus ipsius cum omnibus curtibus et iuribus suis olim fuerant Masse Trabarie apostolica auctoritate unita et sub ditione ac dominio rectorum eiusdem Masse Trabarie³, qui pro tempore fuerunt inibi per sedem apostolicam deputati, extiterint et existant, volumus et presentium tibi tenore firmiter precipiendo mandamus, quatinus dilectum filium Giffredum de Anagnia⁴ auditorem contradictarum capellanum nostrum rectorem Masse Trabarie supradicte super iurisdictione seu rectoria dictorum castrorum in aliquo non impetas nec molestes, sed potius, si opus fuerit, ad requisitionem eius sibi exhibeas auxilium, consilium et favorem. Nos enim eidem rectori per nostras litteras speciales mandamus,⁵ ut homines eorundem locorum, si quos invenerit Guidoni de Montefiltro⁶ et eius complicibus adherentes quomodolibet vel faventes, temporali et spirituali pena, prout viderit expedire, sic acriter puniat et castiget, quod alii metu pene ipsorum similia non presumant, faciens nichilominus tibi et genti tue ac aliis fidelibus ecclesie partium earundem, cum fuerit oportuna, per eosdem homines sue ditioni subiectos exhiberi auxilium et favorem, ita quod inter ipsum et te affectu mutue sinceritatis vigente tu et ipse commissum vobis regimen utilius^a exequi valeatis.

Dat. ut supra.

^a *Unter der Zeile für ein anderes Wort einkorrigiert.*

¹ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

² S. Agata Feltria.

³ Zur Massa Trabaria vgl. Waley, *Papal State*, 93.

⁴ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

⁵ Siehe unten Nr. 181.

⁶ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm. 3.

(38)

Brief gleichlautenden Inhalts an den Rektor der Massa Trabaria.

In eundem modum eidem rectori Masse mutatis mutandis usque favorem.

Nos autem volumus et presentium tibi tenore mandamus etc. ut supra verbis competenter mutatis. *

167 (39)

Martin fordert den Podestà, den Kapitan, den Rat und die Gemeinde von Narni unter Androhung von Exkommunikation und Interdikt sowie einer Geldstrafe von dreitausend Silbermark auf, die Angriffe auf Bürger des Dorfes Struncone oder deren Besitz zu unterlassen.

(Montefiascone), 1282 August 25.

Reg. Vat. 42, fol. 34r

Martinus etc. . . potestati, capitaneo, consilio et communi Narnien.¹ spiritum consilii sanioris. Pridem per speciales nuntium et litteras sub certis penis vobis duximus iniungendum², ut fideles nostros homines castri Stronconis³, quod est speciale ecclesie Romane demanium, in personis vel rebus offendere non presumeretis nec etiam impugnare, set, sicut audivimus, penis et preceptis nostris penitus vilipensis tamquam erroris caligine

involuti non intenditis a pravis cogitationibus respicere, set potius illas ad cumulum dampnationis vestre detestabiliter ducere ad affectum dictis hominibus per cavalcatas et hostilem exercitum comminamini vos gravius processurus non sine nostra et Romane ecclesie manifesta iniuria et contemptu.⁴

10 Unde, cum talia vehementer votis nostris displiceant nec intendamus ea clausis oculis aliquatenus preterire, universitati vestre sub excommunicationis, interdicti ac trium milium marcarum argenti necnon privationis omnium privilegiorum et gratiarum, que a Romana obtinetis ecclesia, penis, quas scilicet excommunicationis vos potestas, capitaneae ac singuli de consilio, interdicti vero, trium milium marcarum et privationis civitatem vestram et vos
15 commune ipso facto incurrere volumus, si contra feceritis, per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus eosdem homines seu castrum eorum in personis vel bonis per exercitum vel cavalcata[m] seu qualitercumque per vos vel per alios offendere vel impugnare nullatenus presumatis. Nos enim, si secus feceritis, predictas penas vos tamquam rebelles et inobedientes ecclesie decernimus incurrisse ad exactionem predictae pene
20 pecuniarie ac alias acrius spiritualiter ac temporaliter, prout expedire viderimus, contra vos nichilominus processuri. Et, ut efficacius avertatis^a, quantum nobis cordi sit negotium memoratum, ecce dilectum filium Pandulfum de Subura,⁵ capellanum nostrum, latorem presentium, ^bde cuius probitate confidimus, ad vos propter hoc specialiter destinamus, qui circa premissa vobis plenius exprimet intentionem nostram.

25 Dat. ut supra, VIII. kalendis Septembris pontificatus nostri anno secundo.^a

^a Für advertatis.

^{b-b} Am Rand nachgetragen.

¹ Narni (Prov. Terni).

² Brief von 1282 Juli 7, siehe oben Nr. 154.

³ Stroncone (bei Terni).

⁴ Vgl. über die Auseinandersetzungen zwischen Narni und dem strategisch günstig gelegenen Stroncone Calpini, *La guerra*, 12 ff.

⁵ Pandulfus de Subura, unter Nikolaus III. als *capellan* belegt (vgl. Baethgen, *Päpstliche Hof- und Finanzverwaltung*, 195), 1282 als Archidiakon in Tripoli di Fenicia (Olivier - Martin, *Les registres*, 118), 1286 als *electus* in Patti (Suffr. von Messina) (Prou, *Les registres*, 727), unter Honorius IV. als Prüfer von Notaren (vgl. Battelli, *L'esame di idoneità*, 262).

168 (40,XX)

Martin befiehlt Andrea Spiliati, dem Rektor der Campagna und der Marittima, die Kleriker Nikolaus und Conio Favinelli, die der Bischof von Sora Raubüberfälle und Morde bezichtigt, gefangenzunehmen und einzukerkern.

Montefiascone, 1282 August 24.

Reg. Vat. 42, fol. 34r

Martinus etc. Dilecto filio Andree Spiliati¹ capellano nostro Campanie Marittimeque rectori salutem etc.

5 Exposuit nobis venerabilis frater noster . . . episcopus Soran.², quod ipse olim Nicolaum Favinelli presbyterum et Conio fratrem eius³ clericum Soran. diocesis propter homicidia, latrocinia et alios diversos excessus commissos ab eis beneficiis ecclesiasticis, que in sua
diocesi obtinebant, iustitia mediante privavit et deputavit eos sententialiter perpetuo carceri Romane ecclesie ad penitentiam peragendam, verum ipsi peiora prioribus committentes circa

confinia regni latrocinia et alia multa mala dicuntur committere, que Deum offendunt et homines scandalizant se in diversis locis Campanie receptando.

10 Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si premissa inveneris ita esse, prefatos presbyterum et clericum capias mancipandos in aliquo carcere de arcibus Campanie, de qua expedire videris ad peragendam penitentiam de commissis.

Dat. apud Montemflascon. VIII. kl. Septembris pontificatus nostri anno secundo.

¹ Vgl. zu ihm Nr. 94 Anm. 1.

² Andrea Rainaldi bzw. Rainerii, Kanoniker in Rieti, Kaplan Jakobs Savelli, des späteren Papstes Honorius IV., Bischof in Sora (Prov. Frosinone) 1279 - 1286, dann Bischof in Rieti 1286 - 1292, vgl. R. Brentano, *Who was Bishop Andrea of Rieti (1286-1292)*, *Il territorio* 5 (1989), 85 - 90.

³ Nicht identifiziert.

169 (41,XXI)

Martin befiehlt den Podestà, den Räten und den Kommunen von Terni und Rieti auf Anweisung des Rektors des Komitats Sabina dem Dorf Stroncone gegen die Angriffe der Bewohner Narnis beizustehen.

Montefiascone, 1282 August 25.

Reg. Vat. 42, fol. 34r

Martinus etc. Dilectis filiis . . potestati, consilio et communi Interampnen.¹ salutem etc.

Pridem per speciales nuntium et litteras sub certis penis . . potestati, capitaneo, consilio et communi Narnien.² duximus iniungendum,³ ut fideles nostros homines castri Stronconis,⁴ quod est speciale ecclesie Romane demanium, in personis vel rebus offendere non presumerent nec etiam impugnare. Set ipsi, sicut audivimus, penis et preceptis nostris huiusmodi penitus vilipensis tamquam erroris caligine involuti non intendunt a pravis ipsorum cogitationibus respicere, set potius illas ad sue dampnationis cumulum detestabiliter ducere ad effectum per cavalcatas et hostilem exercitum contra eosdem homines castri Stronconis comminantes se gravius processuros non sine nostra et Romane ecclesie manifesta iniuria et contemptu.

10 Unde, cum talia vehementer obvient votis nostris, nec ea^a intendamus clausis oculis aliquatenus preterire, universitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis sub debito fidelitatis, quo nobis et ecclesie Romane tenemini, per apostolica scripta mandantes, quatinus ad reprimendam insolentiam eorum de Narnien. ad requisitionem dilecti filii nobili viri . . rectoris comitatus Sabinie⁵ prefatis hominibus de Stroncone prebeatis auxilium, consilium et favorem, ita quod devotionem vestram^b exinde possimus in Domino merito commendare.

Dat. apud Montemflascon. VIII kl. Septembris pontificatus nostri anno secundo.

In eundem modum. . . potestati, consilio et communi Reatin.⁶

^a Über der Zeile nachgetragen.

^b Über der Zeile nachgetragen.

¹ Terni.

² Narni (Prov. Terni).

³ Vgl. zu den Auseinandersetzungen zwischen Narni und Stroncone Nr. 154 bzw. Nr. 163.

⁴ Stroncone, Prov. Terni.

⁵ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1. Die Region Sabina war keine eigenständige Provinz, sondern wurde in der Regel von dem Rektor der Campagna Marittima mitverwaltet, vgl. Waley, *Papal State*, 92f.

⁶ Rieti.

170 (42,XXII)

Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona, Giffrid von Anagni, die von einzelnen Orten unrechtmäßig gewählten Podestà oder Rektoren aus ihren Ämtern zu entfernen und durch geeignete Kandidaten zu ersetzen.

Montefiascone, 1282 September 9.

Reg. Vat. 42, fol. 34r

Martinus etc. Dilecto filio Giffredo de Anagnia¹ auditori contradictarum cappellano nostro Marchie Anconitan. rectori salutem etc.

Nuper ex parte tua nobis extitit intimatum, quod licet hominibus nonnullorum castrorum, communitatum et locorum Marchie Anconitan., in quibus rectores predecessores tui, qui fuerunt pro tempore inibi per Romanam ecclesiam deputati, consueverunt ponere potestates, inhibendum duxeris ac etiam iniungendum, ut ad electionem vel assumptionem potestatum ipsorum nullatenus procedere attemptarent, cum in eisdem locis, prout consuetum est, intendas de huiusmodi potestatibus seu rectoribus providere, tamen iidem homines intendentes non sine derogatione iurium Romane ecclesie ac iurisdictionis tibi commisse preiudicio usurpare sibi auctoritatem potestates huiusmodi eligendi alios in eorum rectores eligere presumpserunt et, ne per provisionem tuam recipiant aliquos, dicuntur ad sedem apostolicam appellasse.

Cum itaque nos, qui sumus aliis in iustitia debitores, non deceat iura nostra et eiusdem ecclesie Romane negligere, set potius conservare, volumus et presentium tibi tenere mandamus, quatinus non obstantibus aliquibus electionibus per eosdem homines factis et appellationibus occasione huiusmodi interiectis, quas frivolas reputamus, in singulis locis, in quibus ad te huiusmodi potestatum spectat provisio, eos instituas et preficias, prout videris expedire, amotis omnibus penitus et exclusis, qui ad eorundem locorum regimen aliter electi^a fuerunt vel assumpti, super hoc aliquibus personis, cuiuscumque status seu conditionis existant, universitati vel loco, minime deferendo. Contradictores autem, si qui extiterint, vel rebelles spiritualiter et temporaliter potestate tibi tradita remota appellatione compescas, prout putaveris esse iustum. Ceterum quia pro parte predictarum universitatum cum querela fuit expositum coram nobis, quod ad eorum regimina electi per rectores Marchie, qui pro tempore extiterunt, fuerunt persone minus idonee deputate, propter quod eedem universitates in personis et rebus quamplurima pericula sunt perpesse, volumus et districte tibi precipiendo mandamus, ut personas sic idoneas sic fideles ad eorum regimen studeas deputare, quod per ipsas in statu pacifico et plena iustitia, tamquam filii et devoti ecclesie, gubernetur nec propter hoc supersit eis iusta materia conquerendi.

Dat. apud Montemflascon. V. idus Septembris pontificatus nostri anno secundo. *

^a *Davor 'eor' gestrichen.*

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

171 (43, XXIII)

Martin ernennt Guillaume Jolys, Kanoniker der Kirche von Andilly und päpstlichen Familiar, zum päpstlichen Prokurator und stattet ihn mit den entsprechenden Vollmachten aus.

Montefiascone, 1282 September 17.

Reg. Vat. 42, fol. 34v

Martinus etc. Dilecto filio Guillelmo dicto Jolis canonico ecclesie Andeliacen.¹ Rothomagen. diocesis clerico et familiari^a nostro salutem etc.

De fidelitate ac industria tua plenam in Domino fiduciam obtinentes te nostrum et ecclesie Romane yconomum, procuratorem sive actorem^b constituimus in omnibus causis contra nos,
5 dictam ecclesiam seu rectores aut officiales terrarum ipsius ecclesie necnon et processus eorum ac pro nobis et omnibus supradictis coram quibuslibet iudicibus seu auditoribus a nobis super hiis specialiter seu generaliter deputatis aut imposterum deputandis a quibuscumque personis motis atque movendis, ut in premissis de nostro speciali mandato agendi, defendendi, excipiendi, replicandi, litem contestandi, ponendi, respondendi, beneficium restitutionis in
10 integrum petendi ac faciendi cetera, que verus et legitimus procurator, yconomus sive actor facere deberet et posset, plenam habeas potestatem et substituendi alium vel alios procuratores et ad omnia et singula supradicta, in quibus omnibus supradictis substituti similem habeant potestatem, et revocandi eosdem ac loco ipsorum alios subrogandi, quotiens oportunum fuerit seu videris expedire, ratum habituri et firmum, quicquid circa predicta et quodlibet
15 predictorum per te vel substitutum seu substitutos a te factum extiterit vel etiam procuratum.

Dat. apud Montemflascon. XV. kl. Octobris pontificatus nostri anno secundo.

^a 'i' vor 'l' über der Zeile nachgetragen. ^b auctorem vor Korrektur.

¹ Guillaume Jolys aus Andille, Diözese Rouen (Dep. Vienne), nicht näher identifiziert.

172 (44, XXIV)

*Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Kommune von Spoleto unter Androhung der Exkommunikation, der der Podestà, der Kapitan und einige Ratsmitglieder anheimfallen sollen, sowie des Interdikts und einer Geldstrafe von viertausend Silbermark, die der Stadt
5 auferlegt werden sollen, alle Angriffe und Belästigungen gegenüber den Einwohnern des Dorfes Meval, die Vasallen der Herren von Alivano bzw. der Orte Norcia und Cerreto sind, zu unterlassen. Etwaige Rechtsansprüche diesen gegenüber können sie vor der Kurie geltend machen.*

Montefiascone, 1282 September 14.

10 *Reg. Vat. 42, fol. 34v*

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 411 - Potthast 21928.

Martinus etc. . . potestati, consilio et communi Spoletan.¹ spiritum consilii sanioris.

Gravem dilectorum filiorum nobilium virorum dominorum^a castri Alivani² et universitatum Nursie³ et Cerreti⁴ nostrorum et ecclesie Romane fidelium querelam recepimus continentem, quod vos spiritu nequitiie concitati homines castri Mevalis⁵ vassallos ipsorum nobilium ac universitates easdem hostiliter persequentes per depopulationem, cavalcatas, captionem hominum et depredationem rerum ipsorum intolerabilia dampna, molestias et iniurias irrogastis eisdem nec hiis contenti comminani^b adhuc procedere gravius contra eos.

Unde, cum tales excessus in nostram et ecclesie gravem iniuriam redundare noscantur nec illos velimus, sicut etiam nec debemus, equanimiter tolerare, maxime cum iidem nobiles et universitates paratos se offerant super omnibus, de quibus contra ipsos vobis querela competeret, coram nobis de iustitia respondere, universitati vestre sub excommunicationis et interdicti ac quatuor milium marcharum argenti penis, quas scilicet excommunicationis, vos potestas et capitaneae ac singuli de consilio, interdicti vero ac quatuor milium marcharum penas civitatem vestram ac commune Spoletan., si contra feceritis, eo ipso incurrere volumus per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus ab eorundem nobilium, vassallorum et universitatum predictarum molestiis et gravaminibus desistentes omnino ipsos decetero in personis vel bonis eorum per exercitum, cavalcata vel alias quomodolibet impugnare vel offendere nullatenus presumatis.

Alioquin contra vos ad exactionem dicte pene peccuniarie ac alias spiritualiter et temporaliter, prout expedire viderimus, procedemus.

Si vero aliquod ius habere creditis contra nobiles et universitates predictos vel eorum aliquos, illud poteritis nobis exponere, nosque faciemus super hoc vobis iustitie plenitudinem exhiberi.

Dat. apud Montemflascon. XLIII. kl. Octobris pontificatus nostri anno secundo.

^a Über der Zeile nachgetragen. ^b für comminamini.

¹ Spoleto (Prov. Perugia).

² Alivano, Prov. Perugia.

³ Norcia, Prov. Perugia.

⁴ Cerreto di Spoleto, Prov. Perugia.

⁵ Meval, Prov. Perugia.

173 (45,XXV)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Kommune von Monte San Martino unter Androhung einer Strafe von eintausend Silbermark, die Übergriffe auf das Dorf Meval zu unterlassen, die gefangengenommenen Bürger desselben wieder freizulassen sowie Spoleto die Unterstützung in dieser Sache aufzukündigen. Etwaige Rechte gegenüber den Herren von Meval können sie an der Kurie geltend machen.

(Montefiascone, 1282 September 14).

Reg. Vat. 42, fol. 34v

Vgl. zu den Namen 172.

Martinus etc. Dilectis filiis . . potestati, consilio et communi Montis sancti Martini¹ salutem etc.

Gravem dilectorum filiorum nobilium virorum dominorum castri Alivani et universitatum Nursie ac Cerreti nostrorum ac ecclesie Romane fidelium querelam recepimus continentem,

5 quod . . potestas, . . capitaneus, consilium et commune Spoletan.² spiritu nequitiæ concitati
homines castri Mevalis vassallos ipsorum nobilium una vobiscum multipliciter persequentes
eis dampna gravia intulerunt vosque nonnullos homines et mulieres dicti castri Mevalis ac
aliquos homines dicte universitatis Nursie cepistis et detinetis carceri mancipatos aliasque vos
et ipsi Spoletan. prefatis universitatibus in personis et bonis eorum dampna gravia irrogastis^a
10 adhuc eis graviora inferre nichilominus comminando. Unde, cum tales excessus in nostram et
eiusdem ecclesie gravem iniuriam redundare noscantur nec illos velimus, sicut etiam nec
debemus, equanimiter tolerare, maxime cum iidem nobiles et universitates paratos se offerant
super omnibus, de quibus contra ipsos eisdem Spoletan. et vobis querela competeret, coram
nobis de iustitia respondere, prefatis Spoletan. sub certis penis nostris damus litteris in
15 preceptis, ut prefatos nobiles et homines universitatum ipsarum per exercitum, cavalcata[m] vel
alias quomodolibet impugnare seu offendere non presumant.³

Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis sub debito fidelitatis,
quo nobis et ecclesie Romane tenemini, ac pena mille marcarum argenti, quam vos eo ipso
incurrere volumus, si mandatum nostrum in hac parte adimplere contempseritis, districte
20 precipiendo mandamus, quatinus ab huiusmodi molestiis et iniuriis ipsorum vassallorum et
universitatum desistentes omnino ac eosdem captivos restituentes pristinae libertati. Si prefati
Spoletan. secus attemptare presumpsint, nullum prorsus prebeatis eisdem auxilium, consilium
vel favorem, quin potius ad requisitionem dilecti filii nobilis viri Johannis de Maroliis,
ducatus Spoletan. rectoris,⁴ vel eius vicarii de ipsorum Spoletanorum reprimendam superbiam
25 vos utiliter accingatis hominibus dictarum universitatum ac prefatis vasallis impensuri
presidium et favorem, ita quod preter indignationem nostram, quam, si secus feceritis, possitis
exinde merito formidare penam marcas predicta nosque devotionem vestram possimus exinde
merito commendare.

Si vero iidem Spoletan. et vos ius habere creditis contra nobiles et universitates predictas
30 vel eorum aliquos, illud poteritis nobis exponere nosque super hoc faciemus vobis iustitie
plenitudinem exhiberi.

Dat. ut. s. *

^a Für irrogavistis.

¹ Monte San Martino (Prov. Macerata, Marche).

² Spoleto (Prov. Perugia).

³ Siehe Nr. 172.

⁴ Jean de Mayrolles, vgl. Nr. 9 Anm. 1.

174 (46,XXVI)

*Martin befiehlt unter Androhung einer Strafe von 1000 Silbermark dem Rat und der
Kommune von Cascia, die einen Bürger aus dem aufständischen Spoleto zu ihrem Rektor
gewählt haben, diesen zu vertreiben und niemand aus aufständischen Gebieten mit diesem
Amt zu betrauen.*

Montefiascone, 1282 September 15.

Reg. Vat. 42, fol. 35r

Martinus etc. Dilectis filiis consilio et communi Cassie¹ salutem etc.

Intento studio vitare vos convenit, quicquid nobis et ecclesie Romane, cuius estis speciales fideles et filii, posset cedere quomodolibet in offensam. Ad nostrum quidem pervenit auditum, quod vos non attendentes, qualiter Spoletan.² in rebellionis devio constituti reverentie et fidelitatis debitum, quo nobis tenentur, impudenter abicere quasi alienati ab utero matris sue predictae Romane ecclesie presumpserunt Perusinis³ rebellibus manifestis ipsius ecclesie publice adherendo, quemdam militem seu civem Spoletan. pro presenti anno in rectorem vestrum contra inhibitionem . . .^a vicarii dilecti filii nobilis viri Johannis de Maroliis ducatus Spoletan. rectoris⁴ minus provide assumpsistis.

10 Hoc igitur nolentes aliquatenus tolerare universitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis sub pena mille marcarum argenti, quam eo ipso, si mandatum nostrum in hac parte adimplere contempseritis, vos incurrere volumus, districte precipiendo mandantes, quatinus ipsum militem vel quemvis alium Spoletan. seu alterius terre, que in devotione dicte Romane ecclesie non persistat, in rectorem assumere nullatenus presumatis eum vel alium sic assumptum a rectorie officio penitus expellentes.

15 Alioquin ad exactionem pene predictae ac alias acrius contra vos, prout expedire viderimus, procedemus.

Dat. apud Montemflascon. XVII. kl. Octobris pontificatus nostri anno secundo.

^a *Verschrieben (Referenzpunkte hier überflüssig).*

¹ Cascia (Prov. Perugia). – Cascia unterstützte ebenso wie Spoleto Perugia in dem Konflikt mit Foligno, für das sich Martin IV. einsetzte, vgl. Waley, *Papal State*, 206.

² Spoleto (Prov. Perugia).

³ Perugia war wegen des Konflikts mit Foligno (vgl. Nr. 139) mit dem Interdikt belegt worden, vgl. Bonazzi, *Storia di Perugia*, 223.

⁴ Jean de Mayrolles, vgl. Nr. 9 Anm. 1.

175 (47,XXVII)

Martin befiehlt dem Rat und der Kommune von Cascia unter Androhung einer Strafe von eintausend Silbermark keinesfalls Spoleto, das unrechtmäßigerweise das Dorf Meval und dessen Herren bedrängt, zu unterstützen, sondern den Anweisungen des Rektors Folge zu leisten.

(Montefiascone), 1282 September 15.

Reg. Vat. 42, fol. 35r

Siehe Nr. 172.

5 Eisdem.¹ Gravem dilectorum filiorum nobilium virorum dominorum castri Alivan. et universitatum Nursie et Cerreti nostrorum et ecclesie Romane fidelium querelam recepimus continentem, quod . . . potestas, . . . capitaneus, consilium et commune Spoletan. etc. ut in illa directa Spoletan. verbis competenter mutatis usque respondere.² Prefatis Spoletan. sub certis penis nostris damus litteris in preceptis, ut prefatos vassallos et homines universitatum ipsarum per exercitum, cavalcatam vel alias quomodolibet impugnare vel offendere aliquatenus non presumant.

10 Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis sub debito fidelitatis, quo nobis et ecclesie Romane tenemini, et pena mille marcarum argenti districte precipiendo mandantes, quatinus, si iidem Spoletan. secus attemptare presumpserint, nullum eis detis ad hoc consilium, auxilium et favorem, quinpotius ad requisitionem dilecti filii nobilis viri

Johannis de Maroliis ducatus Spoletan. rectoris³ vel eius vicarii ad reprimendam ipsorum Spoletan. superbiam vos viriliter accingatis eisdem fidelibus, prout idem rector vel vicarius vobis mandaverit, favorem et presidium impensuri, ita quod devotionem vestram exinde
15 possimus in Domino merito commendare.

Si vero iidem Spoletan. ius habere se credunt contra nobiles et universitates predictas vel eorum aliquos, illud poterunt nobis exponere nosque super hoc faciemus eis iustitie plenitudinem exhiberi.

Dat. ibidem XVII kl. Octobris anno II.

¹ Rat und Gemeinde von Cascia, Prov. Perugia, vgl. Nr. 174.

² Vgl. (auch zu den genannten Orten) Nr. 172.

³ Jean de Mayrolles, vgl. Nr. 9.

(XXVIII)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Kommune von Visso, Spoleto und Monte San Martino und deren Verbündete keinesfalls durch Lebensmittel oder auf andere Art zu unterstützen, sondern den Anweisungen des Rektors Folge zu leisten.

5 *(Montefiascone, 1282 September 15).*

Item in eundem^a modum. . . potestati, consilio et communi castri Vissi.¹

Gravem etc. usque attemptare presumpserunt nullum in exhibendis vel transmittendis victualibus vel alias eis et hominibus Montis Sancti Martini² ac aliis sequacibus eorundem detis ad hoc auxilium, consilium vel favorem etc. usque reprimendam ipsorum Spoletan. et
5 sequacium superbiam etc. usque commendare.

Si vero iidem Spoletan. et homines Montis Sancti Martini ius habere se credunt etc. usque exhiberi.

Dat. ut s.

^a *Davor fälschlich in.*

¹ Visso, Prov. Macerata.

² Monte San Martino, Prov. Macerata.

(XXIX)

*Martin befiehlt dem Podestà, dem Kapitan, dem Rat und der Kommune von Camerino unter Androhung einer Strafe von eintausend Silbermark keinesfalls Spoleto, das unrechtmäßigerweise das Dorf Meval und dessen Herren bedrängt, zu unterstützen, sondern
5 den Anweisungen des Rektors Folge zu leisten.*

(Montefiascone, 1282 September 15).

Item in eundem modum. . . potestati, . . capitaneo, consilio et communi Camerinen.¹ usque Quocirca universitati vestram rogamus et hortamur attente vobis sub debito fidelitatis, quo nobis et ecclesie Romane tenemini, districte precipiendo mandates^a etc. ut in proxima usque in finem.

^a *Verschrieben für mandantes.*

¹ Camerino, Prov. Macerata.

176 (48, XXIX)

Martin bittet den Florentiner Ritter Thomaso Spiliati zur Unterstützung der päpstlichen Truppen in der Romagna in Florenz und Umgebung ein Heer von dreihundert genügend bewaffneten Söldnern auszuheben und dem päpstlichen Gesandten Heinrich von Limoges bei dessen Ankunft zu übergeben.

Montefiascone, 1282 September 21.

Reg. Vat. 42, fol. 35r.

Vgl. Davidsohn, Geschichte von Florenz II, S. 233

Martinus etc. Dilecto filio Thomasio Spiliati militi Florentin.¹ salutem etc.

Cum dilectum filium magistrum Henricum de Lemovicis² capellanum nostrum pro militibus et peditibus usque ad certam quantitatem conducendis ad servitium Romane ecclesie in Romaniolam³ transmittendis intendamus ad partes Tuscie destinare, volumus et devotionem
5 tuam attente requirimus et rogamus, quatinus trecentos pedites, qui sinceritate fidei erga devotionem ecclesie ferveant, de civitate et districtu Florentin., quorum centum sint balistarii et reliqui cum pavesibus et armis aliis oportunis decenter muniti, visis presentibus litteris studeas invenire, ita quod in adventu dicti capellani satisfacto eis de stipendiis competentibus
10 subsequenter iter arripiant ad servitium eiusdem ecclesie in dictam provinciam accedendi preces nostros in hac parte taliter impleturus, quod diligentie tue studium exinde possimus merito commendare.

Dat. apud Montemflascon. XI. kl. Octobris pontificatus nostri anno secundo.

¹ Tomaso Spiliati (de' Mozzi), Bruder von Andrea Spiliati (vgl. Nr. 92 Anm. 1), Leiter des Florentiner Bankhauses Mozzi - Spini, vgl. Davidsohn, *Geschichte von Florenz*, II, 155. Die Mozzi, die unter Tomaso ihre höchste Blüte erlebten, galten als treue Anhänger der Päpste, vgl. Stahl, *Adel und Volk*, 144 ff.

² Heinrich von Limoges, vgl. Nr. 143.

³ Die Kämpfe gegen die Aufständischen in der Romagna konzentrierten sich in der zweiten Hälfte des Jahres 1282 auf die von Ghibellinen besetzte Burg Meldola (zwischen Forlì und Cesena), die von den päpstlichen Truppen erfolglos belagert wurde, vgl. Davidsohn, *Geschichte*, II, 236.

177 (49,XXX)

Martin erteilt Heinrich von Limoges die Vollmacht, für die Kämpfe in der Romagna ein ausreichend bewaffnetes und angemessen besoldetes Heer von 200 französischen Reitern und 300 Fußsoldaten aufzustellen.

(Montefiascone, 1282 September 21).

Reg. Vat. 42, fol. 35r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Henrico de Lemovicis¹ capellano nostro salutem etc.

De tua fidelitate ac circumspeditione plenam in Domino fiduciam obtinentes conducendi nostro et ecclesie Romane nomine usque ad ducentos milites sive equites Gallicos et trecentos pedites ad servitium eiusdem ecclesie in Romaniolam transmittendos, quorum peditum sint
5 centum balistarii et tam ipsi quam equites et pedites supradicti, prout conditionis eorum

decentia exigit, equis et armis sufficienter parati et in armorum exercitio usitati pro competentibus stipendiis percipiendis a nostra camera plenam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem.

Dat. ut supra. *

¹ Heinrich von Limoges, vgl. Nr. 143; siehe zum vorliegenden Schreiben Nr. 176.

178 (50,XXXI)

Martin befiehlt dem Elekten Robert von Montefeltro, den von Bürgern der Stadt gefangengenommenen Sohn Guidos von Montefeltro, Hugolinus, der sich als Propst der dortigen Kirche bezeichnet, in Gewahrsam zu nehmen und die Einwohner, die darum bitten, von der Exkommunikation zu lösen.

Montefiascone, 1282 September 6.

Reg. Vat. 42, fol. 35v

Vgl. Franceschini, I Montefeltro 110

Martinus etc. Dilecto filio Roberto electo Feretrano.¹ salutem etc.

Contigit diebus istis preteritis, sicut accepimus, quod homines civitatis Sancti Leonis² vel eorum aliqui Hugolinum,³ qui pro preposito Feretrano ecclesie se gerebat, filium Guidonis de Montefeltro⁴ persecutoris Romane ecclesie manifesti paterne malicie vestigiis scelestibus inherentem ceperunt et eum sub custodia faciunt detineri.

5
10
15
Nos autem attendentes, quod iidem homines ex fervore devotionis, qua studebant ad ecclesie Romane redire gremium, ad captionem et detentionem huiusmodi processerunt, ac intendentes propter hoc agere misericorditer cum eisdem discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem Hugolinum diligenter custodiendum per te nostro et eiusdem ecclesie nomine tibi facieris^a assignari, postquam sic ipsum receperis, illos, quos inveneris sententia excommunicationis hac occasione ligatos, ad requisitionem eorum iuxta formam ecclesie ab huiusmodi sententia excommunicationis auctoritate nostra absolvas imposita eis propter hoc penitentia salutari faciens de assignatione huius confici publicum instrumentum illud nobis per fidelem nuntium transmissurus ac rescripturus per tuas litteras harum seriem

Dat. apud Montemflascon. VIII. idus Septembris pontificatus nostri anno secundo.

^a Für facias.

¹ Robert von Montefeltro war ein Sohn des Guelfen Taddeo de Montefeltro (vgl. zu ihm Nr. 25 Anm. 1.) und bei seiner Wahl erst 15 Jahre alt. Er scheint nur kurz im Amt gewesen zu sein, vgl. Bartolini, *I vescovi*, 49.

² San Leo (Bischofssitz der Diözese Montefeltro).

³ Vgl. Franceschini, *I Montefeltro*, 110. – 1282 Juni/Juli hatte der Sohn Guidos von Montefeltro und Stadtkommandant, Buonconte, San Leo verlassen, woraufhin die Einwohner San Leos revoltierten, seinen Bruder Hugolino gefangennahmen und Roberto zum Bischof wählten, vgl. auch Bartolini, *I vescovi*, 46.

⁴ Zu Guido de Montefeltro (die Schreibung 'Montefiltro' findet sich häufiger im vorliegenden Register) Nr. 13 Anm. 3.

179 (51,XXXII)

Martin befiehlt dem Elekten Robert von Montefeltro, alle diejenigen in der Romagna, die bereit sind zur Kirche zurückzukehren, von Exkommunikation und Interdikt lösen.

(Montefiascone, 1282 September 6).

Reg. Vat. 42, fol. 35v.

Vgl. Franceschini, I Montefeltro, 111. – Siehe auch den vorhergehenden Brief.

Eidem.

Licet diversi et varii processus per nos in certis anni festivitibus iuxta morem, quem in talibus Romana servat ecclesia, et alias per nuntios et officiales nostros de mandato nostro habiti contra Guidonem de Montefiltro¹ ac complices et fautores ipsius et alios partium Romaniolae homines tam clericos quam laicos civitatis Sancti Leonis, Castri Novi, Montisfatigni, Montisgemini, Talameli necnon et extrinsecos de Maiolo² Feretran. diocesis comprehendisse noscantur, ita quod iidem homines spirituales et temporales penas contentas in eisdem processibus incurrerunt et civitas et loca ipsa ecclesiastico subiacent interdicto, quia tamen prefati homines tangente Domino corda ipsorum redire devote ad ipsius ecclesie gremium studuerunt, nos more patris benivoli misericordie ianuam aperientes eisdem, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus per te vel per alium recepto ab eis primitus iuramento de parendo mandatis nostris ad requisitionem eorum de speciali gratia interdictum relaxes huiusmodi ac excommunicationes civitatis et locorum ipsorum occasione premissa a sententia excommunicationis absolvas iuxta formam ecclesie consuetam et predictas penas temporales, quas occasione processuum eorundem incurrerant, auctoritate nostra remittas eisdem dispensando nichilominus hac vice cum illis ex predictis clericis, qui taliter ligati se immiscendo divinis irregularitatis notam forsitan incurrissent, faciens de predictis confici publica instrumenta illa nobis per fidelem nuntium transmissurus et rescripturus fideliter per tuas litteras harum seriem continentes, quicquid in premissis duxeris faciendum.

Dat. ut supra.

¹ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm. 3.

² San Leo, Castelnuovo, Maiolo (alle Prov. Pesaro e Urbino), Monte Fatogno, Talamello, Montisgemini konnten nicht identifiziert werden.

180 (52,XXXIII)

Martin ersucht den Elekten Robert von Montefeltro, alle Personen und Institutionen seiner Diözese, die bisher Guido von Montefeltro anhängen und innerhalb von zwei Monaten nach seinem Amtsantritt zur Kirche zurückkehren möchten, von Exkommunikation und Interdikt zu lösen. Darüber sowie über

andere damit in Zusammenhang stehende Angelegenheiten soll er dem Papst detailliert berichten.

(Montefiascone, 1282 September 6).

Reg. Vat. 42, fol. 35v

Vgl. Franceschini, I Montefeltro 111

Eidem.¹

Mansuetudinis apostolice plenitudo sic circa filios in affluentia pietatis habundat, quod non solum non punit vel opprimit innocentes, verum etiam in delictis, ut neminem sue relinquat benignitatis expertem, viam absolutionis
5 libentius quam condemnationis exquirat et potius misericordie sinum pandit ad veniam quam iudicium exerceat ultionis.

Cum igitur quamplures barones, nobiles et alios ac communitates et universitates illarum partium processus habiti per nos in certis anni festivitibus iuxta morem, quem in talibus Romana servat ecclesia, et alias per nuntios et
10 officiales nostros de mandato nostro contra Guidonem de Montefeltro² persecutorem Romane ecclesie manifestum ac complices et fautores ipsius et alios partium Romaniolae comprehenderit, ita quod ipsi excommunicationis et interdicti sententias ac penas alias in ipsis expressas processibus incurrisse noscuntur, et, sicut accepimus, quamplures ex eis ad ipsius ecclesie gremium
15 devota plenitudine redire proponant, nos, qui non mortem querimus peccatorum, set potius, ut convertantur et vivant, intendentes, quod tu, quem nuper ecclesie Feretran.³ in episcopum prefecimus et pastorem, in tuo iocundo adventu eo magis subditis tuis et aliis dictarum partium presederis acceptus, quo salubrius per te ad viam reduci poterunt salutarem, discretioni tue per apostolica scripta mandamus,
20 quatinus omnes illos tue diocesis, qui infra duos menses, postquam ad ecclesiam Feretran. perveneris, ad mandata nostra et devotionem Romane ecclesie libere et absolute redire voluerint, benigne recipiens eos ab excommunicationum sententiis, quas propter premissa incurrisse noscuntur, per te vel alium auctoritate nostra absolvas iuxta formam ecclesie^a consuetam, interdicti sententias, quibus occasione
25 premissa eorundem^b locum subiacent, relaxando faciens de receptione huiusmodi confici publica instrumenta illa nobis per fidelem nuntium transmissurus ac rescripturus per tuas litteras harum seriem continentes seriose, clare, distincte ac singulariter devotionis affectum, quem ostenderint redeuntes, necnon circumstantias omnium predictorum et quicquid senseris de premissis et exinde
30 duxeris faciendum, ut per te diligentius informati, qualiter communiter erga omnes et singulariter circa singulos super hiis quomodolibet sit agendum, clarius dante Domino discernamus.

Dat. ut supra.

^a *Davor ex gestrichen.* ^b 'dem' über der Zeile nachgetragen.

¹ Robert von Montefeltro, vgl. Nr. 178 Anm. 1.

² Vgl. Nr. 13 Anm. 3.

³ Montefeltro, Provinz Pesaro e Urbino.

181 (53, XXXIV)

Martin bestätigt dem Rektor der Mark Ancona und der Massa Trabaria, Gifrid von Anagni, die von Jean d'Eppe bestrittene Iurisdiktionsgewalt über das Dorf S. Agathe und der dazugehörigen Ortschaften. Gleichzeitig fordert er ihn auf, gegen die Anhänger Guidos von Montefeltro vorzugehen und die Bevölkerung zu veranlassen, Jean d'Eppe, den Rektor der Romagna, zu unterstützen.

Montefiascone, 1282 September 22.

Reg. Vat. 42, fol. 35v-36r

Martinus etc. Dilecto filio Giffrido de Anagnia litterarumstrarum contradictarum auditori et Marchie Anconitan. et Masse Trabarie rectori¹ salutem etc.

Significante nuper nobis dilecto filio nobili viro Johanne de Epa provincie Romaniole rectore², ut in castro Sancte Agathe³ ac aliis castris, villis et locis pertinentiarum et districtus ipsius castri per eum iurisdictionem exerceri libere mandarem, nos, quia ex certis causis non intendimus super hiis aliquam ad presens facere novitatem, eidem rectori per alias litteras nostras iniungimus,⁴ ut te super iurisdictione huiusmodi non perturbat, set promittat illam per te libere exerceri, donec aliud extiterit * ordinatum. Ceterum, ne delinquentium excessus remaneant impuniti, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus illos ex hominibus castrorum, villarum et locorum eorundem, quos inveneris Guidoni de Montefiltro⁵ et eius complicitibus adherentes quomodolibet vel faventes, spirituali et temporali penis, prout videris expedire, sic acriter punias et castiges, quod alii metu pene ipsorum similia non presumant faciens nicholominus dicto rectori Romaniole et genti sue ac aliis fidelibus ecclesie Romane in illis partibus, cum fuerit oportunitum, per eosdem homines exhiberi auxilium et favorem, ita quod inter ipsum et te mutue sinceritatis affectu vigente ipse ac tu comissa vobis regimina utilius exequi dante Domino valeatis.

Dat. apud Montemflasconem X. kl. Octobris pontificatus nostri anno secundo.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

³ S. Agata Feltria.

⁴ Siehe oben Nr. 166.

⁵ Guido de Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm. 3.

182 (54,XXXV)

Martin befiehlt Jean d'Eppe, die Gerichtshoheit über das Dorf S. Agathe und die umliegenden Ortschaften dem Rektor der Mark Ancona und der Massa Trabaria, Gifrid von Anagni, nicht streitig zu machen, und teilt ihm mit, dass er Gifrid

angewiesen hat, dort gegen die Anhänger Guidos von Montefeltros selbst vorzugehen.

(Montefiascone, 1282 September 22).

Reg. Vat. 42, fol. 36r
Vgl. zu den Namen Nr. 181.

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Johanni de Epa rectori provincie Romaniolae salutem etc.

Petivisti nuper a nobis, ut in castro Sancte Agathe et aliis castris, villis et locis pertinentiarum et districtus ipsius castri per te iurisdictionem exerceri libere mandarem.

Verum quia ex certis causis non intendimus super hiis aliquam ad presens facere novitatem, presentium tibi tenore mandamus, quatinus dilectum filium magistrum Giffredum de Anagnia litterarum nostrarum contradictarum auditorem rectorem Masse Trabarie super iurisdictione huiusmodi non perturbes, set permittas illam per eum libere exerceri, donec aliud extiteret ordinatum. Ceterum, ne delinquentium excessus remaneant impuniti, eidem rectori per alias nostras litteras iniungimus¹, ut ipse illos ex hominibus castrorum, villarum et locorum eorundem, quos invenerit Guidoni de Montefiltro et eius complicitibus adherentes quomodolibet vel faventes, spirituali et temporali penis, prout viderit expedire, sic acriter puniat et castiget, quod alii metu pene ipsorum similia non presumant faciens nichilominus tibi et genti tue ac aliis fidelibus ecclesie Romane in illis partibus, cum fuerit oportum, per eosdem homines exhiberi auxilium et favorem, ita quod inter ipsum et te mutue sinceritatis affectu vigente ipse ac tu commissa vobis regimina utilius exequi dante Domino valeatis.

Dat. ut supra.

¹ Siehe Nr. 181.

183 (55, XXXVI)

Martin setzt Blancucio de Luca zum Kastellan der Burg Cesi und zum Herrn über das Dorf Perochio sowie der Terra Arnulforum ein.

Montefiascone, 1282 Oktober 7.

Reg. Vat. 42, fol. 36r

Martinus etc. Dilecto filio Blancucio de Luca¹ hostiario nostro salutem etc.

5 Ex sinceritate tue devotionis et fidei, quam ad nos et Romanam ecclesiam habere te credimus, firma concepta fiducia, ut in hiis, que tibi a sede apostolica committuntur, fidelis et diligens habearis, castellaniam et custodiam rocce de Cesis² et castri Perrocli³ necnon regimen Terre Arnulforum⁴ cum vassallis, iuribus et pertinentiis eorundem fidelitati tue quoad temporalia presentium auctoritate comittimus usque ad nostre beneplacitum voluntatis per apostolica scripta tibi firmiter iniungentes, quatinus ad loca predicta te personaliter conferens circa ipsorum custodiam et regimen sic iuxta spem, quam de tua sinceritate

10 concepimus, attentum et utilem te studeas exhibere, quod apostolici favoris
augmentum digne tibi ex hoc valeat provenire proviso attentius, ut, sicut
iuramento corporali firmasti, roccam, castrum et terram predictam nulli nisi nobis,
vel cui per litteras nostras bullatas et specialem nuntium mandaverimus aut siquid
15 litteras suas et certum eius nuntium ipse mandaret, aliquatenus assignare
presumas.

Dat. apud Montemflascon. non. Octobr. pontificatus nostri anno secundo.

¹ Blancucius de Luca erscheint schon unter Nikolaus III. unter den *Hostiarii minores* (vgl. Baethgen, *Quellen und Untersuchungen*, 199). Er ist möglicherweise identisch mit dem noch unter Bonifaz VIII. erwähnten Hostiar Blancucio (vgl. Göring, *Die Beamten*, 73).

² Cesi, nördlich von Terni.

³ Perochio, nördlich von Terni.

⁴ Terre Arnulfe, Gegend nördlich von Terni (Umbrien). - Der Besitz dieser Lehen ist anscheinend den Inhabern päpstlicher Hofämter vorbehalten, denn ihr bisheriger Inhaber Bonaiunte wird später als ehemaliger Hostiar bezeichnet (siehe unten Nr. 190), er gab also vermutlich das Amt mit den Lehen ab. 1283 Januar 24 wird der päpstliche 'domicello' Anselmo de Valle Johannis mit ihnen belehnt (siehe unten Nr. 208), Blancucio bleibt aber Hostiar.

(56)

*Martin verkündet den Einwohnern der Burg Cesi, des Dorfes Perrochio und der
'Terra Arnulforum' die obige Ernennung und fordert die Bewohner dieser
Gebiete auf, Blancucio würdig zu empfangen und seinen Anweisungen Folge zu
5 leisten.*

(Montefiascone, 1282 Oktober 7).

In eundem modum. Dilectis filiis hominibus rocce de Cesis, castri Perrocli et
Terre Arnulforum ecclesie Romane fidelibus salutem etc.

Ex sinceritate etc. verbis competenter mutatis usque voluntatis.

10 Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsum
recipientes benigne sibi tamquam castellano et rectori vestro in hiis, que ad eius
spectant officium, humiliter obedire necnon de iuribus et proventibus ecclesie
Romane debitis integre respondere curetis, ita quod discretionem vestram exinde
possimus merito commendare.

15 Alioquin sententias sive penas, quas temporaliter rite statuerit vel inflixerit in
rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem
condignam appellatione remota inviolabiliter observari.

Dat. ut supra.

184 (57, XXXVIII)

Martin befiehlt dem Kastellan der Burg Cesi und des Ortes Perrocli, seinem Hostiar Bonaiunte, Burg und Ort sowie die Regierung der 'Terra Arnulforum' dem Überbringer dieses Schreibens, dem Hostiar Blancucio, mit allem Zubehör auszuhändigen und über die Übergabe Notariatsinstrumente anfertigen zu lassen.

(Montefiascone, 1282 Oktober 7).

Reg. Vat. 42, fol. 36r

Siehe zu den Namen den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio fratri Bonaiunte hostiario nostro¹ castellano rocce de Cesis et castri Perrocli salutem etc.

Presentium tibi tenore precipiendo mandamus, quatinus visis presentibus litteris roccam de Cesis et castrum Perrocli et Terram Arnulforum cum armis^a, guarnamentibus et omnibus rebus ad ea spectantibus dilecto filio Blancucio hostiario nostro, latori presentium, cui predictorum rocce et castri custodiam et regimen Terre Arnulforum commisimus usque ad nostrum beneplacitum summoto cuiuslibet difficultatis obstaculo libere nostro et ecclesie Romane nomine assignare procures faciens de assignatione huiusmodi confici tria publica instrumenta, quorum unum ad cameram nostram mittas, aliud vero penes te remaneat et reliquum Blancucius retineat memoratus.

Dat. ut supra.

^a *Daneben ein Einfügungszeichen.*

¹ Bonaiunte, Johanniter, vgl. Nr. 128 Anm. 1. - In einem Notariatsinstrument vom 1281 Juli 15 (Archivio Segreto Vaticano, Arm. I-XVIII 3760) hatte Bonaiunte schon die hier genannten Ämter inne.

185 (58, XXXIX)

Martin befiehlt dem Bischof (Philipp) von Nocera, den Podestà, den Rat und die Gemeinde von Gubbio, das schwerer Übergriffe auf den Ort Compresseto bezichtigt wird, vor den apostolischen Stuhl zu zitieren, wo ihr Vertreter innerhalb einer Woche erscheinen soll, um die päpstlichen Befehle entgegenzunehmen.

Montefiascone, 1282 September 22.

Reg. Vat. 42, fol. 36r-v

Martinus etc. Venerabili fratri . . episcopo Nucerin.¹ salutem etc.

Dilectus filius nobilis vir Aninaldus dominus castri de Compresseto² tue diocesis nuper nobis lacrimabili conquestione monstravit, quod . . potestas, consilium et commune Eugubin.³ divine maiestatis offensa, nostro et ecclesie

Romane contemptu ac eorum salutis dispendio non vitatis ad castrum ipsum, in quod vel eius * incolas iurisdictionem vel dominium aliquod non habentes congregato exercitu hostiliter accesserunt ac dictum castrum violenter capere ac diruere bladum [... ..]^a ac pannos et alia bona ibidem inventa comburere nequiter presumpserunt quampluribus hominibus, fratribus, nepotibus et alias consanguineis de viro monacho ibidem morante in ore gladii ferocitate dampnabiliter trucidatis et reliquis ibidem inventis cum aliquorum occisorum corporibus inhumaniter ignis^b incendio concrematis. Quare dictus nobilis studens ad nos habere recursum humiliter petiit, ut, cum excessus huiusmodi adeo publicus et notorius existat, quod nulla possit tergiversatione celari, adhibere super hoc apostolice sedis remedium curarem.

Nos autem, si premissis veritas suffragetur, tantam offensam^c, nostrum et ipsius ecclesie contemptum ac enormitatis^d excessum nequeunt sicut etiam nec debemus sub dissimulatione transire, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eosdem potestatem, consilium et commune per te vel per alium ex parte nostra citare procures eosque sub pena mille marcarum argenti districte precipias, ut infra octo dies, quos eis pro peremptorio termino assignamus, post huiusmodi citationem et preceptum tuum per sufficientem syndicum ad hoc specialiter constitutum compareant coram nobis mandatis nostris super premissis excessibus parituri, sicut iustitia suadebit.

Alioquin extunc contra eos ad exactionem predictae pene ac alias spiritualiter et temporaliter, sicut expedire viderimus, procedemus.

Diem vero citationis et formam et quicquid inde feceris, per tuas litteras harum seriem continentes sub tuo sigillo nobis studeas fideliter intimare.

Dat. apud Montemflascon. X. kal. Octobris pontificatus nostri anno secundo.

^a Hier ist der Text verderbt (etwa drei Worte sind unleserlich). ^b Über der Zeile nachgetragen. ^c Davor 'dn' gestrichen. ^d enormitas vor Korrektur.

¹ Philippus Oderisi, O. S. B., 1254 (?) - 1285 Bischof von Nocera, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 373.

² Aus Pieve di Compresseto (Diözese Nocera Umbria).

³ Gubbio.

186 (59, XL)

Martin verpflichtet sich gegenüber Guido Piloso aus Piacenza und den übrigen Mitgliedern seiner Sozietät, dass er sich an die Vereinbarungen, die sein Kämmerer Berard bei der Aufnahme eines Kredites in Höhe von 3000 Mark Sterling mit ihnen getroffen hat, halten wird.

Montefiascone, 1282 September 13.

Reg. Vat. 42, fol. 36v-37r

Vgl. über die hier und im folgenden genannten Kaufleute Jordan, De mercatoribus.

Martinus^a etc. Dilecto filio Guidoni Piloso civi et mercatori Placentin. salutem et apostolicam benedictionem.

Cum dilectus filius Berardus camerarius noster¹ a te tuo et dilectorum filiorum Alberti, Johannis et Bernardi Scotti, Rezidii Boccabarili, Opizonis de Frangian.,

5 Guillelmi Guadangiabene, Rufini de Stradiliano et Jacobi de Furno civium et
mercatorum Placentinorum² ac omnium aliorum sociorum tuorum nomine de tua
et ipsorum sociorum pecunia mutuante tria milia marcarum sterlingorum de
mandato nostro facto sibi oraculo vive vocis receperit nomine mutui certis tibi vel
10 sociis bona Romane ecclesie ac nostre camere propterea obligarit, prout in
instrumento publico per manus magistri Pauli de Reate³, predicte camere nostre
notarii, inde confecto plenius continetur, nos, quod eodem camerario factum est in
hac parte, ratum habentes et gratum illud volumus firmiter observari.

Dat. apud Montemflascon. id. Septembris pontificatus nostri anno secundo.

^a Davor eine Zeile freigelassen, daneben von gleicher Hand: de mutuis; darunter III.^M;
dann: finitur secundus quaternus (dazu siehe Einleitung).

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Die Genannten sind Mitglieder der Handelsgesellschaft der 'Scotti' aus Piacenza und als solche schon unter Joh. XXI. unter den Kaufleuten des Papstes zu finden. - Opizo de Frangian. (= de Fargano) erscheint zuerst 1273 als Familiar Gregors X. (vgl. Fumi, *Codice diplomatico*, 306), Bernardus Scottus zuerst 1275.

³ Paulus von Rieti (über ihn siehe Einleitung).

(60)

*Verpflichtung gegenüber Gualtero Angelotti aus Florenz und den übrigen
Kaufleuten seiner Sozietät bezüglich der Aufnahme eines Kredites in Höhe von
1312 Mark Sterling.*

5 *Montefiascone, 1282 November 2.*

In^a eundem modum. Gualtero Angelotti civi et mercatori Florentin.

Cum dilectus filius etc. tuo et dilecti filii Berti, Guidonis et Ghini de
Friscobaldis, Coppi Ioseppi, Corbolini Benchi, Rigaletti Vinti, Michaelis
Johannis, Cari et Guadangioli Guidonis, Rucki Picti, Ghini Zuffangni, Pucii
10 Amatoris, Rainerii Iacobi, Cepperelli Deuteauti, Iacobi de Fronte, Lapi Cottenne
et Lutherii Bonunfantis civiu^b et mercatorum Florentin.¹ ac omnium etc. usque
mutuante mille trecentis duodecim marcas sterlingorum de mandato etc. usque
observari.

Dat. ibidem IIII. non. Novembr. pontificatus nostri anno secundo.

^a *Daneben am Rand (von gleicher Hand) de mutuis, darunter MIII.^C XII* ^b
Verschrieben für civium.

¹ Die genannten Kaufleute sind Mitglieder der Florentiner Handelsgesellschaft der 'Frescobaldi'. Ghino Frescobaldi, Coppus Ioseppi und Corbolinus Benivi erscheinen schon unter Clemens IV., die übrigen werden nur hier genannt.

(61)

Verpflichtung gegenüber Cieffo Bonisigne aus Florenz und den übrigen Kaufleuten seiner Sozietät bezüglich der Aufnahme eines Kredites in Höhe von 2000 Mark Sterling.

5

Montefiascone, 1282 September 13.

In^a eundem modum. Cieffo Bonisigne civi et mercatori Florentin. etc. usque tuo et dilectorum filiorum Mainetti de Scala, Iacobi Aymerii, Catalani Petri, Thetgle Amatoris, Bonacosa Fulconis et Bonapresse Importuni, civium et mercatorum Florentin.¹ et omnium aliorum sociorum tuorum nomine de tua et
5 ipsorum sociorum pecunia mutuante duo milia marcarum sterlingorum etc. ut in proxima usque in finem.

Dat. apud Montemflascon. id. Septembris anno secundo.

^a *Daneben am Rand (von gleicher Hand) de mutuis, darunter II^M.*

¹ Mitglieder der Florentiner Sozietät 'de Scala'; - Iacobus Aymerii und Tegla filius domini Amatoris werden schon 1263 als Mitglieder der 'de Scala' genannt, vgl. Jordan, *De mercatoribus*, 12.

(62)

Verpflichtung gegenüber Vanti Honesti aus Lucca und den übrigen Kaufleuten seiner Sozietät bezüglich der Aufnahme eines Kredites in Höhe von 3000 Mark Sterling.

5

Montefiascone, (1282 September 13).

In^a eundem modum. Vanti Honesti civi et mercatori Lucan.¹ etc. usque tuo et dilectorum filiorum Riccardi et Aviti Rossempelli, Paganicii Guidicionis et Riccardi Guidicionis, Johannis Symonetti, Raynerii et Berthalotti Bandini, Labri Wolpelli, Dini Tadolini, Raynerii Magiari et Orlandini de Podio civium et
10 mercatorum Lucan. et omnium aliorum sociorum tuorum nomine de tua et ipsorum sociorum pecunia mutuante tria milia marcarum sterlingorum etc. in finem.

Dat. ut^b supra in proxima.

^a *Daneben am Rand (von gleicher Hand) de mutuis IIII, darunter III^M.*
apud Montemflascon. *gestrichen.*

^b *Davor*

¹ Mitglieder der Luccheser Sozietät der Riccardi, vgl. Nr. 94. -

(63)

Verpflichtung gegenüber Cecio Aldebrandini Fattinelli aus Lucca und den übrigen Kaufleuten seiner Sozietät bezüglich der Aufnahme eines Kredites in Höhe von 2000 Mark Sterling.

5 *(Montefiascone, 1282 September 13).*

Item^a in eundem modum. Cecio Aldebrandini Fattinelli civi et mercatori Lucan. etc. usque tuo et dilectorum Bartholomei Bonacursi et Iacobi Orlandi Bettuli, Ubaldi Malagallia Cazamimia, Querardi Phylippi, Godifredi Teste, Hugolini Petri Hugolinelli, Aldibrandi Malagallia, Christofori Cuneti, Leonardi Teste, Guillelmi Aldebrandini Fattinelli, Guillelmi Riccardi, Stephani Piturelli, Cunetti Teste et Manfredi Dardannini civium mercatorum Lucan.¹ et omnium aliorum sociorum tuorum nomine etc. mutuante duo milia marcarum sterlingorum etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand (von gleicher Hand) de mutuis, darunter II^M.

¹ Die genannten Kaufleute werden nicht bei Jordan, *De mercatoribus*, erwähnt.

(64)

Verpflichtung gegenüber Hugolino Zampe aus Florenz und den übrigen Kaufleuten seiner Sozietät bezüglich der Aufnahme eines Kredites in Höhe von 200 Mark Sterling.

5 *(Montefiascone, 1282 September 13).*

Item^a in eundem modum. Hugolino Zampe civi et mercatori Florentin. etc. usque tuo et dilectorum filiorum Forese Falconerii, Falconis Falconerii, Guidonis Falconerii, Davanzati Baldoini, Zeni Multoboni et * Mathei de Midecio civium et mercatorum Florentin. et omnium aliorum sociorum tuorum nomine de tua et ipsorum sociorum pecunia mutuante ducentas marcas sterlingorum de mandato nostro etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand (von gleicher Hand) de mutuis, darunter II^C.

(65)

Verpflichtung gegenüber Bonisigna Angiolini aus Florenz und den übrigen Kaufleuten seiner Sozietät bezüglich der Aufnahme eines Kredites in Höhe von 263 Mark Sterling.

5 *Montefiascone, 1282 Oktober 4.*

Item in eundem modum. Bonisigne Angiolini civi et mercatori Florentin. etc. usque tuo et dilectorum filiorum Gualterotti,^a Lapi, Chini, Bartholi ac Simonis

10 filiorum quondam Jacobi et Bardis, Ricki Salvanete, Tadei Orlandi, Bartholi
Iacobi, Michaelis Bonasera, Gualterotti et Lapi Stoldi, Lamberti Rainerii, Bonaiuti
Jacobi et Clari Oliverii civium et mercatorum Florentinorum¹ etc. usque mutuante
ducentas sexaginta tres marcas sterlingorum de mandato nostro etc.

Dat. apud Montemflascon. IIII. non. Octobris pontificatus nostri anno secundo.

^a *Daneben am Rand (von gleicher Hand)* de mutuis, darunter II^CLXIII.

¹ Mitglieder der Florentiner Handelsgesellschaft der 'Bardi'. - Gualterottus und Lapus de Bardis sowie Boninsegna Angiolini werden schon unter Clemens IV. genannt.

(66)

*Verpflichtung gegenüber Alfano Johannis aus Florenz und den übrigen
Kaufleuten seiner Sozietät bezüglich der Aufnahme eines Kredites in Höhe von
500 Mark Sterling.*

5

Montefiascone, 1282 September 13.

Item in eundem modum. Alfano Johannis civi et mercatori Florentin. usque tuo
et dilectorum filiorum Aldibrandi et Lapi Bruneti^a Alfani et Jacobini Verinilli,
Johannis et Verinilli filiorum eiusdem Alfani et Forese filii Johannis Alfani
civium et mercatorum Florentin. etc. usque mutuante quingentas marcas
10 sterlingorum de mandato nostro etc. usque in finem.

Dat. apud Montemflascon. id. Septembris pontificatus nostri anno secundo.

^a *Daneben am Rand (von gleicher Hand)* de mutuis, darunter V^C.

187 (67, XLI)

*Martin befiehlt den Konsuln, dem Rat sowie der Gemeinde von Montefeltro, den
gefangengehaltenen Propst Hugolinus dem Elekten ihrer Kirche, Robert,
auszuliefern, damit dieser ihn der Kurie übergeben kann.*

(Montefiascone), 1282 Oktober 19.

Reg. Vat. 42, fol. 37r

Martinus etc. Dilectis filiis consulibus, consilio et communi Feretran.¹

5 Per litteras dilecti filii Roberti electi Feretran.² nuper gratanter audivimus, quod
eum in suo adventu cum multe devotionis studio recepistis et Hugolinum³
prepositum ecclesie Feretran., quem adhuc nostro et ecclesie Romane nomine
custoditis, eidem electo ad mandatum suum immopocius apostolicum liberaliter
tradidistis, super quibus promptitudinem vestram, quam complacendi nobis et
eidem ecclesie Romane ostenditis, multipliciter commendamus.

10 Verum quia dictum Hugolinum pro quieto et bono statu illarum partium ex
certis causis volumus ad presentiam nostram adduci, universitati vestre per
apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus dicto electo eundem
Hugolinum conducendum vel mittendum ad nos per eum sub fida custodia sic
liberaliter assignetis, quod illam, quam assumimus de^a devotione vestra, fiducia

per effectum operum apertius colligamus vosque possitis per hoc nostram et apostolice sedis gratiam de bono in melius promereri.

15 Dat. ibidem XIII. Kl. Novembris anno secundo.

^a *Davor de gestrichen.*

¹ San Leo, Prov. Pesaro e Urbino.

² Robert von Montefeltro, siehe Nr. 178 Anm. 1. – Siehe zu den genaueren Umständen oben Nr. 178.

³ Hugolino von Montefeltro, Sohn Guidos von Montefeltro, vgl. Nr. 178 Anm. 3.

188 (68, XLII)

Martin befiehlt dem Elekten Robert von Montefeltro unter Androhung geistlicher und weltlicher Strafen, den von der Stadt gefangengehaltenen Propst Hugolinus unverzüglich entgegenzunehmen und ihn der Kurie zu übersenden.

(Montefiascone, 1282 Oktober 19).

Reg. Vat. 42, fol. 37r

Siehe zu den Umständen und den Namen oben Nr. 178.

Idem. Dilecto filio Roberto electo Feretran.

Sicut per litteras tuas nuper audivimus, dilecti filii consules, consilium et commune Feretran. mandatis tuis immo potius apostolicis devote parentes Hugolinum prepositum ecclesie Feretran. nostro et ecclesie Romane nomine
5 custodiunt diligenter.

Unde, cum ipsum Hugolinum pro quieto et bono statu illarum partium, sicut per alias nostras litteras eisdem consulibus, consilio et communi scribimus,¹ ad presentiam nostram velimus adduci, discretioni tue in vi obedientie ac sub pena excommunicationis et privationis officii et omnium beneficiorum, que obtines, ac
10 aliis spiritualibus et temporalibus iuxta nostrum tibi arbitrium infligendis penis per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus incontinenti omni mora et dilatione seu difficultate submotis eundem Hugolinum nomine nostro et ipsius ecclesie Romane recipiens ipsum ad nos sub fida custodia conduces vel
adhibita cura diligenti transmittas².

15 Dat. ut supra.

¹ Siehe vorhergehender Brief.

² Von dieser Forderung nahm Martin IV. später Abstand, siehe unten Nr. 195.

189 (69, XLIII)

Martin verpflichtet sich gegenüber Catalano Raynerii und Johannes Maynecti aus Florenz und den übrigen Mitgliedern ihrer Sozietät, dass er sich an die Vereinbarungen, die sein Kämmerer Berard bei der Aufnahme eines Kredites in Höhe von 2625 Mark Sterling mit ihnen getroffen hat, halten wird.

Montefiascone, 1282 Oktober 4.

Reg. Vat. 42, fol. 37r

Martinus etc. Dilectis filiis Catalano Raynerii et Johanni Maynecti civibus et mercatoribus Florentin. salutem etc.

Cum dilectus filius^a Berardus camerarius noster¹ a vobis vestro et dilectorum filiorum Gerardini et Consilii filiorum Oliverii de Circulis, Oliverii Torresiani, 5 Bindi de Circulis, Bindi et Berti Macii, Fulconis Recoveri, Bernardi Manfredi, Marci Strofaldi, Bonini Phylippi, Taldi Rainerii, Guidonis Vicedomini, Manfredi Oderici, Lapi Ranucini, Johannis de Circulis et Rainaldi Bonizi civium et mercatorum Florentin.² ac omnium aliorum sociorum vestrorum nomine de vestra et ipsorum sociorum pecunia mutuantibus duo milia sexcentas viginti quinque 10 marcas sterlingorum de mandato nostro etc. ut in aliis predictis consimilibus litteris.³

Dat. apud Montemflascon. III non. Octobris pontificatus nostri anno secundo.

^a *Daneben am Rand (von gleicher Hand) de mutuis, darunter II^M.VI^C.XXV.*

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Die genannten Kaufleute sind Mitglieder der Florentiner Sozietät der 'Circuli'. Gerardinus und Consilius *de Circulis* werden 1264 als Anhänger des Staufers Manfred begnadigt (vgl. Rodenberg, *Epistolae III*, 601).

³ Siehe oben Nr. 186.

190 (70, XLIV)

Martin teilt dem Vikar in der Romagna, Guillaume Durand, mit, dass er ihm durch seinen Kubikular Jacob Pocapelea Geld für die Auseinandersetzungen in der Romagna sendet und mahnt ihn, damit sorgsam umzugehen.

Montefiascone, 1282 Oktober 13.

Reg. Vat. 42, fol. 37r-v.

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro decano Carnoten. vicario in spiritualibus provincie Romaniole salutem etc.

Sicut discretionem tuam non credimus ignorare, pridem paulo antequam presens exercitus noster in partibus Romaniole contra rebelles Romane ecclesie conveniret, per tuas litteras intimasti, quod pro solvendis stipendiis et expensis

aliis faciendis circa prosecutionem commissi tibi negotii erat tibi pecunia oportuna, propter quod nos nolentes ex defectu aliquo prosecutionem utilem eiusdem negotii retardari primo per dilectum filium fratrem Jacobum Pocapaliam², cubicularium nostrum, et postmodum per eundem ac fratrem Johannem³, marescalcum familie nostre, et demum per fratrem Bonaiuntam⁴, tunc hostiarium nostrum, magnas et diversas pecuniarum summas tibi duximus destinandas, ex quibus, sicut firmiter credebamus, tam stipendiorum quam aliarum expensarum solutio prosecutioni eiusdem negotii oportuna ad non modicum tempus fieri poterat et debebat. Quare nuper missarum nobis tuarum serie litterarum inspecta, per quas sic instanter petis et repetis habundanter tibi de pecunia provideri, cogimur quodammodo vehementius ammirari, cum in tantarum expensarum profluvio illa deberet temperantia observari, per quam reseratis superfluis circa oportunas et utiles dumtaxat expensas dicti negotii prosecutio ageretur.

Volentes igitur, ut in premissis oportunam adhibeas sollicitudinem et cautelam, ecce * per eundem fratrem Jacobum pro faciendis oportunis expensis circa negotium memoratum certam quantitatem pecunie assignandam tibi presentialiter destinamus ac tibi presentium tenore precipiendo mandamus, quatinus circa singula, que facienda occurrunt, sic prudenter et sapienter intendas, quod discretio tua possit exinde merito commendari. Diem vero assignationis huiusmodi et quantum receperis ab eodem nobis tuis litteris sub tuo sigillo intimare fideliter non omittas.

Dat. apud Montemflascon. III. idus Octobris pontificatus nostri anno secundo.

¹ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

² Jacob de Pocapalea, vgl. zu ihm Nr. 158 Anm. 3.

³ Vgl. Nr. 144 Anm. 2.

⁴ Bonaiunte, Johanniter, vgl. Nr. 128 Anm. 1.

191 (71, XLV)

Martin ernennt den Ritter Johannes Vice aus Anagni zum Herrn über die Burg Lariano und das Dorf Aricia und ersucht ihn, diese nur unter ausdrücklicher päpstlicher Erlaubnis wieder herauszugeben.

(Montefiascone), 1282 Oktober 17.

Reg. Vat. 42, fol. 37v

Martinus etc. Dilecto filio Johanni Vice militi Anagnin.¹ salutem etc.

Ex sinceritate tue devotionis et fidei, quam ad nos et Romanam ecclesiam habere te credimus, firma concepta fiducia, ut in hiis, que tibi a sede apostolica committuntur, fidelis et diligens habearis, castellaniam, custodiam et regimen rocce de Larian.² et castri Aricie³ cum vassallis, iuribus et pertinentiis eorundem fidelitati tue quoad temporalia presentium auctoritate committimus usque ad nostre beneplacitum voluntatis per apostolica scripta tibi firmiter iniungentes, quatinus ad loca predicta te personaliter conferens circa ipsorum custodiam et regimen sic iuxta spem nostram, quam de tua sinceritate concepimus, attentum et

10 utilem studeas exhibere, quod apostolici favoris augmentum digne tibi ex hoc valeat provenire proviso attentius, ut, sicut iuramento corporali firmasti, roccam et castrum predicta nulli, nisi nobis vel cui per speciales litteras bullatas et nuntium sedis apostolice tibi iniunctum fuerit, aliquatenus assignare presumas.

Dat. XVI. kl. Novembris anno secundo.

¹ Aus Anagni, nicht nachgewiesen.

² Lariano (bei Velletri, Prov. Rom), vgl. Silvestrelli, *Città*, I, 184 ff.

³ Aricia, vgl. Silvestrelli, *Città*, I, 174 ff.

(72)

Martin verkündet den Einwohnern der Burg Lariano sowie des Dorfes Aritia die Ernennung des Ritters Johannes Vice zu ihrem Herrn und fordert sie auf, diesem zu gehorchen und ihm alle Einkünfte sowie die Burg Lariano mit allen ihren Gegenständen zu überlassen, worüber Notariatsinstrumente angefertigt werden sollen.

(Montefiascone), 1282 Oktober 18.

Reg. Vat. 42, fol. 37v

In eundem modum. Dilectis filiis hominibus Lariani et castri Aritie nostris et ecclesie Romane fidelibus.

5 Ex sinceritate devotionis et fidei, quam dilectum filium Johannem Vice militem Anagnin. ad nos et ecclesiam Romanam habere credimus, firma concepta fiducia etc. verbis competenter mutatis usque voluntatis.

10 Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsum recipientes benigne sibi tanquam castellano et rectori vestro in hiis, que ad eius spectant officium, humiliter obedire necnon de iuribus et proventibus ecclesie Romane debitis integre respondere ac vos, filii homines de Larian., predictam roccam sibi cum armis, guarnimentis et omnibus ad ipsam spectantibus liberaliter assignare curetis facientes de assignatione predictae rocce ac rerum, quas sibi assignaveritis, confici tria publica instrumenta, quorum unum ad nostram cameram per fidelem nuntium transmittatis et aliud penes vos remaneat, tertium vero castellanus retineat memoratus.

15 Alioquin sententias sive penas, quas temporaliter rite tulerit in rebelles etc. usque observari.

Dat. XV. kl. Novembris pontificatus nostri anno secundo.

192 (73, XLVII)

Martin versichert den genannten Kaufleuten die Vereinbarungen, die sein Kämmerer mit ihnen bezüglich der Aufnahme eines Kredites von 300 Mark Sterling getroffen hat, zu achten.

Montefiascone, 1282 Oktober 27.

Reg. Vat. 42, fol. 37v

Martinus etc. Dilecto filio Huguicioni Gerardini civi et mercatori Senen. salutem etc.

Cum dilectus filius Berardus^a camerarius noster¹ a te tuo et dilectorum filiorum Alexandri et Johannis Salimbene, Rainerii Rainaldi, Hugonis Hugolini, Thure
5 Johannis, Michaelis Palmerii, Chionis Baroncelli et Rainerii Alberti civium et mercatorum Senen. ac omnium aliorum sociorum tuorum nomine de tua et ipsorum sociorum pecunia mutuante trecentas marcas sterlingorum de mandato nostro facto sibi oraculo vive vocis receperit nomine mutui etc.

Dat. apud Montemflascon. VI. kl. Novembris pontificatus nostri anno secundo.

^a *Daneben am Rand (von gleicher Hand) de mutuo, darunter III^C.*

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

193 (74, XLVIII)

Martin befiehlt dem Kubikular Huguicio, sich in die Romagna zu begeben, um dort unter Hinzuziehung des Vikars und des Rektors sowie des Marschalls Robert de Riccavilla insgesamt 400 Söldner auszuwählen, die auch im bevorstehenden Winter im päpstlichen Dienst verbleiben sollen.

Montefiascone, 1282 November 4.

Reg. Vat. 42, fol. 37v

Dieser Brief ähnelt sehr dem hier unter Nr. 198 abgedruckten. Vermutlich wurde nur einer von beiden abgeschickt, wahrscheinlich Nr. 198 (siehe Einleitung). Zu den Namen siehe unten.

Martinus etc. Dilecto filio Huguicioni¹ cubiculario nostro salutem etc.

Inter ceteras sollicitudines, quibus pro universali statu fidelium assidue premimur, illud specialiter et precipue insidet cordi nostro, ut instantis negotii Romaniole, quod pre manibus agitur quodque tantis laboribus et expensis assumpsimus prosequendum, votiva directio in singulis que honorem nostrum et exaltationem sancte Romane ecclesie ac eius fidelium statum prosperum respiciunt nullatenus negligatur.

Intendentes itaque in imminente tempore yemali, quo per campestrum exercitum non possunt commode hostes predictae ecclesie impugnari, loca fidelium eiusdem provincie sic stipendiariorum nostrorum presidii et aliis favoribus communire, quod hostium ipsorum presumptuosa malitia nedum a repentinis insultibus, quibus plerumque temptant fideles nostros offendere, reprimatur, set potius iidem hostes gentis nostre potenter et magnifice exagitari aggressibus de malefactis intellectum concipiant et in salicibus organa sue calamitatis suspendant, volumus et sub pena gratie nostre ac in virtute obedientie tibi tenore presentium districte precipimus et mandamus, quatinus ad partes ipsas te personaliter conferens cum consilio dilectorum filiorum magistri Guillelmi Duranti² capellani nostri vicarii in spiritualibus et nobilis viri Johannis de Epa³ rectoris in temporalibus provincie supradicte necnon et Roberti de Ricca Villa⁴ nostre curie marescalci de illis stipendiariis, quos usque nunc^a ad stipendia nostre camere inibi fecimus retineri, precipue illos, qui de gentis carissimi in Christo filii

nostri . . regis Sicilie⁵ illustris immorantur ibidem, et de aliis Gallicis, quos fide ac probitate personarum et bene monitos equis et armis cognoveris potiores, ad stipendia dicte camere tot studeris retinere, quod computatis utrisque preter gentem, quam carissimus in Christo filius noster . . rex Francorum illustris⁶ in subsidium nostrum et presancte^b Romane ecclesie destinavit, ad minus quadringentorum stipendiariorum quantitas habeatur ad servitium nostrum et ipsius ecclesie in provincia supradicta licentiatas reliquis tam Gallicis quam aliis, qui olim ipsius camere stipendia perceperunt, attentius provisurus, quod in retentione horum quadringentorum stipendiariorum sic sapienter et fideliter studeas te habere, quod gratia, amor vel odium nullum penitus locum sibi apud te valeant vendicare, sed potius tua circumspectione a nobis proinde merito debeat commendari. Quibus secundum spem, quam de tua discretione concepimus, rite actis ad nos redire studeas festinanter.

Dat. apud Montemflascon. II. non. Novembris pontificatus nostri anno secundo. *

^a *Davor ad gestrichen.*

^b *Verschrieben für prefate.*

¹ Hugutio de Vercelli, Mitglied des Templerordens, noch unter Bonifaz VIII. als Kubikular erwähnt, wohl Ende 1302 gestorben, vgl. Göring, *Die Beamten*, 59.

² Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

³ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

⁴ Robert de Richeville, vgl. Nr. 89 Anm. 3.

⁵ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

⁶ Philipp III. der Kühne, * 1245, gest. 1285, französischer König 1270 - 85, vgl. Ch. V. Langlois, *Le règne de Philippe III le Hardi*, Paris 1887.

194 (75)

Martin befiehlt dem Bürger Anagnis, Adinulfus Mathie, den die aufständische Stadt Spoleto für das laufende Jahr zum Podestà gewählt hat, unter Androhung der Exkommunikation und einer Geldstrafe von 2000 Silbermark das Amt vorerst nicht auszuüben oder ausüben zu lassen.

Montefiascone, 1282 November 13.

Reg. Vat. 42, fol. 38r

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Adinulfo Mathie¹ civi Anagnin. salutem etc.

5 Nobilitatem tuam latere non credimus, qualiter Spoletan.² in infidelitatis devio constituti contra sanctam Romanam ecclesiam eorum matrem et dominam
impudenter rebellionis calcaneum exigentes ipsam diversis offensis afficere ac
10 enormibus hiis diebus non sunt veriti iniuriis provocare. Et licet in eos et terram ipsorum propter hoc excommunicationis, interdicti et aliarum penarum processus sint per sedem apostolicam legitime promulgati, tamen iidem tanquam in reprobum sensum dati processus et penas huiusmodi dampnabiliter
contempnentes^a in rebellionem ac contumacia prefate ecclesie, que redeuntibus
filiis non claudit gremium pietatis, persistere obstinatis animis non verentur.³

Sane intellecto nuper, quod prefati Spoletan. pro presenti anno te ad suum regimen evocarunt, nos penitus reputantes indignum, quod tu vel quivis alius ecclesie predicte fidelis eis in huiusmodi obstinatione et rebellione persistentibus
15 in assumendo ipsorum regimine vel alias quomodolibet assistatis,^b nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente tibi sub excommunicationis et duorum milium marcarum argenti penis, quas eo ipso, si mandatum nostrum in hac parte adimplere contempseris, te incurrere volumus, presentium auctoritate firmiter precipiendo mandamus, quatinus huiusmodi regimen, quamdiu ipsi in contumacia
20 predicta extiterint, non assumas nec assumptum presumas per te vel alium exercere, set potius illud reicias et dimittas.

Alioquin dilecto filio . . .^c Andree Spiliati⁴ cappellano nostro Campanie Maritimeque rectori nostris damus litteris in mandatis, ut contra te ad exactionem prefate pene pecuniarie ac alias acrius spiritualiter et temporaliter, prout viderit
25 expedire, procedere non postponat. Necnon et dilectis filiis . . . potestati, consilio et communi Anagnin.⁵ sub certa pena per alias litteras nostras iniungimus,^d ut ad requisitionem ipsius rectoris super hoc sibi assistant favore et consilio oportunis.

Dat. apud Montemflascon. id. Novembris pontificatus nostri anno secundo.

^a *Verschrieben für* contempnentes. ^b *Verschrieben für* assistas. ^c *Die Punkte sind überflüssig.*

^d *Davor litteras gestrichen.*

¹ Adinulf von Anagni, Sohn von Mattia (Neffe Gregors IX.) aus dem Geschlecht der Papa bzw. Papareschi, † nach 1297, vgl. Marchetti - Longhi, *Ricerche*, 306 ff. Seine Wahl zum Podestà durch das aufständische Spoleto ist bezeichnend, galten doch Adinulf und seine Familie als entschiedene Gegner des Papstes, siehe unten Nr. 239.

² Spoleto.

³ Spoleto wurde 1282 November 18 mit dem Interdikt belegt, weil es Perugia im Konflikt mit Foligno unterstützte, vgl. *Les Registres de Martin IV.*, Nr. 282.

⁴ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

⁵ Anagni (siehe den untenstehenden Brief).

(76)

Martin befiehlt dem Rektor der Campagna und Marittima, Andrea Spiliati, die Adinulfo Mathie angedrohten Strafen zu vollstrecken, wenn dieser sich weigert, dem päpstlichen Befehl Folge zu leisten.

(Montefiascone, 1282 November 13).

Reg. Vat. 42, fol. 38r

Item in eundem modum. Eidem rectori verbis competenter mutatis usque persistentibus in assumendo ipsorum regimine vel alias faveat quomodolibet vel assistat, eidem Adinulfo sub excommunicationis et duorum milium marcarum argenti penis, quas eo ipso, si mandatum nostrum in hac parte adimplere
5 contempserit, per litteras nostras firmiter precipiendo mandamus¹, ut huiusmodi regimen etc. usque dimittat.

Quocirca discretioni tue mandamus, quatinus, si predictus nobilis madatum nostrum in hac parte contempserit adimplere, tu contra eum ad exactionem prefate pene pecuniarie ac alias acrius spiritualiter et temporaliter, prout videris expedire,
10 potestate tibi tradita procedere non postponas. Nos enim dilectis filiis . . . potestati,

consilio et communi Anagnin. sub certa forma damus nostris litteris in mandatis, ut ipsi super hoc ad requisitioem tuam assistant tibi favore et consilio oportunis.

Dat. ut supra.

¹ Siehe oben.

(77)

Martin ersucht den Podestà, den Rat und die Gemeinde von Anagni unter Androhung einer Geldstrafe von 3000 Silbermark den Rektor Andrea Spiliati in dem Konflikt mit ihrem Mitbürger Adinulfus Mathie zu unterstützen.

(Montefiascone), 1282 November 14.

Reg. Vat. 42, fol. 38r

Item in eundem modum. . . potestati, consilio et communi Anagnin. Dilectum filium nobilem virum Adinulfum Mathie concivem vestrum latere non credimus etc. verbis competenter mutatis usque dimittat. Iniuncto per alias nostras litteras¹ dilecto filio Andree Spiliati capellano nostro Campanie Maritimeque rectori, ut, si
5 prefatus nobilis mandatum nostrum in hac parte contempserit adimplere, ipse contra eum ad exactionem prefate pene peccuniarie ac alias acrius spiritualiter et temporaliter, prout viderit expedire, potestate sibi tradita procedere non postponat.

Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis sub pena trium milium marcarum argenti firmiter precipiendo mandantes, quatinus prefato
10 rectori ad requisitionem suam super premissis assistatis oportunis consilio et favore, ita quod penam vitantes predictam nostram et apostolice sedis benivolentiam propter hoc in vestris profectibus constituatis merito promptiorem.

Dat. ut supra. XVIII. kl. Decembris anno secundo.

¹ Siehe oben.

195 (78)

Martin erteilt den Konsuln, dem Rat und der Gemeinde von Montefeltro die Erlaubnis, Hugolinus, der sich zum Propst erhoben hat, weiterhin bei sich gefangenzuhalten. Ferner versichert er ihnen entgegen anderslautender Gerüchte, dass Karl v. Anjou weiterhin wirksam die Feinde der Kirche bekämpft.

Montefiascone, 1282 November 23.

Reg. Vat. 42, fol. 38r, s. a. unten fol. 39v Nr. 200 (84).

Martinus etc. Dilectis filiis consulibus, consilio et communi civitatis Sancti Leonis nostris et Romane ecclesie fidelibus salutem etc.

Nuper meminimus vobis dedisse sub certa forma nostris litteris in mandatis¹, ut Hugolinum gerentem se pro preposito Feretran.², quem pro bono statu vestro ac
5 partium earundem ad presentiam nostram volebamus adduci, dilecto filio . . . electo Feretran.³ liberaliter traderetis per eum ad nos sub fida custodia destinandum.

Verum quia, sicut audivimus, ex certis causis vestro et terre vestre bono statui creditis expedire, si dictus Hugolinus ad presens in terra ipsa remaneat et nostro et ecclesie Romane nomine detinendus, nos sperantes, quod tam in hiis quam in aliis
10 zelus fidei, quam erga nos et eandem habetis ecclesiam, fervere debeat devotione ac opere potiori, volumus, ut idem Hugolinus cum oportuna diligentia custodiendus a vobis fideliter in terra vestra iuxta votum nostrum ad presens remaneat devotionem vestram rogantes et hortantes attente ac vobis per apostolica scripta sub pena nostre gratie nicholominus iniungentes, quatinus prefatum
15 Hugolinum sic sollicite sic fideliter studeatis nostro et prefate ecclesie nomine custodire, quod fraudibus aliquorum seu ex negligentia vel defectu aliquo non possit effugere carcerem vel de ipso contra spem nostram aliud evenire, sed potius fidelitas vestra exinde apud nos et apostolicam sedem de bono in melius valeat commendari.
20 Ceterum ne id, quod de carissimo in Christo filio nostro . . . rege Sicilie illustri⁴ sinister et falsus rumor nuper^a auribus vestris invexit, inimicorum demulceat ac vestra et aliorum partium ipsarum fidelium corda exterreat vel perturbet, scire vos cupimus, quod idem rex gratia salvatoris plena vigens corporis sospitate in brachio extento et manu forti adversus suos et Romane ecclesie inimicos gressus
25 suos continuis presidiis nove gentis de partibus Gallie venientis et aliis multimode prosperitatis successibus corroborat feliciter et adauget.

Dat. apud Montemflascon. VIII kl. Decembris pontificatus nostri anoo secundo.

^a *Über der Zeile nachgetragen.*

¹ Siehe oben Nr. 187.

² Hugolino von Montefeltro, vgl. Nr. 178 Anm. 3.

³ Robert von Montefeltro, vgl. Nr. 178 Anm. 1.

⁴ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

196 (79)

Martin befiehlt unter Strafandrohung dem Podestà, dem Rat und der Kommune von Città di Castello, die entgegen ausdrücklichen päpstlichen Verbots einen Bürger aus dem aufständischen Perugia für das nächste Jahr zum Podestà gewählt hatten, diesen am Amtsantritt zu hindern bzw. ihn unverzüglich aus seinem Amt zu entfernen.

Montefiascone, 1282 November 23.

Reg. Vat. 42, fol. 38r-v

Martinus etc. . . potestati, consilio er comuni Civitatis Castell¹ spiritum consilii sanioris.

Sicut ad vos iam credimus pervenisse inter alia, que in processibus habitis per sedem apostolicam contra . . . potestatem, . . . capitaneum et consiliarios et commune ac singulares personas civitatis Perusin.² ipsorum culpis exigentibus continebantur, ipsi Perusin. decernuisse noscuntur, quod iudices et tabelliones de civitate ipsa iudicatus et tabellionatus officiiis sint privati et quod nulli de dicta

civitate in potestates vel capitaneos aut rectores vel ad quocumque aliud officium vel regimen civitatum, castrorum vel locorum ubilibet possint assumi et, si assumantur, etiam assumentes excommunicati sint et quamdiu tales prefuerint civitates, castra et loca huiusmodi ecclesiastico * interdicto subiaceant mandata quoque precepta, ordinationes et statuta omnesque processus, que fecerint, et sententias, quas tulerint, ac quicquid penitus in contractibus et obligationibus sive in quibuscumque aliis actibus egerunt sic assumpti, nulla, irrita et vacua prorsus existant, instrumentis insuper, que dicti tabelliones exnunc fecerint, in iudiciis et extra nulla fides in posterum debeat adhiberi.

Verum quia, sicut audivimus, vos contemptum nostrum et excommunicationem ac interdictum predicta minus provide non vitantes nuper de civitate predicta potestatem pro anno futuro ad vestrum regimen elegistis, nos tante temeritatis audaciam et contemptum nequeunt, sicut etiam nec debemus, sub dissimulatione transire, universitati vestre sub excommunicationis et interdicti ac quatuor milium marcarum argenti et aliis iuxta nostrum vobis arbitrium infligendis penis, quas scilicet excommunicationis vos potestatem et singulos de consilio, interdicti vero ac quatuor milium marcarum argenti vos commune ac civitatem vestram eo ipso incurrere volumus, si contra feceritis, districte precipiendo mandamus, quatinus nullum de dicta civitate Perusin. in potestatem vel capitaneum seu rectorem sive ad quocumque ipsius civitatis vestre regimen vel officia seu officium, donec ab ipsa sede absolvi meruerint, aliquatenus eligatis vel alias quomodolibet assumatis et si de memorata Perusin. civitate aliquos vel aliquem elegistis, electum aut electos huiusmodi ad officium vel officia predictae civitatis vestre nullatenus admittatis, quin potius, si aliquem vel aliquos assumpsistis, ipsum vel ipsos exinde amovere sine dilatione vel difficultate qualibet studeatis illum vel illos aut alios de ipsa civitate Perusin. de cetero, donec absolvi mereantur, ut predicatur, nullatenus admissuri, non obstantibus aliquibus iuramentis prestatis vel prestandis aut quibuscumque promissionibus habitis vel habendis vel obligationibus super hoc inter vos et alios supradictos, que omnia nullius esse decernimus firmitatis.

Et licet talibus sententiis irretiti ad honores vel officia aliqua de iure, ne querant eligi vel assumi nec electis taliter vel assumptis sub salariis eis deputatis sive promissis ius aliquod aquiratur, nos tamen intendentes super hoc communis vestri indemnitatibus precavere, volumus atque precipimus, ut eisdem Perusin. pretextu electionis huiusmodi nullum prorsus salarium nec aliquid occasione salarii tribuatis.

Ceterum dilectum filium Ricardum de Ferentin.³, capellanum nostrum, latorem presentium, ad vos propter hoc duximus destinandum, cuius relationi stabimus de assignatione harum litterarum nostrarum vobis facienda, et per quem vos de intentione nostra super hiis poteritis plenius informari.

Dat. apud Montemflascon. VIII. kl. Decembris pontificatus nostri anno secundo.

¹ Città di Castello

² Perugia war wegen des Konfliktes mit Foligno 1282 November 18 mit dem Interdikt belegt worden (*Les Registres de Martin IV.*, Nr. 280, vgl. Bonazzi, *Storia di Perugia*, 223) siehe zu dieser Auseinandersetzung Waley, *Papal State*, 206.

³ Riccardo di Ferentino, siehe zu ihm Nr. 111 Anm. 1.

197 (80)

Martin befiehlt dem Rektor in der Romagna, Jean d'Eppe, die Bologneser Guido Iusti und Calamonus Zambenelli de Butrio, die sich wieder der päpstlichen Seite anschließen wollen, wiederaufzunehmen, nachdem sie entsprechende Sicherheiten geleistet haben.

(Montefiascone), 1282 November 30.

Reg. Vat. 42, fol. 38v

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Johanni de Epa¹ totius provincie Romaniole rectori salutem etc.

Sicut nobis asseritur, Guido Iusti² et Calamonus Zambenelli de Butrio³ cives Bononien. de sua salute provide cogitantes ac formidantes eos comprehendisse
5 diversos processus per nos et de mandato nostro habitos tam contra Guidonem dictum comitem de Montefiltro⁴ eiusque complices et stipendiarios quam contra .
 . capitaneum, consilium et universitatem partis Lambertatorum⁵ de Bononia potestates quoque capitaneos, consilliaros et universitates quamplurium civitatum et locorum illarum partium ac alios generaliter et singulariter ab olim ad sedem
10 apostolicam accesserunt et petierunt humiliter et instanter, ut eos ad mandata ecclesie Romane recipere dignaremur, ac propter hoc apud sedem ipsam diutius specialiter ipse Guido commorans preter anxietates et incommoda est, ut dicitur, experiri compulsus tedia paupertatis.

Nos autem paterno eisdem civibus compatientes affectu ac misericordie
15 ianuam aperientes eisdem discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus predictis civibus in proposito huiusmodi persistentibus ad devotam petitionem eorum facias tibi nostro et ipsius ecclesie nomine exhiberi ab eis et ipsorum quolibet de stando mandatis nostris et eidem ecclesie pro eorum
20 qualitatibus ydoneas cautiones. Quibus receptis ipsos ad mandata ipsa recipias et, si solide in devotionem premanserint, inter alios devotos ecclesie prefate iuxta eorum condiciones et merita favorabiliter prosequare; non obstante, quod tibi per alias litteras nostras dicimur iniunxisse, quod nullum ad mandata ipsa recipias, nisi prius super hiis per nos aliud contingeret ordinari et a nobis super hoc certam
25 formam et mandatum reciperes speciale.

De receptione vero cautionum et mandatorum predictorum confici facias publica instrumenta illa nobis per fidelem nuntium transmissurus ac rescripturus fideliter per tuas litteras harum seriem continentes, quicquid in premissis duxeris faciendum.

Dat. ut supra, II. kl. Decembris anno secundo.

¹ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

² Nicht nachgewiesen.

³ Aus Bologna, nicht nachgewiesen.

⁴ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm. 3.

⁵ Die ghibellinischen Lambertazzi waren 1279 aus Bologna vertrieben worden, vgl. Hessel, *Geschichte*, 518.

(81)

Martin befiehlt dem Vikar in der Romagna, Guillaume Durant, die obengenannten und deren Familien von der Exkommunikation zu lösen.

(Montefiascone, 1282 November 30).

5 *Reg. Vat. 42, fol. 38v*

In eundem modum. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ decano Carnoten. capellano nostro in provincia Romaniolo vicario in spiritualibus etc.

Sicut nobis asseritur etc., etc. verbis competenter mutatis usque reciperet speciale.

5 Quocirca mandamus, quatinus, postquam dicti cives huiusmodi prestiterint cautiones et idem rector eos, ut premittitur, ad mandata receperit, tu prefatos cives et eorum familias id devote petentes absolvas hac vice auctoritate nostra iuxta formam ecclesie ab excommunicationum sententias, quas eorundem occasione processuum incurrerunt rescripturus nobis fideliter per tuas litteras harum seriem
10 continentis, quicquid in premissis duxeris faciendum.

Dat. ut supra. *

¹ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

198 (82)

Martin befiehlt dem Kubikular Huguicio und dem Marschall seiner 'familia', Johannes, sich in die Romagna zu begeben, um dort unter Hinzuziehung des Vikars und des Rektors sowie der Söldnerführer Colard und Petrus de Mollan. und anderer insgesamt 500 Söldner (300 französische und 200 lateinische) auszuwählen, die auch im bevorstehenden Winter im päpstlichen Dienst verbleiben sollen.

Montefiascone, 1282 Dezember 9.

Reg. Vat. 42, fol. 39r

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr.413 - Potthast 21958. - Siehe auch die Vorbemerkung zu Nr. 193 und die Einleitung.

Martinus^a etc. Dilectis filiis fratribus Uguicioni¹ cubiculario et Johanni marescalco² familie nostris salutem etc.

5 Inter ceteras sollicitudines, quibus pro universali statu fidelium assidue premimur, illud specialiter et precipue insidet cordi nostro, ut instantis negotii Romaniolo,³ quod premanibus agitur quodque tantis laboribus et expensis assumpsimus prosequendum, votiva directio in singulis, que honorem nostrum et exaltationem sancte Romane ecclesie ac eius fidelium statum prosperum respiciunt, nullatenus negligatur.

10 Intendentes itaque in imminente tempore yemali, quo per campestrum exercitum non possunt commode hostes predictae ecclesie impugnari, loca fidelium eiusdem provincie sic stipendiariorum nostrorum presidiis et aliis favoribus

communire, quod hostium ipsorum presumptuosa malitia nedum a repentinis
 insultibus, quibus plerumque temptant fideles nostros offendere, reprimatur, sed
 15 potius iidem hostes gentis nostre potenter et magnifice exagitari aggressibus de
 malefactis intellectum concipiant et in salicibus organa sue calamitatis
 suspendant, volumus et sub pena gratie nostre ac fidelitatis debito iuramenti nobis
 prestiti vobis tenore presentium districte precipimus et mandamus, quatinus ad
 partes ipsas vos personaliter conferentes cum consilio dilectorum filiorum
 20 magistri Guillelmi Duranti capellani nostri vicarii in spiritualibus⁴ et nobilis viri
 Johannis de Epa⁵ rectoris in temporalibus provincie supradicte necnon et nobilium
 virorum Colardi et Petri de Mollan.⁶ fratrum vel alterius eorundem capitaneorum
 gentis, quam carissimus in Christo filius noster . . . rex Francorum illustris⁷ nuper
 ad nostrum et Romane ecclesie servitium destinavit, illis stipendiariis, quos usque
 nunc ad stipendia nostre camere inibi fecimus retineri, precipue illos, qui de
 25 stipendiariis carissimi in Christo filii nostri . . . regis Sicilie illustris⁸ immorantur
 ibidem, et de aliis tam Gallicis quam Latinis, quos fide ac probitate personarum et
 bene munitos equis et armis cognoveritis potiores, ad stipendia dicte camere tot
 retinere curetis, quod computatis utrisque preter gentem prefatam trecenti Gallici
 et ducenti Latini remaneant ad nostrum et ecclesie predicte servitium sub
 30 stipendiis eiusdem camere in provincia supradicta licentiatis reliquis tam Gallicis
 quam aliis, qui olim ipsius camere stipendia perceperunt, attentius provisuri, quod
 in retentione horum quingentorum stipendiariorum vos habere sic sapienter et
 fideliter studeatis, quod gratia, amor vel odium nullum penitus locum sibi apud
 vos valeant vindicare, set pocius vestra circumspectione a nobis proinde merito
 35 debeat commendari. Quibus secundum spem, quam de vestra discretione
 concepimus, rite actis ad nos redire quamtotius studeatis.

Dat. apud Montemflascon. V. id. Decembris pontificatus nostri anno secundo.

^a *Oberhalb der Seite (von gleicher Hand):* hic incipit quaternus iste.

¹ Hugutio de Vercelli, vgl. Nr. 193 Anm. 1.

² Vgl. Nr. 144 Anm. 2.

³ Die päpstliche Offensive gegen die Aufständischen in der Romagna war 1282 nicht vorangekommen. So war etwa die Belagerung der Burg Meldola durch päpstliche Truppen erfolglos geblieben und hatte nach Angaben Salimbenes die enorme Summe von 300000 Pfund verschlungen, vgl. Davidsohn, *Geschichte II*, 232.

⁴ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

⁵ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

⁶ Möglicherweise aus Mollans-sur-Ouvèze, Dép. Drôme: Colard ist 1275 als Gesandter Philipps III. nachweisbar (vgl. Langlois, *Philippe III*, 211), Petrus wird als Familiar Philipps bezeichnet (vgl. ebd., 137 Anm. 4).

⁷ Philipp III. der Kühne, König von Frankreich 1270 - 1285.

⁸ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

(83)

Martin befiehlt dem Vikar und dem Rektor in der Romagna, Guillaume Durand und Jean d'Eppe, den Kubikular und den Marschall bei der Auswahl der Söldner zu unterstützen.

5

(Montefiascone, 1282 Dezember 9).

Reg. Vat. 42, fol. 39r

In eundem modum. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti capellano nostro vicario in spiritualibus et nobili viro Johanni de Epa rectori in temporalibus provincie Romaniolae.

Inter^a ceteras etc. verbis competenter^b usque commendari.

5 Quocirca discretioni^c per apostolica scripta sub pena nostre gratie ac fidelitatis debito iuramenti nobis prestiti firmiter precipiendo mandamus, quatinus prefatis fratribus super hiis fideliter et favorabiliter assistentes in eligendis et retinendis huiusmodi melioribus stipendiariis nemini deferendo de consilio et favore sic utiliter provideatis eisdem, quod secundum spem nostram fraudi locus non pateat
10 nosque devotionem vestram proinde possimus in Domino merito commendare.

Dat. ut supra.

^a Davor salutem etc. gestrichen. ^b zu ergänzen mutatis. ^c zu ergänzen vestre.

199 (84)

Martin ermahnt die Grafen von Castrocaro trotz der Verluste, die sie im Kampf gegen die Feinde der Kirche erlitten haben, dieser weiterhin die Treue zu halten und teilt ihnen mit, dass ihnen die bei Forlì verlorenen Pferde von der päpstlichen Kammer ersetzt werden.

Montefiascone, 1282 Dezember 10.

Reg. Vat. 42, fol. 39r-v

Martinus etc. Dilectis filiis nobilibus viris comitibus Castri Cari¹ nostris et ecclesie Romane fidelibus salutem etc.

Ex fervore devotionis et fidei, quam erga nostra et ecclesie Romane servitia, postquam ad eius rediistis mandata, vos constanter habuisse et habere accepimus,
5 debet vobis merito provenire, ut inter alios ecclesie prefate devotos in hiis, que ad comodum * et honorem vestrum pertinent, a nobis et sede apostolica gaudeatis prerogativa specialis favoris et gratie confoveri. Nos igitur volentes, ut de equis, quos olim in conflictu Forlivii² pro servitio prefate Romane ecclesie amisistis, de camera nostra vobis congrue satisfiat, dilecto filio magistro Guillelmo Duranti³
10 capellano nostro decano Carnoten. vicario in spiritualibus provincie Romaniolae damus nostris litteris in mandatis, ut de huiusmodi equis vobis congruam satisfactionem impendat et alias vos benigne et favorabiliter prosequatur.

Quocirca sinceritatem vestram rogandam duximus attentius et hortandam, quatinus incepte devotionis constantia solide persistentes inantea circa ipsam
15 ecclesiam magnanimitatis studia continuare indefessis animis studeatis, proinde attendendo, quod, quamvis ad presens pro eadem ecclesia multimoda personarum et rerum sustineatis dispendia ab ipsius ecclesie inimicis, ex hoc tamen fame vestre titulus apud nos et eandem ecclesiam efficacius promeretur, ut grata et fructuosa devotionis vestre obsequia impressa perpetuo nostris et ipsius ecclesie
20 visceribus caritatis amplioris honoris et gratie beneficentia suo loco et tempore sic favorabiliter tribuente Domino prosequimur, ut preterite pressure obliti gaudeatis in sinu sedis apostolice tamquam fideles et predilecti filii confoveri in benedictionibus sempiternis et munificentiiis^a gratiarum^a.

25 Dat. apud Montemflasconem III. id. Decembris pontificatus nostri anno secundo.

^{a-a} ficentiis gratiarum *am Rand, durch Verweiszeichen hier eingefügt.*

¹ Castrocaro, Prov. Forlì.

² Möglicherweise ist damit die Schlacht bei Forlì gemeint, bei der am 1. Mai 1282 das päpstliche Heer eine schwere Niederlage erlitten hatte.

³ Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

200 (84)

Der sich an dieser Stelle befindliche Brief an die Konsuln, den Rat und die Gemeinde von S. Leo ist getilgt. Er ist identisch mit Nr. 195.

201 (85)

Martin befiehlt dem königlichen Vikar in Rom, Philipp von Lavena, die unerlaubte Prägung von Münzen in Rom zu unterbinden bzw. zu verhindern, dass diese in Umlauf geraten.

Orvieto, 1282 Dezember 26.

Reg. Vat. 42, fol. 39v-40r

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 416 - Potthast 21961; Vgl. Dupre-Theseider, Roma, 225.

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Philippo de Laven. regio in Urbe vicario¹ salutem etc.

5 Grave nec immerito gerimus et molestum, cum quid ab eis, - presertim quos nobis et ecclesie Romane arbitramur esse devotos, - attemptari conspicitur, quod in ipsius posset iniuriam vel preiudicium redundare, aut cum illorum ad id faciendum voluntas, ne dicatur ausus, extenditur, quod omnino non possunt nec debent in actum deducere absque ipsius ecclesie licentia speciali. Nuper siquidem ad audientiam nostram non sine grandi admiratione pervenit, quod in civitate Roman. diverse cuduntur seu cudi debent sive fabricari monete, que in civitate
10 prefata cudi seu fabricari non possunt nec debent absque licentia sedis apostolice speciali.

Quia igitur non possumus nec debemus talia equanimiter tollerare, discretionem tuam monemus, rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus diligenter attendens, quod te utpote devotionis et obedientie filium condecet, ut beneplacis^a eiusdem ecclesie, que personam tuam speciali affectione prosequitur, te coaptas, studio vigilantibus procures, ut a cusione sive frabricatione^b huiusmodi monetarum desistatur omnino vel ad eas cudendas seu fabricendas processus aliquis nullatenus habeatur, presertim cum talis fabricatio monetarum fiat penitus contra iura, ita quod huiusmodi monete, que de
20 prefate sedis licentia non cuduntur, non legitime, set pocius adulterine^c debent

non immerito reputari. Si vero fabricatum est aliquid de eisdem, illud nequaquam deducatur in publicum neque usui quomodolibet exponatur, quinimmo cautius teneatur occultum, donec super hoc per sedem eundem contigerit aliter provideri.

25 Sic itaque in hac parte te gerere studeas, sic prudenter et caute procedas, ut tue devotionis promptitudinem, quam in hoc invenire cupimus efficacem, condignis laudibus attollamus et sedis predictae gratia, quam libenter ad filios devotos extendimus, circa te non indigne suscipiat incrementum nec oporteat nos super hoc, cum talia eque pati animo aliquatenus non possimus, ad * remedium aliud habere recursum.

30 Ut autem in hoc nostre intentionis propositum tibi apertius innotescat, ecce dilectum filium Fridericum electum Iporien.² latorem presentium ad te specialiter destinamus, per quem de huiusmodi nostra intentione poteris plenius informari.

Dat. apud Urbem veterem VII. kl. Ianuarii pontificatus nostri anno secundo.

^a Verschrieben für beneplacitis. ^b Verschrieben für fabricatione. ^c Verschrieben für adulterime.

¹ Filippo di Lavena, Vikar Karls I. von Anjou in Rom, vgl. Nr. 152 Anm. 3.

² Friedrich von Ivrea. Von Urban IV. mit der Administration des Bistums Ivrea vertraut, von Martin IV. zum Bischof ernannt (1282 September 21; vgl. Olivier - Martin, *Les registres de Martin IV.*, Nr. 106.), wo er sich allerdings nicht durchsetzen konnte (vgl. Savio, *Antichi vescovi*, 218 f.) 1284 August 23 (siehe unten Nr. 514) von Martin IV. zum Rektor der Provinz Campagna Marittima ernannt, 1289 - 1303 Bischof von Ferrara (vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 248).

202 (86)

Martin befiehlt seinem Familiar Hugucio Marcioli sich in die Mark Ancona zu begeben und allen, die dort Seehandel betreiben, unter Strafantrohung zu verbieten, Guido von Montefeltro oder dessen Anhänger mit Lebensmitteln zu beliefern. Von Verdächtigen soll er geeignete Sicherheiten verlangen, dass sie dies unterlassen.

(Montefiascone), 1282 Dezember 28.

Reg. Vat. 42, fol. 40r

Martinus etc. Dilecto filio Huguicioni Marcioli¹ familiari nostro salutem etc.

Cum, sicut accepimus, Guido de Montefiltro² persecutor Romane ecclesie manifestus, ut sibi et genti sue in victualibus, quorum magnam egestatem sustinere dicuntur, valeat subvenire, a nonnullis hominibus quamplurimum
5 locorum Anconitan. Marchie huiusmodi victualia per mare deferri ad loca sibi adherentia astutis studiis satagat et laboret, nos ipsius in hac parte scelestibus votis obviare penitus intendentes volumus et precipiendo tibi auctoritate mandamus, quatinus, ut ad partes prefate Marchie te personaliter conferas, omnibus, qui
10 victualium mercimonia per mare in partibus ipsis exercent, generaliter et singulariter sub certa pena inhibeas et iniungas, ne dicto Guidoni vel fautoribus et adherentibus ei per mare vel per terram huiusmodi victualia vendere seu ad eorum terras portare presumant. Ab illis autem, quos de hac suspectos putaveris, recipias nostro et ecclesie Romane^a idoneas cautiones, quod eisdem rebellibus non

15 vendent nec ad ipsos deferrent vel deferri facient victualia supradicta faciens de
hiis omnibus confici publica instrumenta camere nostre per te vel fidelem nuntium
quamtotius resignanda.

Dat. ibidem V. kl. Ianuarii anno secundo.

^a *Danach nomine zu ergänzen.*

¹ Huguccio Marcioli, wohl verschrieben: Es handelt sich um den unten (Nr. 214) erwähnten Huguccio Marchio.

² Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

(87)

Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona, Giffrid von Anagni, Hugucio Marcioli bei der oben erwähnten Aufgabe mit Rat und Tat zu unterstützen.

(Montefiascone, 1282 Dezember 28).

In eundem modum. Magistro Giffredo de Anangnia¹ auditori contradictarum capellano nostro Marchie Anconitane rectori verbis competenter mutatis usque camere nostre per eum vel fidelem nuntium quamtotius resignanda.

5 Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem
Huguicioni super premissis, quotiens te requisierit, exhibeas consilium, auxilium
et favorem et nichilominus iuxta traditam tibi formam per alias nostras litteras in
huiusmodi negotio, prout expedire utilius videris, procedere non postponas
omnimodam diligentiam adhibendo, per quam ipsum negotium favorabiliter et
10 celeriter persequaris et secundum spem nostram fine laudabili tuo cooperante
studio concludatur.

Dat. ut supra.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

203 (88)

Martin befiehlt seinem Familiar, dem Florentiner Kaufmann Hugucio Marcioli, in der Mark Ancona Getreide zu kaufen und am geeigneten Ort zu lagern, von wo es mit Schiffen in die Romagna transportiert und dem dortigen Rektor und Vikar übergeben werden kann.

(Montefiascone, 1282 Dezember 28).

*Reg. Vat. 42, fol. 40r
Siehe Nr. 202*

Martinus etc. Dilecto filio Huguicioni Marcioli civi et mercatori Florentin. familiari nostro salutem etc.

5 De fidelitate ac probitate tua plenam in Domino fiduciam obtinentes presentium tibi tenore mandamus, quatinus ad partes Anconitan. Marchie te personaliter conferens mille frumenti ac mille quingentas inter speltam et ordeum

salmas ibidem emas sollicite et in aliquo congruo et tuto loco eiusdem provincie, a quo per mare ad terras fidelium nostrorum provincie Romaniolae comodius portari valeat, huiusmodi bladum facias congregari presignificando dilecto filio vicario et rectori eiusdem provincie Romaniolae, ut ad locum ipsum aliquos fideles nuntios cum sufficientibus lignis mittant et restituta tibi pecunia quam pro pretio et
10 expensis, quas pro emendo et deferendo seu faciendo deferri de loco ad locum ipsum bladum duxeris expedendam^a, bladum huiusmodi ad predictas terras fidelium procurent deferre ac eisdem rectori et vicario assignare.

Super hiis autem sic te habere studeas sollicitum et attentum, ut diligentia tua
15 proinde merito valeat commendari.

Dat. ut supra

^a *Verschrieben für expedendas.*

204 (89)

Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona, Giffrid von Anagni, von Ancona und sonstigen Einwohnern der Mark, die mit Lebensmitteln Seehandel treiben, geeignete Sicherheiten zu verlangen, dass sie nicht Guido von Montefeltro und dessen Anhänger beliefern.

(Montefiascone, 1282 Dezember 28).

Reg. Vat. 42, fol. 40r

Siehe Nr. 202

Martinus etc. Dilecto filio magistro Giffrido de Anagnia¹ auditori contradictarum capellano nostro rectori Marchie Anconitan.

Licet tibi pridem sub certa forma nostris litteris dederimus in mandatis, ut sollicite ab hominibus de Ancon.², qui per mare victualia deferunt, cautiones, de
5 quibus videris expediens, recipi procurares, quod ad Guidonem de Montefeltro³ terrasque sibi adherentes victualia huiusmodi non deferrent, tamen, quia nuper accepimus, quod idem G. astutis studiis satagit de pluribus locis Marchie per mare sibi huiusmodi victualia procurare, volumus et tibi auctoritate presentium precipiendo mandamus, quatinus circa id adhibens remedium oportunum tam a
10 dictis Anconitan. quam aliis provincie tibi comisse per mare huiusmodi mercimonia victualium exercentibus securitates et cautiones ydoneas per te vel alios recipere studeas aliasque in premissis negotio per adiectiones penarum utiliter providere, quod nullus predictis rebellibus presumat victualia vendere vel deferre nec super hoc vel aliis prebere auxilium vel favorem.

15 Quicquid autem super hiis duxeris faciendum, nobis tuis litteris harum seriem continentibus rescribere fideliter non postponas.

Dat. ut supra.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Ancona.

³ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

205 (90)

Martin ersucht die Adligen, die Podestà und Rektoren sowie alle Städte und Dörfer der Mark Ancona, Hugucio Marcioli, der im päpstlichen Auftrag dort Getreide kaufen soll, um es in die Romagna zu senden, dabei zu unterstützen. Außerdem erklärt er alle Statuten und Verfügungen, die dem entgegenstehen könnten, für nichtig.

(Montefiascone, 1282 Dezember 28).

*Reg. Vat. 42, fol. 40r
Vgl. Nr. 202*

Martinus etc. Dilectis filiis universis baronibus et nobilibus ceterisque personis secularibus ac potestatibus seu rectoribus, communitatibus et universitatibus civitatum, castrorum aliorumque locorum per Anconitan. Marchiam constitutis, ad quos littere iste pervenerint, salutem etc.

5 Cum dilectum filium Huguicionem Marcioli civem et mercatorem Florentin. latorem presentium familiarem nostrum pro emenda certa quantitate bladi ad fideles nostros et Romane ecclesie provincie Romaniolle transmittendi ad partes vestras presentialiter destinemus, universitatem vestram rogamus et hortamur
10 attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus ei super hiis favorabiliter assistentes ipsum huiusmodi bladum emere et ad fideles ipsos transmittere libere permittatis non obstante aliquo statuto contrario sive ordinatione a vobis seu
15 aliquibus vestrum edita de grassia extra loca seu terras aut provinciam vestram ad partes alias non mittenda, quod quidem statutum quoad premissa volumus non valere, mandatum nostrum in hac parte taliter implecturi, quod devotio vestra proinde possit apud nos et eandem Romanam ecclesiam non inmerito in Domino commendari.

Dat. ut supra. *

206 (91)

Martin verbietet allen Städten, Dörfern, Baronen, sonstigen Adligen sowie allen übrigen Personen in der Mark Ancona unter Festsetzung bestimmter Geldstrafen, Guido von Montefeltro oder dessen Anhänger mit Waffen, Pferden, Gefäßen, Lebensmitteln oder anderen Dingen zu unterstützen.

Orvieto, 1283 Januar 8.

Reg. Vat. 42, fol. 40v

Martinus etc. Ad certitudinem presentium et memoriam fututorum.

Sicut nuper ad nostrum pervenit auditum, nonnulle communitates vel universitates, quamplures etiam barones et nobiles ac alie singulares persone Anconitan. Marchie non attendentes molestias et iniurias, quibus Guido dictus

5 comes de Montefiltro¹ ac ipsius complices, stipendiarii et alique communitates et
universitates partium Romaniolae in hoc adherentes eidem nos et ecclesiam
Romanam diutius affecerunt et afficere non verentur, nec advertentes varios per
sedem apostolicam processus habitos contra eos, aliorum quoque culpas, ne ipsas
10 suas facere videantur, in sue^a salutis dispendium minus provide non vitantes,
quinocius, quod est gravius, dictos Guidonem, complices, stipendiarios,
communitates et universitates ipsius Romaniolae in suis rebellionibus confoventes
navigia onerata victualibus^b et aliis necessariis^b transmittunt eis tam
per mare quam per terram in hiis et aliis favorem et auxilium impendendo.

Nos autem talibus obviari periculis et communitates, universitates, barones,
15 nobiles ac singulares personas ipsius Marchie a sic dispendioso errore retrahi et a
dispendiis preservari per ipsius sedis sollicitudinem cupientes omnibus et singulis
communitatibus, universitatibus, baronibus, nobilibus et personis eiusdem
Marchie, cuilibet communitati vel universitati videlicet civitatis sub mille, castri
sub quingentarum, baroni sub trecentarum et nobili sub ducentarum ac alii
20 singulari persone sub centum marcharum argenti et aliis iuxta nostrum eis
arbitrium inferendis penis auctoritate apostolica districtius inhibemus, ne dictis
Guidoni, complicitibus, stipendiariis, communitatibus et universitatibus Romaniolae
per aquam vel per terram arma, equos, vasa, victualia seu necessaria vel alia
quecumque subsidia mittere vel deferre presumant neve per alios, quantum in eis
25 fuerit, mitti vel deferri permittant.

Et si super hiis contra inhibitionem nostram secus a quoquam attemptari^c
contigerit, contrarium presumentes predictas declaratas penas extunc eo ipso
incurrisse decernimus et navigia ac alia contra inhibitionem eandem victualia vel
alia, ut predicatur, deferentia cum victualibus et aliis supradictis exnunc auctoritate
30 simili eidem ecclesie confiscamus contra presumentes eosdem gravius, sicut
expedire viderimus et pertinacia ipsorum exegerit^d, processuri.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis,
constitutionis et confiscationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis
autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum
35 Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Dat. apud Urbem veterem VI. id. Ianuarii, pontificatus nostri anno secundo.

^a Über der Zeile nachgetragen. ^{b-b} Über der Zeile nachgetragen. ^c 'p' über der
Zeile nachgetragen. ^d 'e' über der Zeile nachgetragen.

¹ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

207 (92)

Martin befiehlt dem Rektor im Patrimonium Sankti Petri, Adam Fourrier, persönlich vor ihm zu erscheinen oder einen Vertreter zu schicken, um zu den Vorwürfen Stellung zu nehmen, die die Stadt Orvieto gegen ihn erhoben hat, damit er in dieser Frage entscheiden kann. In der Zwischenzeit soll Fourrier Übergriffe gegen Orvieto und das dazugehörige Territorium unterlassen.

Orvieto, 1282 Januar 21.

Reg. Vat. 42, fol. 40v-41r

Kiesewetter, DBI, 49, S. 515f. - Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 415 - Potthast 21979.

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Ade Forrerii¹ rectori Patrimonii beati Petri in Tuscia salutem etc.

5 Dilecti filii . . potestas, . . capitaneus et consilium Urbevetan.² nobis graviter sunt conquesti, quod tu in nonnullis ex concivibus suis necnon et in quibusdam
castris eorum dominio et iurisdictioni * subiectis de novo iurisdictionem usurpans,
super qua rectores Patrimonii, qui fuerunt pro tempore, eos nec impetierunt
hactenus nec gravarunt, a Zarfalia milite³ ipsorum concive domino tertie partis
castris Moncorii⁴ certam cautionem pro securitate stratarum et grassie niteris
10 extorquere faciendo ipsum propter hoc, quia mandatis tuis non paruit, nequiter
exbanniri et similem cautionem a dominis castrorum Flagian. et Sancti Johannis⁵
pro causa simili nichilominus extorquendo. Preterea a Tancredo et Ocla de
Trivignano⁶ comitatus eorum sexcentas libras Cortonen. occasione quorumdam
maleficiorum indebite diceris extorsisse, cum potestas et capitaneus Urbevetan. ab
15 antiquo tam in eos quam alios supradictos iurisdictionem huiusmodi consueverunt
exercere. Quare pro parte ipsorum petebatur a nobis, ut super hiis providere de
oportuno remedio dignaremur.

20 Nos igitur volentes de premissis et eorum circumstantiis plenius informari
presentium tibi tenore mandamus, quatinus, si absque commisi tibi officii
preiudicio potes comode, personaliter sine dilatione qualibet compareas coram
nobis. Alioquin mittas ad presentiam nostram unum de iudicibus tuis, qui plenam
notitiam habeat omnium predictorum, ita quod exinde plenius informati
mandemus in premissis, quod viderimus expedire nichilominus tibi firmiter
iniungentes, ut interim contra dictos Urbevetan. vel castra et terras eorum in
aliquo non procedas.

25 Dat. apud Urbemveterem XV. kal. Februarii pontificatus nostri anno secundo.

¹ Adam Fourrier, siehe über ihn Nr. 11 Anm. 1

² Orvieto.

³ Nicht identifiziert.

⁴ Nicht identifiziert.

⁵ Nicht identifiziert.

⁶ Nicht identifiziert.

208 (93)

Martin ernennt Ansello de Valle Johannis zum Kastellan und Kustos der Burg Cesi und des Dorfes Perrochio und betraut ihn mit der Regierung über die Terra Arnulforum.

Orvieto, 1283 Januar 24.

Reg. Vat. 42, fol. 41r

Vgl. Nr. 183

Martinus etc. Dilecto filio Ansello de Valle Johannis domicello nostro¹ salutem etc.

5 Ex^a sinceritate tue devotionis et fidei, quam ad nos et Romanam ecclesiam habere te credimus, firma concepta fiducia, ut in hiis, que tibi a sede apostolica committuntur, fidelis et diligens habearis, castellaniam et custodiam rocce de
10 Cesis et castri Perocli necnon regimen Terre Arnulforum² cum vassallis, iuribus et pertinentiis eorundem fidelitati tue quoad temporalia presentium auctoritate committimus usque ad nostrum beneplacitum voluntatis per apostolica scripta tibi firmiter iniungentes, quatinus ad loca predicta te personaliter conferens circa
15 ipsorum custodiam et regimen sic iuxta spem, quam de tua sinceritate concepimus, attentum et vigilem te studeas exhibere, quod apostolici favoris augmentum digne tibi ex hoc valeat provenire, proviso attentius ut, sicut iuramento corporali firmasti, roccam, castrum et terram predicta nulli, nisi nobis,
20 vel cui per speciales litteras bullatas et nuntium sedis apostolice tibi iniunctum fuerit, aliquatenus assignare presumas.

Dat. apud Urbemveterem VIII. kl. Februarii pontificatus nostri anno secundo.

^a *Daneben am Rand (wohl von gleicher Hand): commissio castellanie rocce de Cesis et Terre Arnulforum.*

¹ Nicht nachgewisen (zu den 'domicelli' vgl. Rusch, *Die Behörden und Hofbeamten*, 97).

² Cesi, Perrochio, 'Terra Arnulforum' (Gegend um Cesi), Prov. Terni (Umbrien).

(94)

Martin verkündet den Bewohnern von Cesi, von Perrochio sowie der Terra Arnulforum die Ernennung von Ansello de Valle zum Rektor und Kastellan und befiehlt ihnen, diesem Gehorsam zu leisten und die der römischen Kirche zustehenden Abgaben und Verpflichtungen zu leisten.

(Orvieto), 1283 Januar 25.

Reg. Vat. 42, fol. 41r.

In eundem modum. Dilectis filiis hominibus Rocce de Cesis, castri Perocli et Terre Arnulforum ecclesie Romane fidelibus salutem etc.

Ex sinceritate etc. verbis competenter mutatis usque voluntatis.

5 Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsum benigne recipientes sibi tanquam castellano et rectori vestro in hiis, que ad eius

spectant officium, humiliter obedire necnon de iuribus et proventibus ecclesie Romane debitis integre respondere curetis, ita quod devotionem vestram exinde possimus merito commendare.

10 Aliquin^a sententias sive penas, quas temporaliter rite statuerit vel inflixerit in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari.

Dat. ibidem VIII. kl. Februarii anno secundo. *

^a *Verschrieben für Alioquin.*

209 (95)

Martin befiehlt dem Kastellan und Rektor Blancucio de Luca die Burg Cesi, das Dorf Perrochio sowie die Terra Arnulforum, mit allen Waffen und sonstigen Dingen Ansellus de Valle Johannes auszuhändigen. und darüber drei Urkunden, je eine für ihn, Ansellus und die päpstliche Kammer, anfertigen zu lassen.

(Orvieto, 1283 Januar 25).

*Reg. Vat. 42, fol. 41v
Vgl. Nr. 208, 183*

Martinus^a etc. Dilecto filio Blancucio de Luca¹ hostiario nostro castellano rocce de Cesis et castri Perocli ac^b rectori Terre Arnulforum salutem etc.

5 Presentium tibi tenore precipiendo mandamus, quatinus visis presentibus litteris roccam de Cesis et castrum Perrocli ac Terram Arnulforum cum armis, guarnimentis ac omnibus rebus ad ea spectantibus dilecto filio Ansello de Valle
10 Johannis domicello nostro latori presentium, cui predictorum rocce et castri custodiam ac regimen ipsius Terre Arnulforum commisimus usque ad nostrum beneplacitum, summoto cuiuslibet difficultatis obstaculo libere nostro et ipsius ecclesie Romane nomine assignare procures faciens de assignatione huiusmodi
confici tria publica instrumenta, quorum unum ad cameram nostram mittas, aliud
penes te remaneat et reliquum Ansellus retineat memoratus.

Dat. ut supra.

^a *Daneben am Rand (wohl von gleicher Hand): quod assignetur rocca de Cesis novo castellano.* ^b *Über der Zeile nachgetragen.*

¹ Vgl. Nr. 183 Anm. 1.

210 (96)

Martin befiehlt dem Markgrafen (Obizzo) von Este, in dessen Territorium die von der Kirche konfiszierten Güter des Aufständischen Guillemoctius Apulus liegen, den Thesaurar in der Romagna, (Chino Colti), bei der Inbesitznahme dieser Güter zu unterstützen.

Orvieto, 1283 Januar 25.

Reg. Vat. 42, fol. 41v

Martinus^a etc. Dilecto filio nobili viro . . marchioni Esten.¹ salutem etc.

Cum, sicut ad tuam et aliorum nostrorum et ecclesie Romane fidelium ipsarum partium^b credimus notitiam pervenisse, Guido de Montefiltro² persecutor ipsius ecclesie manifestus omnesque fautores et adherentes sibi contra ipsam ecclesiam
5 propter eorum excessus et culpas notorios excommunicationum et diversarum penarum ac sententiarum processibus per sedem apostolicam irretiti et eorum bona Romane ecclesie confiscata existant et, sicut accepimus^c, Guillemoctius Apulus³, qui dominum domus Transversariorum facit se, ut dicitur, nominari quique inter alios fautores ipsius Guidonis reputatur dicte Romane ecclesie
10 principalis persecutor, in districtu et dominio tuo quasdam possessiones et bona obtineat, que nominantur ducatus, ex quibus percepit magnos fructus, nos huiusmodi bonorum et possessionum, que, ut premittitur, sunt Romane ecclesie confiscata, volentes possessionem ipsius nomine apprehendi, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus dilecto
15 filio . . thesaurario nostro⁴ in Romaniola super bonorum huiusmodi nostro et Romane ecclesie nomine plena possessione habenda et, ut de ipsis bonis quoad fructus et alia, que viderit pro utilitate nostre camere fructuosius expedire, libere ordinet et disponat, quotiens ab eo ex parte nostra fueris requisitus, impendas auxilium et favorem, ita quod devotionem tuam exinde possimus merito in
20 Domino commendare.

Dat. apud Urbem veterem VIII. kl. Februarii anno secundo.

^a *Daneben am Rand (von gleicher Hand): quod impendat auxilium nuntio ecclesie ad recipiendam? possessionem quarundam etc.* ^b 'r' vor 't' über der Zeile nachgetragen. ^c *das erste 'c' über der Zeile nachgetragen.*

¹ Obizzo (II.), Mkgf. von Este, * um 1247, † 1293; Obizzo unterstützte in dem Konflikt in der Romagna als Anhänger der Guelfen den Papst, vgl. T. Dean, *Este, Obizzo d'*, DBI, 43, 409 f.; A. Lazzari, *Il marchese Obizzo II d'Este, signore di Ferrara*, Il giornale dantesco 39 (1936), 127-150.

² Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

³ Aus der Familie der 'Traversari', (Stammsitz Firenzuola Traversa, Toskana), möglicherweise ein Sohn von Guglielmo Francisio, vgl. Vasina, *I Romagnoli*, 438 (Stammtafel).

⁴ Chino Colti, siehe Nr. 211 Anm. 1.

211 (97)

Martin befiehlt dem Thesaurar in der Romagna, Chino Colti, bei der Inbesitznahme der konfiszierten Güter des Aufständischen (Guillemoctus Apulus) gegebenenfalls den Markgrafen (Obizzo) von Este um Unterstützung zu bitten. Über die Einkünfte soll er zum Nutzen der päpstlichen Kammer verfügen und über Umfang, Wert, Zustand und Ertrag des Besitzes Bericht erstatten.

Orvieto, 1283 Januar 25.

Reg. Vat. 42, fol. 41v

Vgl. zu den Namen und dem Formular Nr. 210.

Dilecto filio Chino Colti mercatori Florentin.¹ thesaurario nostro in provincia Romaniole.

Cum, sicut ad dilectum filium nobilem virum . . . marchionis Esten. et aliorum nostre et ecclesie Romane fidelium ipsarum partium notitiam credimus pervenisse etc. usque principaliter persecutor, in districtu et dominio ipsius marchionis 5 quasdam possessiones etc. usque apprehendi eidem marchioni nostris damus litteris in mandatis,² ut tibi super bonorum huiusmodi nostro et Romane ecclesie nomine plena possessione habenda et quod de ipsis bonis quoad fructus et alia, que videris pro utilitate camere fructuosius expedire, libere ordines et disponas, 10 quotiens ex parte nostra a te fuerit requisitus, impendat auxilium et favorem, ita quod devotionem suam exinde possimus merito in Domino commendare.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus circa premissa insistens sollicitudine oportuna eundem marchionem super bonorum predictorum possessione nostro et ecclesie Romane nomine obtinenda requiras, 15 quotiens fuerit oportunum, ac de illorum fructibus ordines et disponas, prout prefate nostre camere utilitati fructuosius videris expedire, rescripturus nobis quantitatem, valorem et condiciones possessionum ipsorum ac quicquid perceperis ex eisdem.

Dat. ut supra.

¹ Cinus Colti bzw. Ranuccinus Bonacolti war Mitglied der Florentiner Sozietät Spiliati - Spine und ist noch unter Nikolaus. IV. belegt, vgl. Jordan, *De mercatoribus*, 25. In der Liste bei Waley, *Papal State*, 324 erscheint er erst 1285 als Thesaurar in der Romagna.

² Siehe Nr. 210.

212 (98)

Martin ersucht Marvello, den Markgrafen von Malaspina, der freiwillig die päpstlichen Truppen in der Romagna unterstützen möchte, damit bis zur gegebenen Zeit zu warten.

5

Ohne Datum.

Reg. Vat. 42, fol. 41v

Dilecto filio nobili viro Marvello marchioni Malaspine.¹

Auditis, que dilectus filius . . nuntius tuus a te ad nos post discessum tuum destinatus nobis pro parte tua referre voluit, devotionem tuam condignis prosequimur actionibus gratiarum, cum ad vocationem nostram in Romaniolam liberaliter proficiscens inibi nostra et ecclesie Romane servitia magnanimiter et prudenter fueris prosecutus et adhuc te offeras ad nostra et ecclesie prefate servitia liberalem.

Quia vero ad presens hostes ecclesie per campestrum exercitum non possunt commode impugnari, intendentes personam tuam a laboribus presentialiter preservare ac tuis et domus tue comoditatibus providere, ut convenientius ^aoportunis temporibus^a devotionis tue uti obsequiis valeamus, volumus et mandamus, quatinus cum nostra et apostolice sede benivolentia revertaris ad propria tuis et domus tue negotiis vacaturus. Nos enim suo loco et tempore in hiis, que cedant, tuis comodo et honori devotioni tue grata intendimus vicissitudine respondere.² *

^{a-a} *Durch Zeichen umgestellt.*

¹ Moroello Malaspina, vgl. Nr 137 Anm. 2; er hatte sich schon einmal im Mai 1282 dem päpstlichen Heer angeschlossen, siehe oben Nr. 137.

² Der Brief ist am unteren Ende der Seite nachgetragen.

213 (98/2)

Martin zitiert den Abt (. .) des Petersklosters in Perugia an die Kurie, wo er sich gemeinsam mit jeweils zwei von den Mönchen und Familiaren, die sich geweigert hatten, den päpstlichen Gesandten Riccardo de Ferentino aufzunehmen und ihn beleidigt hatten, verantworten soll.

Orvieto, 1283 Februar 7.

Reg. Vat. 42, fol. 42r

Martinus etc. Dilecto filio . . abbati monasterii sancti Petri Perusin.¹ salutem etc.

Dilecto filio Ricardo de Ferentin.² capellano nostro accepimus refferente, quod pridem, dum ipse de partibus Tuscie, ad quas eum pro quibusdam ecclesie Romane negotiis miseramus³, ad nostram presentiam remearet ac in monasterio tuo, cum tunc itinere fatigatus propter inundationes aquarum et imminentis noctis incomodum alibi hospitium invenire minime potuisset, iuxta formam litterarum nostrarum sibi peteret in necessariis provideri, quidam monachi et alii familiares tui existentes ibidem nedum ipsum recipere recusarunt, sed, quod peius est, contra ipsum in^a ignominiosa verba laxare linguam temere presumpserunt.

Cum igitur hoc, si verum sit, nolumus sicut etiam nec debemus, clausis oculis preterire, presentium tibi tenore precipiendo mandamus, quatinus infra octo dies post receptionem presentium, quos ad hoc pro peremptorio termino assignamus, cum duobus monachis et duobus ex aliis familiaribus, qui tunc fuerunt ibidem, personaliter compareas coram nobis facturus et recepturus super premissis, quod tibi duxerimus iniungendum.

Dat. apud Urbemveterem VII. id. Februarii pontificatus nostri anno secundo.

^a *Über der Zeile nachgetragen.*

¹ S. Pietro, Benediktinerkloster in Perugia.

² Riccardo de Ferentino, vgl. Nr. 111 Anm. 1.

³ Möglicherweise ist damit die oben Nr. 196 erwähnte Gesandtschaft nach Città di Castello gemeint.

214 (99)

Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona, Giffrid von Anagni, die vom Podestà und dem Rat der Stadt Fermo geforderte Versicherung zu erzwingen, dass sie die Aufständischen in der Romagna nicht mit Lebensmitteln unterstützen. (Orvieto), 1283 Februar 9.

Reg. Vat. 42, fol. 42r

Martinus etc. Dilecto filio Giffrido auditori contradictarum capellano nostro Marchie Anconitan. rectori¹ salutem etc.

Intellecto pridem, quod Guidoni de Montefiltro² ac^a aliis rebellibus Romane ecclesie provincie Romaniolae de partibus Marchie victualia ferebantur, dilecto
5 filio Uguicioni Marchioni³ familiari nostro sub certa forma dedimus nostris litteris in mandatis⁴, ut ipse ad partes ipsas se personaliter conferens universitatibus civitatum et castrorum ac singularibus personis ipsius Marchie, de quibus videret expediens, inhiberet sub certa pena, ne huiusmodi victualia eidem rebellibus transmittere attemptarent receptis super hiis cautionibus a singulis personis sive
10 communitatibus, de quibus, ne contrarium presumerent, verisimiliter dubitaret. Cumque idem Hugucio propter hoc ad civitatem Firman. se conferens . . . potestatem et consilium Firman.⁵ duxerit requirendos, ut in portu maris eorum dominio et ditioni subiecto facerent sibi huiusmodi cautiones exhiberi, iidem ex hoc reputantes indebite^b se gravari ad sedem apostolicam, ut dicitur, appellarunt.

15 Nos igitur appellationem huiusmodi frivolum reputantes discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ea non obstante prefatos Firman. ad prestandum huiusmodi cautiones spirituali et temporali tradita tibi potestate compellere efficaciter non postponas.

Dat. ibidem V. idus Februarii anno secundo.

^a *Über der Zeile einkorrigiert.*

^b *Davor reputantes gestrichen.*

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm. 3.

³ Sonst nicht nachgewiesen.

⁴ Siehe oben Nr. 202 (1282 Dezember 28).

⁵ Fermo, Für 1283 wird ein Michael Dauro als Podestà genannt, vgl. De Minicis, *Serie cronologica*, 25.

215 (100)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde der Stadt Ancona, dem oder den Gesandten des Rektors und Vikars der Romagna zwei geeignete Schiffe zur Verfügung zu stellen, damit die Belieferung der Aufständischen mit Lebensmitteln auf dem Seeweg wirksamer unterbunden werden kann.

(Orvieto), 1283 Februar 8.

Reg. Vat. 42, fol. 42r

Martinus etc. Dilectis filiis . . potestati, consilio et communi Anconitan.¹ salutem etc.

Qualiter obstinationis filius Guido de Montefiltro² dudum Romanam ecclesiam eiusque fideles gravibus molestiis perturbavit et indulta sibi prebentes misericordie
5 venia non sine ingratitude vitio abvertens, quod, qualiter salutis sue immemor et ab eadem ecclesia beneficiorum perceptorum oblitus offensas addere et graviora cumulare prioribus non veretur suoque flatu pestifero provinciam Romaniolam impetens et molestans propter excessus huiusmodi diversis excommunicationum et sententiarum processibus legitime irretitus et diutius
10 expectatus ad ipsius ecclesie unitatem, que non mortem sed salutem potius desiderat peccatorum, redire contempserit et contempnat, devotionem vestram non credimus ignorare, cum hec etiam in remotis partibus constitutis relatu fame veridico plenius innotescant. Sane, sicut accepimus, idem Guido imminente sibi et suis fautoribus maxima victualium egestate tamquam in arco positus et nostris
15 fidelibus circumcintus per mare intendit et satagit sibi huiusmodi victualium subsidia procurare.

Nos igitur cupientes ipsius G(uidonis) fraudibus et versutiis oportunis remediis obviare universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus, cum dilecti filii . . vicarius et . . rector dicte provincie
20 Romaniolae, ut ipsius G(uidonis) conatibus super hoc efficacius possint obsistere, proponant circa maris custodiam, cautelam et diligentiam maiorem solito adhibere, duas galeas vel alia ligna competentia, que nuntii seu nuntius ipsorum vicarii et rectoris, qui ad vos propter hoc venerint, duxerint eligenda^a munienda^b sub stipendiis nostre camere in gentibus et aliis oportunis liberaliter comodare
25 curetis scituri, quod, cum vos inter alios fideles nostros et Romane ecclesie precipua benivolentia prosequimur, certa tenemus fiducia, ut in cunctis, que nobis cordi sint et eorundem rebellium superbiam reprimant, votis nostris debeatis vos tanta liberalius coaptare, quanto ex hoc totius provisione specialius procuratur tranquillitas et favor apostolicus vobis exinde constituitur promptior in nostris et
30 terre vestre profectibus ac munificentis gratiarum.

Dat. ut supra. VI. id. Februarii anno secundo. *

^a *Davor munienda gestrichen.* ^b *Verschrieben für munienda.*

¹ Ancona; vgl. Leonhard, *Die Seestadt Ancona im Spätmittelalter*, 169 ff.

² Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

216 (101)

Martin trägt dem Rektor der Mark Ancona, Giffrid von Anagni, auf, in dem Konflikt zwischen Mercenarius und Rainaldus Symoneti von Jesi sowie Nicolucius und Philipucius aus der gleichen Stadt, die diese schwer verwüstet hatten, entweder durch ein Urteil zu entscheiden oder sonstwie eine Übereinkunft der Parteien herbeizuführen. Anderenfalls soll die Angelegenheit der Kurie übergeben werden, an der die Streitenden zum festgesetzten Termin erscheinen sollen.

Orvieto, 1283 Februar 21.

Reg. Vat. 42, fol. 42v

Martinus etc. Dilecto filio Giffrido de Anagnia¹ auditori contradictarum capellano nostro Marchie Anconitan. rectori salutem etc.

Petitio dilectorum filiorum Mercenarii et Rainaldi natorum quondam Symoneti de Esio² ecclesie Romane fidelium nobis exhibita continebat, quod nobilis vir
5 Amelius de Angoto³, tunc Marchie Anconitan. rector et potestas civitatis Esii, considerans enormes excessus per Nicolucium et Philipucium de Esio et eorum complices contra civitatem Senegallie⁴ perpetratos, qui civitatem ipsam non sine magna strage tam clericorum quam laicorum invaserant, pro quibus excessibus per eundem rectorem de novo in certis penis fuerant condempnati, volens etiam, quod
10 predicti excessus non traherentur ad loca vel civitates alias, in exemplum pro bono et pacifico statu civitatis Esii, cuius regimini presidebat, statuit et ordinavit, quod predicti Nicolucius et Philipucius, qui capud sismatis videbantur, et predicti Mercenarius et Rainaldus in civitate Esin. morari sine ipsius licentia non deberent
15 quinquaginta hominibus de melioribus dicte civitatis Esin. pro qualibet parte se obligantibus sub certa pena apud rectorem predictum pro Romana ecclesia stipulantem et promittentibus se facturos, quod predicti Nicolucius et Mercenarius et fratres eorum statum eiusdem civitatis pacificum non turbarent, nicholominus eisdem extra civitatem Esin. certis confinibus assignatis, a quibus sine ipsius rectoris mandato sub certa pena et virtute prefati iuramenti discedere non deberent. Iidem vero Nicolucius et Philipucius spiritu rebellionis assumpto contra
20 promissiones et iuramenta prestita temere venientes in ecclesie Romane ac eiusdem rectoris contemptum, in seditionem et scandalum totius provincie civitatem predictam Esii cum eorum complicibus et fautoribus hostiliter invaserunt et tam eisdem Mercenario et Rainaldo ac eorum sequacibus quam
25 multis aliis fidelibus civitatis predicte in destructione domorum, palaciorum et turrium ac aliorum bonorum consumptione dampnis gravibus et enormibus^a iniuriis irrogatis^a occisisque crudeliter quampluribus maribus^b et feminis, laicis et clericis ac bonis etiam episcopatus, canonicorum et aliorum clericorum et multorum aliorum civitatis eiusdem per violentiam occupatis . . vicarium, iudices
30 et familiares eiusdem rectoris ad dicte civitatis regimen deputatos pro eorum voluntatis arbitrio de dicta civitate temere eiecerunt Johanne filio Malateste de Arimino⁵ in dicto regimine substituto.⁶ Propter quos excessus notorios et manifestos tam dicti Nicolucius et Philipucius quam alii, qui se apud dictum

35 rectorem obligaverant, pro eisdem fuerunt tam in publicatione bonorum quam
penis aliis condempnati ac etiam per quondam magistrum Gabrielem tunc
vicarium in spiritualibus⁷ in dicta provincia fuit in eosdem excommunicationis
sententia promulgata. Quare idem Mercenarius et Rainaldus petebant instanter, ut
eosdem Nicolucium et Philipucium eorumque complices ad satisfaciendum eis ac
40 ipsorum sequacibus de prefatis dampnis et iniuriis eisdem irrogatis compelli
aliasque procedi contra eos ad exactionem penarum et condempnationum
huiusmodi per discretum aliquem mandaremus.

Quia vero nobis non constitit de premissis, discretioni tue per apostolica scripta
mandamus, quatinus inquisita super hiis ac eorum circumstantiis diligentius
veritate huiusmodi negotium iudicio vel, si de partium voluntate processerit, salvo
45 iure camere nostre super processibus et condempnationibus supradictis concordia
terminare procures.⁸ Alioquin ipsum negotium plene instructum cum toto
processu, actis et munimentis suis ad apostolicum remittas examen prefixo
partibus termino peremptorio competenti, quo nostro se conspectui representent
facture et recepture super hiis, quod postulat ordo iuris, rescripturus nobis per tuas
50 litteras harum seriem continentes, quicquid super dicto negotio duxeris faciendum.

Dat. apud Urbemveterem VIII. kl. Marcii pontificatus nostri anno secundo.

^{a-a} *Durch Zeichen umgestellt.* ^b *Verschrieben für matribus oder maritis.*

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Aus Jesi (Prov. Ancona).

³ Amiel d'Agoult di Courban, vgl. Nr. 5 Anm. 1.

⁴ Senigallia (Prov. Ancona).

⁵ Gianni (1255? - 1304), Sohn von Malatesta de Veruchio, siehe Stammtafel bei Franceschini, *I Malatesta*.

⁶ Niccolutus und Philipputius Baligani hatten vom April 1282 bis zum 15. Juli desselben Jahres die Stadt Jesi besetzt, vgl. Ciavarini, *Collezione di documenti*, Nr. 219 (1284 April 14).

⁷ Gemeint ist Gabriele de Medici, der 1281 Dezember 9 als Vikar in der Mark Ancona genannt wird, siehe oben Nr. 70.

⁸ Aus der von Ciavarini a. a. O. edierten Abschrift eines Notariatsinstrumentes vom 14. April 1284 wird ersichtlich, dass Giffrid gemeinsam mit dem päpstlichen Kaplan Gualtero de Fontanis der Bitte der Gebrüder Symoneti entsprochen hat: Niccolutus und Philipputius wurden zu einer Geldzahlung von insgesamt 14000 Ravennater und Anconaer Pfund verurteilt, von denen 4000 Pfund an Mercenarius und seine Brüder ging.

217 (102)

Martin untersagt, dass Guido von Montefeltro, den Lambertazzi sowie anderen Rebellen in der Romagna Pferde, Waffen, Werkzeuge, Schiffszubehör oder Lebensmittel geliefert werden und verbietet überhaupt jeglichen Kontakt mit ihnen. Die Zuwiderhandelnden verfallen automatisch der Exkommunikation.

Orvieto, 1283 Januar 26.

Reg. Vat. 42, fol. 42v

Der nachfolgende Brief ist durch va – cat (am Anfang und Ende) getilgt (siehe Einleitung!)

Martinus etc. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum.

- Guido de Montefiltro¹, . . . potestas, . . . capitaneus partis Lambertationum et pars ipsa ceterique rebelles provincie Romaniolae persecutores Romane ecclesie manifesti in reprobum sensum dati ac in profundum malorum demersi diversas excommunicationum sententias contra eos auctoritate apostolica promulgatas aliarumque penarum processus habitos contra ipsos per sedem apostolicam legitime sub certa forma dampnabiliter aspernantes ad nostra et ecclesie prefate mandata, que redeuntibus filiis non ^apietatis viscera^a claudit, pluries moniti et expectati diutius redire superbe contempserunt hactenus et contempnunt.
- 10 Cum igitur crescente ipsorum contumacia pena sit merito augmentanda, ne ipsorum Guidonis et rebellium fermento malicie alii corrumpantur, qui nobis et dicte Romane ecclesie sunt devoti, auctoritate presentium districtius inhibemus, ne quis, cuiusque dignitatis, conditionis vel status existat, prefatis Guidoni et rebellibus equos, arma, vasa, quevis apta cuicumque navigio sub vendicionis
- 15 titulo vel aliter qualitercumque concedere eisve nuntios vel litteras destinare seu recipere ab eisdem aut victulia seu fredum vel alia quelibet ministrare aut cum eis in huiusmodi rebellionem persistentibus commercium vel participationem habere presumat nec alios eis nec alias eis prestare auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte.
- 20 Nos enim omnes illos, qui secus presumpserint attemptare, eo ipso excommunicationis sententie, quam exnunc in ipsos proferimus, decernimus subiacere; non obstantibus quibuslibet privilegiis vel indulgentiis Cisterciensibus, Predicatoribus, Minoribus vel aliis religiosis aut secularibus personis, dignitatibus, civitatibus, castris, locis, collegiis vel universitatibus quibuscumque sub quavis
- 25 forma vel expressione verborum ab apostolica sede concessis, que omnia quoad hoc omnino viribus vacuumus.

Nulli etc. nostre inhibitionis, constitutionis et evacuationis etc.

Dat. apud Urbem veterem VII. kl. Februarii anno secundo. *

^{a-a} durch Zeichen umgestellt.

¹ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

218 (103)

Martin verbietet den Vassallen der Kirche von Montefeltro und den Bewohnern von dieser Gegend unter Strafandrohung, Übergriffe auf Einwohner der Stadt San Leo, die sich wieder dem päpstlichen Befehl unterstellt hat, zu unterlassen und die Feinde San Leos nicht zu unterstützen.

Orvieto, 1283 Februar 20.

Reg. Vat. 42, fol. 42v

Martinus etc. Dilectis filiis . . . vassallis ecclesie Feretrane.¹ ac ceteris hominibus Montisferetri salutem etc.

- 5 Cum dilecti filii homines civitatis Sancti Leonis² ad mandata nostra et Romane ecclesie redeuntes³ per grate devotionis studia, quibus nobis et eidem ecclesie placere desiderant, sic nostrum et ipsius ecclesie favorem meruisse noscantur, ut eos tamquam fideles et catholicos filios in caritatis visceribus amplexantes

desiderabiliter affectemus statum ipsorum prospere dirigi et a noxiis preservari, universitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis sub pena ad nostrum arbitrium inferenda^a per apostolica scripta mandantes, quatinus ab eorum molestiis abstinentes^b nullum inimicis eorum seu volentibus ipsos offendere prebeatis 10 auxilium vel favorem, sed potius, quotiens pro defensione sua et bonorum ipsorum ab eis requisiti^c fueritis, quamdiu in prefate ecclesie devotione^d perstiterint, favorabiliter ope et opere assistatis eisdem, ita quod devotionem vestram exinde possimus dignis in Domino laudibus commendare.

15 Dat. apud Urbemveterem X. kl. Martii anno secundo.

^a *Davor* infligenda *gestrichen*. ^b *Davor* desistentes *gestrichen*. ^c *inquisiti vor* *Korrektur*.

^d *Vor Korrektur* devotionem.

¹ Montefeltro (Prov. Pesaro e Urbino), Bischofssitz war S. Leo.

² S. Leo.

³ Siehe zu den genaueren Umständen oben Nr. 178.

219 (104)

Martin trägt dem Abt Hugo von Montefeltro auf, die Einwohner der Stadt unter Auferlegung einer Buße von der Exkommunikation zu lösen, nachdem sie die Schäden, die sie auf Befehl Guidos von Montefeltro und seiner Söhne angerichtet hatten, wiedergutmacht haben.

(Orvieto, 1283 Februar 20).

Reg. Vat. 42, fol. 43r

Martinus etc. Dilecto filio Hugoni abbati monasterii de Montin.¹ Ferefran. diocesis salutem etc.

5 Ex parte dilectorum filiorum hominum civitatis Sancti Leonis nostrorum et Romane ecclesie fidelium fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum ipsi olim tempore, quo Guidoni de Montefiltro² persecutori Romane ecclesie adherebant, ad mandatum ipsius persecutoris et filiorum eius Hugolini et Bonicamicis³ monasterio Montis Tiffi in ecclesiis et terris ad monasterium ipsum spectantibus necnon et earundem terrarum ac castrum Vici hominibus tam clericis quam laicis 10 ecclesie Romane fidelibus per cavalcatas, incendia et rapinas dampna gravia irrogarint, ipsos ab excommunicationis sententia, quam propter hoc incurrisse noscuntur, absolvi per discretum aliquem misericorditer mandaremus.

Nos igitur eorum supplicationibus inclinati discretioni tue, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, presentium auctoritate committimus, quatinus eosdem homines civitatis predictae, postquam dampna et iniurias passis 15 satisfecerint competenter, ab huiusmodi excommunicatione absolvas iuxta formam ecclesie consuetam iniungens eis nichilominus pro modo culpe penitentiam salutarem.

Dat. ut supra.

¹ Monte Tiffi, Diözese Montefeltro.

² Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

³ Hugolino war Propst, Buonconte Stadtkommandant in S. Leo, siehe oben Nr. 178 Anm. 3.

220 (105)

Martin trägt dem Abt Hugo von Montefeltro auf, die Einwohner Montefeltros, die Guido, den Priester der Kirche S. Maria in Antiquo gefangengenommen hatten, von der deswegen verhängten Exkommunikation zu lösen, vorausgesetzt, sie haben diesem Genugtuung geleistet.

(Orvieto, 1283 Februar 20).

Reg. Vat. 42, fol. 43r
Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Eidem.

Dilectorum filiorum hominum civitatis Sancti Leonis nostrorum et ecclesie Romane fidelium precibus inclinati presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ipsos ab excommunicationis sententia, quam ex eo, quod Guidonem presbyterum ecclesie sancte Marie in Antiquo¹ ceperunt et captum detinuerunt, incurrisse noscuntur, postquam eidem presbytero ab eis fuerit de huiusmodi iniuria satisfactum, absolvas auctoritate nostra iuxta formam ecclesie consuetam iniuncta eis pro modo culpe penitentia salutari.

Dat. ut supra.

¹ Sonst nicht nachgewiesen.

221 (106)

Martin entbindet die Einwohner Montefeltros generell von der Ableistung von Treueeiden, es sei denn, sie gelten der römischen Kirche, deren Gesandten oder dem Bischof von Montefeltro, und befreit sie von deren Beachtung.

Orvieto, 1283 Februar 15.

Reg. Vat. 42, fol. 43r

Martinus etc. Dilectis filiis hominibus civitatis Sancti Leonis nostris et ecclesie Romane fidelibus salutem etc.

Cum nulli subiecti sitis nisi Roman. pontifici et ecclesie Feretran.¹, vobis auctoritate presentium indulgemus, ut nulli fidelitatis iuramentum prestare teneamini nisi Romane ecclesie et illis, quos ad hoc sedes apostolica specialiter deputaret, ac Feretran. episcopo, qui pro tempore fuerat gratiam et communionem sedis apostolice obtinenti, decernentes vos extunc^a, si secus presumptum fuerit, ad observationem iuramenti huiusmodi non teneri.

Nulli ergo etc. nostre concessionis et constitutionis etc.

10 Dat. apud Urbemveterem XV. kl. Martii pontificatus nostri anno secundo.

^a Verschrieben für extunc.

¹ Montefeltro (Prov. Pesaro e Urbino).

222 (107)

Martin überantwortet auf entsprechende Bitten hin den Einwohnern S. Leos die Güter, die sie den Söldnern Guidos von Montefeltro entrissen hatten.

(Orvieto, 1283 Februar 15).

Reg. Vat. 42, fol. 43r

Eisdem.

5 Ex parte vestra fuit nobis expositum, ut, cum olim in reditu vestro ad nostra et ecclesie Romane mandata nonnulla bona stipendiariorum Guidonis de Montefiltro¹, qui terram vestram detinebant contra nos et ipsam Romanam ecclesiam occupatam quosque in virtute divini^a nominis ab ipsius terre dominio exclusistis, duxeritis vestris usibus applicanda, humiliter petebatis concedi vobis per sedem apostolicam bona ipsam licentiam retinendi.

Nos igitur vestris supplicationibus inclinati vobis in fidelitate ac devotione prefate sedis persistentibus tenore presentium postulatam licentiam inperitur.

10 Dat. ut supra.

^a Vor Korrektur divini.

¹ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

223 (108)

Martin gewährt auf deren Bitten hin den Bürgern S. Leos, die im Namen der Kirche Hugolino, den Sohn Guidos von Montefeltro, gefangenhalten, pro Tag fünf ravennatische Soldi für dessen Bewachung.

(Orvieto, 1283 Februar 15).

Reg. Vat. 42, fol. 43r

Eisdem.

5 Ex parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum bona vestra propter malitiam temporis et guerrarum discriminat, quibus fluctuat provincia Romaniola sicut adeo diminuta, quod vix ex eis potestis tenuiter sustentari circa onera expensarum, quas iugiter vos subire oportet pro custodia Hugolini filii Guidonis de Montefiltro¹ persecutoris Romane ecclesie manifesti, quem nostro et ipsius ecclesie nomine detinetis captivum, providere misericorditer dignaremur.

10 Nos igitur vestris supplicationibus inclinati vobis prefatum Hugolinum pro nobis et ipsa Romana ecclesia detinentibus carceri mancipatum pro eorum stipendiis, quos ipsius custodie fideliter duxeritis deputandos, pro singulis diebus, quibus in custodia ipsa fuerint. quinque soldos Ravennatum percipiendos de

camera nostra usque ad nostrum beneplacitum presentium auctoritate concedimus de gratia speciali.

Dat. ut supra. *

¹ Hugolino, Sohn Guidos von Montefeltro und früherer Propst der Kirche von S. Leo (über die Umstände seiner Gefangennahme siehe oben Nr. 178.).

224 (109)

Martin befreit die durch den Krieg geschädigte Kirche von Montefeltro davon, päpstliche Gesandte zu versorgen, es sei denn, die vorliegende Verfügung wird in apostolischen Briefen ausdrücklich zurückgenommen.

(Orvieto), 1283 Februar 16.

Reg. Vat. 42, fol. 43v

Martinus etc. Dilectis filiis R. electo¹ et capitulo Feretran. salutem etc.

Cum, sicut ex parte vestra fuit prepositum coram nobis, ecclesia Feretran. propter guerrarum discrimina sit adeo in facultatibus diminuta, quod due persone vix possent ex eius proventibus sustentari, nos vestris supplicationibus inclinati
5 auctoritate vobis presentium indulgemus, ut vobis in devotione et^a fidelitate^a Romane ecclesie persistentibus non teneamini communiter vel divisim legatis seu nunciis sedis apostolice in procurationibus providere seu in ipsis contribuere nec ad id compelli possitis per litteras sedis ipsius, nisi de hac indulgentia plenam et expressam de verbo ad verbum fecerint mentionem.

10 Nulli ergo etc. nostre concessionis etc.

Dat. ibidem XIII. kl. Martii anno secundo.

^{a-a} Am Rand nachgetragen.

¹ Robert von Montefeltro, siehe Nr. 178 Anm. 1.

225 (110)

Martin verbietet dem Elekten und dem Kapitel der Kirche von Montefeltro, ohne ausdrückliche päpstliche Erlaubnis irgendwelche Burgen, Dörfer, Personen, Besitzungen, Mühlen, Rechte und Einkünfte, die sie gegenwärtig besitzen oder in Zukunft besitzen werden, zu verkaufen, in Lehen umzuwandeln, neu zu vergeben oder sonstwie zu entfremden.

(Orvieto), 1283 Februar 15.

Reg. Vat. 42, fol. 43v

Eisdem.

Intendentes vestre providere quieti ac indemnitatibus Feretran. ecclesie precavere auctoritate presentium districtius inhibemus, ne castra, villas, homines, possessiones, molendina, iura, iurisdictiones, redditus seu quecumque alia bona,

- 5 ecclesia^a Feretran. impresentiarum rationabiliter possidet seu in futurum dante Deo iustis modis poterit adipisci, vendere, permutare in feudum, de novo concedere seu quocumque alio^b modo alienare vel distraere^c presumatis sine sedis apostolice licentia speciali decernentes exnunc, si secus actum fuerit, irritum et inane.
- 10 Nulli ergo etc. nostre inhibitionis et constitutionis etc.
Dat. ibidem XV. kl. Martii anno secundo

^a Davor que zu ergänzen. ^b Über der Zeile nachgetragen. ^c Für distrahere.

226 (111)

Martin befiehlt dem Guardian und den Konventualen des Franziskanerklosters in San Leo für die Einwohner der Stadt, die von Exkommunikation und Interdikt befreit sind, Messen zu lesen und ihnen die Sakramente zu spenden, nachdem der Elekt (Robert) die Kanoniker aus bestimmten Gründen aus der Kirche Montefeltros ausgeschlossen hat.

(Orvieto), 1283 Februar 16.

Reg. Vat. 42, fol. 43v

Martinus^a etc. Dilectis filiis . . . guardiano et fratribus Minoribus civitatis Sancti Leonis¹ salutem etc.

- Cum dilecti filii homines civitatis Sancti Leonis propter eorum devotionis studia, quibus ad nostra et ecclesie Romane mandata liberaliter tanquam
- 5 benedictionis filii redire curarunt, digni reputentur a nobis gratia et favore, universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, cum dilectus filius . . .^b electus Feretran.² canonicos^c Feretran.^c ab ecclesia Feretran. ex certis causis ad tempus duxerit excludendos, quotiens ab eisdem hominibus interim requisiti fueritis, dummodo ab excommunicationum et interdicti sententiis, quibus
- 10 tenentur, sint legitime absoluti, in prefata civitate usque ad nostrum beneplacitum divina celebretis officia et ministretis eis ecclesiastica sacramenta. Nos enim per hoc non intendimus iuri Feretran. ecclesie in aliquo derogare.

Dat. ibidem. XIII. kl. Martii anno secundo.

^a Am Rand hic. ^b Über der Zeile nachgetragen. ^c Am Rand mit Verweiszeichen nachgetragen.

¹ San Leo.

² Robert von Montefeltro, siehe Nr. 178 Anm. 1.

227 (112)

Martin befiehlt dem Vikar in geistlichen Angelegenheiten in der Romagna, Guillaume Durand, die Stadt San Leo von dem Interdikt zu lösen.

(Orvieto, 1283 Februar 16 oder 15).

5 *Reg. Vat. 42, fol. 43v*

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro decano Carnoten. vicario in spiritualibus provincie Romaniolae salutem etc.

5 Dilectorum filiorum hominum civitatis Sancti Leonis² nostrorum et ecclesie Romane fidelium precibus inclinati discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus sententiam interdicti, quam ex eo, quod capitulum Feretran. procuracionem sibi a te impositam hactenus non persolvit, in eorum ecclesiam promulgasti, ad presens sine difficultate qualibet relaxare procures.

Dat. ut supra.

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

² San Leo.

228 (113)

Martin erteilt dem Guardian des Franziskanerklosters in Montefeltro die Vollmacht, die Einwohner der Stadt und des Dorfes Maiolo, die zur Kirche zurückgekehrt sind, von der Exkommunikation zu lösen.

(Orvieto, 1283 Februar 16 oder 15).

Reg. Vat. 42, fol. 43v

Martinus etc. Dilecto filio . . . guardiano fratrum minorum civitatis Sancti Leonis¹ salutem etc.

5 Ex parte hominum civitatis Sancti Leonis nostrorum et ecclesie Romane fidelium fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum nonnulli ex eis et hominum castrum Maioli² Feretran. diocesis pro violenta iniectio manu in clericos seculares vel personas religiosas sententiam excommunicationis incurrerint eisque periculosum existat propter guerrarum discrimina apostolicam sedem adire pro absolutionis beneficio obtinendo, ipsos ab eadem sententia per discretum aliquem absolvi misericorditer mandaremus.

10 Nos igitur eorum supplicationibus inclinati absolvendi eos hac vice ab huiusmodi excommunicationis sententia iuxta formam ecclesie, dummodo passis iniuriam satisfecerint competenter, tibi tenore presentium plenam concedimus facultatem iniuncta eis nichilominus pro modo culpe penitentia salutari.

Dat. ibidem II. kl. Martii anno secundo.

¹ San Leo.

² Maiolo, Prov. Pesaro e Urbino (Marche), ca 4 km südwestlich von San Leo.

229 (114)

Martin ersucht den Pfalzgrafen in der Toskana, Guido Salvatico, weiterhin dafür Sorge zu tragen, dass die Burg Modigliana besetzt wird und versichert ihn dabei der finanziellen Unterstützung durch den Rektor und den Vikar der Romagna.

Orvieto, 1283 März 11.

*Reg. Vat. 42, fol. 43v-44r
Der Brief 229 ist getilgt.*

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Guidoni Salvatico in Tuscia comiti palatin.¹ salutem etc.

Innate tibi fidei et devotionis affectus, quem ad nos et Romanam ecclesiam ab olim te tuosque progenitores habuisse intelleximus, et habere laudabiliter
5 attestatur, ut circa eandem ecclesiam oportunis temporibus favorem tuum in aliquo minuere^a debeas, sed potius de bono in melius adaugere.

Cum itaque, sicut acce*pimus, in credita et commissa tibi cum magna fiducia, tanquam honoris ipsius ecclesie precipuo zelatori, custodia rocce Mutilane² in longiori tempore reputes te gravatum instanter petens a dilectis filiis . . vicario et .
10 . rectore provincie Romaniolo secundum quasdam conditiones sive pacta super hoc inter te et ipsos habita roccam ipsam recipi ac etiam custodiri, et nos attendentes, quod ipsa rocca sub tua custodia permanente favorabiliter et utilius negotium Romane ecclesie, quod premanibus agitur, in ipsis partibus promovetur ac tutius procuratur, nobilitatem tuam affectuose requirimus et hortamur, quatinus
15 roccam ipsam, sicut hactenus, adhuc per tempus aliquod pro nostra et apostolice sedis reverentia facias fideliter custodiri, ita quod devotionem tuam dignis in Domino laudibus commendantes erga tuum comodum et honorem suo loco et tempore reddamur merito promptiores. Nos enim eisdem vicario et rectori inter alia nostris damus litteris in mandatis,³ ut de stipendiis pro custodia ipsius rocce a
20 comitibus Mutilane, prout consuetum est, faciant tibi favorabiliter et efficaciter provideri.

Dat. apud Urbemveterem V. id. Martii anno secundo.

^a *Davor non zu ergänzen.*

¹ Guido Salvatico, vgl. Nr. 62 Anm. 1. - Guido kam der hier geäußerten Bitte nach, er ist jedenfalls noch am 25. 12. 1284 für die Burg Modigliana verantwortlich, vgl. Nr. 545. Seine Unzufriedenheit mit dieser Aufgabe dürfte schon hier (wie in Nr. 545 bzw. Nr. 546 geschildert) damit zusammenhängen, dass die Grafen von Modigliana sich weigerten, für den Sold der Besatzung aufzukommen.

² Modigliana (Prov. Forli). - Die Burg gehörte dem Grafengeschlecht der 'Guidi'. Guido Salvatico war Anfang 1282 die Burg übergeben worden, vgl. Davidsohn, *Geschichte*, 2, S. 235.

³ Siehe unten den nachfolgenden Brief (Nr. 230).

230 (115)

Martin befiehlt dem Rektor und dem Vikar in der Romagna, Jean d'Eppe und Guillaume Durand, dem Pfalzgrafen in der Toskana Guido Salvatico, sofern er bereit ist, die Bewachung der Burg Modigliana weiterhin zu übernehmen, den dafür erforderlichen Unterhalt wie bisher durch die Herren von Modigliana zukommen zu lassen. Anderenfalls sollen sie selbst die Bewachung der Burg veranlassen entweder auf Kosten jener Herren oder auf andere Art.

(Orvieto, 1283 März 11).

Reg. Vat. 42, fol. 44r

Der Brief ist getilgt. - Siehe zu den Namen den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilectis filiis . . vicario et . . rectori provincie Romaniolle salutem etc.

Dilecti filii nobilis viri Guidonis Salvatici in Tuscia comitis palatini fidei et devotionis affectus, quem ad nos et Romanam ecclesiam ab olim ipsum suosque
5 progenitores habuisse intelleximus et habere laudabiliter attestatur etc. verbis competenter mutatis usque custodiri.¹

Quocirca discretioni vestre presentium tenore mandamus, quatinus, si dictus comes preces nostras in hac parte duxerit adimplendas, vos ei per nobiles de Mutilana², prout hactenus consuetum est, de stipendiis pro custodia ipsius rocce
10 plene et efficaciter satisfieri faciatis, si vero ipsam roccam noluerit amplius facere custodiri, consideratis circumstantiis huiusmodi negotii, cuius habitis notitiam pleniorum, roccam ipsam recipiatis ad manus vestras custodiendam ipsorum nobilium sumptibus, prout fieri consuevit, vel alias eam, sicut melius et utilius expedire videritis, custodiri sollicito et fideliter faciatis.

15 Dat. ut supra.

¹ Nach Nr. 229 zu ergänzen.

² Siehe oben Nr. 229 Anm. 2.

231 (116)

Martin bestätigt auf dessen Bitten hin dem Boten Nuto aus Florenz den Besitz eines Lehens im Ort Norchia unter den Bedingungen, die sein Vorgänger (Nikolaus III.) bei der Vergabe des Lehens verfügt hatte.

Orvieto, 1283 März 21.

Reg. Vat. 42, fol. 44r

Martinus etc. Dilecto filio Nuto de Florentia¹ cursori nostro salutem etc.

Sicut nobis exponere curavisti forte, Nicolaus papa predecessor noster feudum, quod quondam Angelus de Petrimano in castro Orcle² a Romana tenebat ecclesia, tunc vacans^a cum omnibus iuribus et pertinentiis suis sub certa forma tibi
5 concessit, a te, quoad^b vixeris, retinendum ea conditione adiecta, ut, nisi annis

singulis^c infra quindetiam natalis Domini duodecim paparinos cum ostensione litterarum ^dpredecessoris ipsius^d super concessione huiusmodi confectarum camere nostre persolveris, extunc ius, quod tibi ex ipsa concessione debetur, ad Romanam ecclesiam devolvatur. Verum quia circa nostra et ipsius ecclesie
10 servitia occupatus hac vice infra predictum terminum dictam pecuniam non solvisti, dubitans ex hoc tibi preiudicium imminere humiliter supplicasti, ut providere tibi super hoc de oportuno remedio paterna diligentia dignaremur.

Nos igitur intendentes tibi gratiam facere specialem tibi predictum feudum ad instar predecessoris eiusdem sub conditionibus, que in predictae concessionis
15 litteris exprimuntur, de novo presentium auctoritate concedimus et etiam confirmamus.

Nulli nostre concessionis et confirmationis etc.

Dat. apud Urbem veterem XII. kl. Aprilis pontificatus nostri anno secundo.

^a Vor Korrektur vaccans, verschrieben für vacantem. ^b 'a' über der Zeile nachgetragen. ^c Davor 'an' gestrichen. ^{d-d} Durch Zeichen umgestellt.

¹ Nicht nachweisbar.

² Norchia, Prov. Viterbo.

232 (117)

Martin befiehlt dem Rektor und dem Vikar in der Romagna, Jean d'Eppe und Guillaume Durand, die Beschlüsse des Provinzparlamentes, das sie ohne sein Wissen einberufen hatten, nicht zu beachten und erklärt dieselben für nichtig.

5 *(Orvieto), 1283 März 19.*

*Reg. Vat. 42, fol. 44r-44v
Ghirardacci, Bologna, 262 - Potthast 21997.*

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti capellano nostro vicario in spiritualibus et nobili viro Johanni de Epa¹ rectori in temporalibus provincie Romaniole salutem etc.

Quam graves et temerarias reputemus processus vestros nuper in convocatione
5 generalis colloquii preter nostram conscientiam convocati, qualitas temporis manifestat, cum commisse vobis provincie statu taliter fluctuante id sine nostro speciali mandato non debuissetis aliquatenus attemptasse.² Unde, cum in eodem colloquio plures constitutiones de novo dicamini edidisse ac antiquas novis adiectionibus sive correctionibus immutasse, nos constitutiones ipsas nolentes
10 firmitatem aliquam obtinere ipsas cassamus totaliter ac etiam iuribus vacuumus et dumtaxat in suo robore permanente, * quod de congregatione generalis exercitus hac vice in eodem colloquio a vobis, licet inprovidere, noscitur ordinatum.

Ideoque discretioni vestre tenore presentium firmiter precipiendo mandamus, quatinus ipsas constitutiones pro cassis habentes et vacuis de cetero talia, sicut
15 caram habetis nostram gratiam, nullatenus presumatis absque nostra licentia speciali.

Dat. ibidem XIII. kl. Aprilis anno secundo.

¹ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

² Im Februar 1283 hatten Guillaume Durand und Jean d'Eppe ein Provinzparlament in Imola einberufen, das eine harte Gangart gegenüber den Aufständischen beschlossen hatte. Über die Beschlüsse im einzelnen vgl. Colini Baldeschi, *Le Constitutiones Romandiolaie di Giovanni d'Appia*, in: *Nuovi Studi medievali*, II (1925/26), 238ff.

233 (118)

Martin befiehlt dem Rektor in der Romagna, Jean d'Eppe, die von ihren Beamten gepeinigete Grafschaft Imola einer geeigneten Person zu unterstellen, nachdem er darüber Guillaume Durand konsultiert hat.

5

(Orvieto, 1283 März 19).

Reg. Vat. 42, fol. 44v

Martinus etc. Dilecto filio . . . rectori provincie Romaniole salutem etc.

Intellecto nuper, quod incole comitatus Imole¹, qui est Romane ecclesie demanium speciale, propter pravitatem officialium, qui non, que iuris sunt, set potius, que sua sunt, querunt ibidem, gravibus atteruntur pressuris et exactionibus indebitis aggravantur.

5

Nos cupientes ipsum in statu prospero conservari volumus et presentium tibi auctoritate mandamus precipiendo, quatinus cum consilio et assensu dilecti filii magistri Guillelmi Duranti capellani nostri vicarii in spiritualibus provincie Romaniole comitatum ipsum alicui probo et discreto viro gubernandum committas, per cuius industriam regatur salubriter et camere nostre iura in illo fideliter et utiliter procurentur.

10

Dat. ut supra.

¹ Imola (Prov. Bologna).

234 (119)

Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona, Giffrid von Anagni, die Städte Senigallia, Jesi und Pensanifano unter Strafandrohung aufzufordern, alle Kontakte mit Guido von Montefeltro und seinen Anhängern zu unterlassen und die aus Urbino vertriebenen Guelfen zu unterstützen.

Orvieto, 1283 April 1.

Reg. Vat. 42, fol. 44v

Der Brief ist getilgt.

Martinus etc. Dilecto filio Giffrido de Anagnia¹ capellano nostro litterarum nostrarum contradictarum auditori rectori Marchie Anconitan. salutem etc.

Ex parte dilectorum filiorum Guelforum civitatis Urbini nostrorum et ecclesie Romane fidelium fuit nobis expositum, quod, cum Guido de Montefiltro² persecutor Romane ecclesie manifestus ac Guibellini eiusdem civitatis adherentes

eidem civitatem ipsam magno tempore detinuerunt et detineant occupatam ibique rebelles nostri continue se receptent, propter quod in officiales et maiores ipsius civitatis excommunicationum, in ipsam vero civitatem interdicti sententie auctoritate apostolica fuerunt pluries promulgate, quas longo tempore sustinuerunt et adhuc sustinent animo indurato, iidem Guelfi³ humiliter supplicarunt, ut eis, qui propter fidelitatem, qua tenentur nobis et ecclesie predictae, ab ipsis infidelibus recedentes se in castro Saxi Corbarii⁴ receptorum et illud non sine laboribus^a et expensis retinent ad impugnandum civitatem et rebelles predictos, a te ac fidelibus circumpositis feceremus de oportuni favoris presidio provideri.

Nos igitur ipsos, qui pro fidelitate servanda ab eisdem Guibellinis multipliciter molestantur, dignos favore apostolico reputantes tibi per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus universitatibus civitatum Pensaurii⁵, Fani⁶, Senegalie⁷, Esii⁸ et Callii⁹ necnon et personis singularibus eorundem locorum sub spirituali et temporali pena, qua videris expedire, inhihas, ne dictis persecutoribus faveant aut aliqua victualia subministrent nec habeant aliquod commercium seu participium cum eisdem, quinpotius prefatis Guelfis ad retinendum predictum castrum et alias, prout fuerit oportunum, prestant auxilium, consilium et favorem, ita quod eorum muniti presidii in ipso castro tute remanere valeant ac ipsos rebelles ferventius impugnare.

Dat. apud Urbem veterem kl. Aprilis pontificatus nostri anno secundo.

^a *Verschrieben für* laboribus.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm. 3.

³ Vgl. zu diesem Begriff Herde, *Guelfen und Neoguelfen. Zur Geschichte einer nationalen Ideologie vom Mittelalter zum Risorgimento* in ders., *Gesammelte Abhandlungen und Aufsätze*, I, 259 ff.

⁴ Sassocorvaro, Prov. Pesaro e Urbino (Marche), ca. 13 km nordwestlich von Urbino.

⁵ Pesaro.

⁶ Fano, Prov. Pesaro e Urbino.

⁷ Senigallia, Prov. Ancona.

⁸ Jesi, Prov. Ancona.

⁹ Cagli, Prov. Pesaro e Urbino.

235 (120)

Martin ermahnt den Podestà, den Rat und die Gemeinde der Städte Rimini und Castellano, Kontakte jeglicher Art mit Guido von Montefeltro und seinen Anhängern zu unterlassen, sondern vielmehr die aus Urbino vertriebenen Guelfen zu unterstützen.

(Orvieto, 1283 April 1).

Reg. Vat. 42, fol. 44v

Der Brief ist getilgt. - Baluze, Miscellanea III, 410 = Tonini, Rimini III, 638. - Potthast 22003.

Martinus etc. Dilectis filiis . . potestati, consilio et communi Ariminen.¹ salutem etc.

5 Ex parte dilectorum filiorum etc. usque reputantes universitatem vestram
rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta firmiter
precipiendo mandantes, quatinus nullum eisdem persecutoribus favorem vel
presidium exhibentes eis ministrare victualia vel habere cum ipsis aliquod
commercium seu participium nullatenus presumatis, sed potius prefatis Guelfis ad
10 retinendum predictum castrum et alias, prout fuerit oportunum, ad requisitionem
eorum prestetis auxilium, consilium et favorem, ita quod vestris muniti presidiis
in ipso castro tute remanere valeant ac ipsos rebelles ferventius impugnare. Dat. ut
supra.

In eundem modum. . . potestati, consilio et communi Castellan. spiritum
consilii sanioris.

¹ Podestà in Rimini war Malatesta de Verruchio, vgl. zu ihm Nr. 56 Anm. 3.

236 (I)

Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona, Giffrid von Anagni, die Podestà oder Rektoren, die einige Orte der Mark entgegen früherer Praxis und des ausdrücklichen Verbots Giffrids eigenmächtig gewählt oder berufen haben, obwohl ihre Ernennung dem Rektor der Provinz zusteht, aus ihrem Amt zu entfernen und selbst Personen seines Wohlwollens einzusetzen. Wähler wie Gewählte soll er mit empfindlichen Strafen belegen. Die Bündnisse, die diese Orte eingegangen sind, um den Anspruch des Provinzrektors zurückzuweisen, erklärt er für nichtig und entbindet von ihrer Einhaltung.

Orvieto, 1283 April 1.

Reg. Vat. 42, fol. 44v-45r

Martinus^a etc. Dilecto filio Giffredo de Anagnia¹ auditori contradictarum, cappellano nostro, Marchie Anconitan. rectori.

Olim te nobis per tuas litteras intimante, quod, licet hominibus nonnullorum castrorum communitatum^b Marchie Anconitan., in quibus rectores, predecessores tui, qui fuerunt pro
5 tempore inibi per Romanam ecclesiam deputati, consueverunt ponere potestates, inhiendum duxeris ac etiam iniungendum, ut ad electionem vel assumptionem potestatum aliquorum nullatenus procedere attemperarent, cum in eisdem locis, prout consuetum est, intenderes de huiusmodi potestatibus seu rectoribus idoneis providere, tamen iidem homines intendentes non sine derogatione iurium Romane ecclesie ac iurisdictionis tibi commisse preiudicio
10 usurpare sibi auctoritatem potestates huiusmodi eligendi, alios in eorum rectores eligere presumpserunt et, ne per provisionem tuam reciperent aliquos, prout dicitur, ad^c sedem apostolicam appellarant. Nos tibi sub certa forma nostris litteris dedimus in mandatis, ut non obstantibus aliquibus electionibus per eosdem homines factis et appellationibus occasione huiusmodi interiectis, quas reputabamus frivolas, in singulis locis, in quibus ad te huiusmodi
15 potestatum spectat provisio, eos institueres et preficeres, prout tibi expediens videretur amotis omnibus penitus et exclusis, qui ad eorundem locorum regimen forent electi aliter vel assumpti super hoc aliquibus personis, cuiuscumque status, preeminentie vel conditionis existerent, universitati vel loco minime deferendo^d, * contradictores autem, si qui existerent, vel rebelles spiritualiter et temporaliter potestate tibi tradita remota appellatione, prout iustum
20 existeret, conpescendo.

Verum quia nuper accepimus, quod nonnullae communitates dicte Marchie occasione premissa spiritu rebellionis assumpto super hiis tibi non intendunt aliquatenus obedire assumptis pro libito voluntatis sibi rectoribus sive potestatibus non sine nostra et Romane ecclesie manifesta iniuria et contemptu, nos nolentes tantam ipsorum communitatum et
25 electorum presumptionem preterire inultam presentium tibi auctoritate firmiter precipiendo mandamus, quatinus ad tantam insolentiam compescendam studio efficaci vigorose intendens de singulis terris dicte provincie, in quibus huiusmodi potestatum seu rectorum spectat^e provisio per rectores, qui fuerunt pro tempore in dicta Marchia, ut predicatur, fieri consuevit, potestates sive rectores, cuiuscumque status, preeminentie seu dignitatis extiterint, aut vicarios
30 eorum sublato cuiuslibet tarditatis vel difficultatis obstaculo amovere procures provisurus inibi de rectoribus idoneis, qui terras ipsas per te committendas eisdem regant fideliter et prudenter.

35 Communitates nichilominus eligentes etiam et electos vel assumptos contra tuam
 auctoritate nostra castigés, quod doleant se talia presumpsisse ac metu pene alii arceantur; non
 obstantibus quibuscumque electionibus seu nominationibus factis per eos, quas exnunc
 cassamus, irritamus et nullius penitus esse volumus firmitatis, aut appellationibus eorum
 40 pretextu interpositis vel interponendis, quas frivolas reputamus, seu quibuscumque litteris vel
 indulgentiis apostolicis impetratis vel^f etiam impetrandis, de quibus oporteat plenam et
 expressam in presentibus fieri mentionem vel per quas commissi tibi ministerii in hac parte
 executio quomodolibet valeat retardari.

Ceterum, quia dicte communitates super premissis quasdam societates, confederationes seu
 colligationes iniisse dicuntur promittendo ad invicem inter se seu etiam statuendo, ne aliqua
 earum super huiusmodi potestariis tibi obediat vel intendat, nos huiusmodi confederationes,
 45 societates et colligationes, etiamsi iuramentis penarum adiectione vel quacumque alia
 firmitate seu promissione vallata existant, tanquam illicitas^g cassamus, irritamus, cassas et
 irritas nuntiamus decernentes homines ipsarum communitatum ad observandum eas vel earum
 aliquam in partem vel in totum aliquatenus non teneri.

Dat. apud Urbemveterem kalendis aprilis anno tertio.

^a Daneben am linken Rand Tertius annus und drei Finger gestrichen ^b Davor et zu ergänzen ^c Davor ad sedem gestrichen ^d Am unteren Seitenrand 'hic incipit Annus Tertius' ^e Über der Zeile nachgetragen ^f Davor et gestrichen ^g relicitas vor Korrektur

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

237 (II)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Fermo unter Strafindrohung von 5000 Silbermark bei Zuwiderhandeln dafür zu sorgen, dass sich kein Bürger Fermos in einer anderen Stadt der Mark, in der die Einsetzung des Podestà allein dem Rektor obliegt, zum Podestà ernennen läßt bzw. dass er sein schon angetretenes Amt unverzüglich niederlegt.

Orvieto, 1283 April 1.

Reg. Vat. 42, fol. 45r

Martinus etc. Dilectis filiis . . potestati, consilio et communi Firman.¹

5 Si Anconitan. provincie incole diligenter attenderent, quantum ipsorum statum pacificum
 benigno zelemur affectu quantumve ipsos sedes apostolica circa ipsorum relevanda gravamina
 paterna benivolentia prosequatur, fidelitatis debitum observantes nulla machinatione
 presumerent optate pacis statum evertere nec contra Romanam ecclesiam spiritum rebellionis
 assumere vel votis apostolicis contraire.

10 Sane sicut nuper ^anon sine turbatione accepimus^a, nonnullae communitates prefate
 provincie, quibus per rectorem inibi ab eadem ecclesia deputatum consuevit de potestariarum
 regimine, sicut est hactenus observatum, pacifice provideri, ad nostram et ipsius ecclesie
 offensam improvide aspirantes et tanquam pacis emuli dolosis studiis machinantes totius
 provincie statum bonum evertere ac scandala suscitare non sine honoris et iurisdictionis sedis
 apostolice depressione potestates sibi assumere vel eligere temere^b presumpserunt. Alique

15 vero ipsarum malitiis inherentes intendunt sibi modo simili de huiusmodi potestatibus providere, quamquam eis reputantibus se gravatos super hoc ad dicte sedis providentiam recurrentibus mandaverimus et obtulerimus plenam et expeditam iustitiam exhiberi.

20 Verum quia nonnulli ex vestris civibus non attendentes, quod fidei vestre integritas, quam ad nos et eandem habetis ecclesiam, per hoc posset multipliciter affuscari^c, quasdam ex dictis potestariis, ad quas vocati sunt, dicuntur minus provide acceptasse, propter quod, nisi eis et communitatibus supradictis super hiis, sicut benedictionis filii viriliter obsistatis, posset aliena culpa vobis inpingi et alias diminui titulus fame vestre, universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta sub pena quinque milium marcarum argenti districte precipiendo mandantes, quatinus provide attendentes, quod talia possunt graviora suscitare pericula et eorum principiis sit obstandum, prefatis communitatibus super premissis eorum machinationibus sic potenter et viriliter obsistentes eosdem cives, quod easdem
25 potestarias non recipiant quodque receptas dimittant, sic acriter compellatis, quod in affectu evidenter appareat et effectu vos sicut benedictionis et obedientie filios, pacis et prosperitatis prefate provincie zelatores precipuos, votis apostolicis coaptare, malignorum conatus reprimere ac oportunis remediis futuris periculis precavere et nichilominus apostolice sedis benivolentiam, quam vobis oportuno tempore pollicemur, reddatis in vestris profectibus
30 promptiorem.

Dat. ut supra. *

^{a-a}accepimus non sine turbatione vor Korrektur ^b Über der Zeile nachgetragen. ^c Am Rand, efuscari gestrichen.

¹ Fermo (Prov. Ascoli-Piceno); Für 1283 ist ein Michael Dauro als Podestà belegt, vgl. De Miniccis, *Serie cronologica*, 25.

238 (III, 3)

Martin befiehlt dem Rektor der Campagna und Marittima, Andrea Spiliati, mit Entschiedenheit gegen Johannes Scottus von Frosinone und Adinulf von Anagni und deren Anhänger, die sich der aufgeführten Verbrechen schuldig gemacht haben, vorzugehen, ihre Häuser zu zerstören, und sie mit sonstigen geistigen und weltlichen Strafen zu belegen, und erteilt ihm dazu umfassende Vollmachten.

(Orvieto, 1283 April 1).

Reg. Vat. 42, fol. 45v

Vgl. zu den hier geschilderten Auseinandersetzungen Zappasodi, Anagni attraverso i secoli, I, S.363ff.

Martinus etc. Dilecto filio Andree Spiliati¹, cappellano nostro, Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

5 Graves et enormes excessus per iniquitatis filium Iohannem Scotum² eiusque complices de Frusinone³, sicut ex transmissarum nobis litterarum tuarum serie nuper accepimus, in interfectione quondam Pandulfi et quondam Iohannis Capocii, militum dicti castris, nostre et ecclesie Romane fidelium nequiter perpetrata mentem nostram adeo concusserunt, quod ipsos inultos pertransire non possumus nec debemus, quin contra eum et Adynulfum Mathie de Anagnia, de cuius favore et conniventia, sicut sequentis facti qualitas manifestat, id verisimiliter processisse presumitur, procedatur. Ipse namque Adynulfus post necem dictorum
10 fidelium, quam idem Iohannes diu ante preconcepisse communis opinio coniecturat, cum

inter ipsum et homines dicti castrī ab olim pacis federe reformato iidem occisi, sicut pacis filii in tabernaculis propriis fiducialiter residentes, seditionis non suspicarentur pericula nec de proditorii insultus insidiis aliquatenus trepidarent, subsequenter apud Frusinonum se contulit cum magna militum et peditum quantitate et contra formam pacis inter eum et fratrum suum
 15 Nicolaum ac homines Frusinonis tempore felicis recordationis Nicolai pape predecessoris nostri sollempniter reformat⁴ in ipso castro sibi usurpare dominium illudque taliter occupare non sine fame et status sui periculo non expavit, tuos officiales et familiares, quos in eodem castro dimiseras, per violentiam expellendo teque, qui pro nostris et ecclesie Romane servitiis apud Terracan.⁵ accesseras, ad castrum ipsum, in quo etiam gerebas spetialier officium
 20 rectorie, redire volentem illud intrare presumptione dampnabili non permisit.

Ne igitur tanta temeritas transeat impunita et aliis prebeat perniciosum exemplum talia committendi, volumus et per apostolica scripta tibi districte precipiendo mandamus, quatinus ad puniendam excessus huiusmodi, prout eorum qualitas exiget, ac ipsorum Adynulfi et Iohannis eorumque complicum et fautorum tantam superbiam comprimendam prompta
 25 magnanimitate consurgens dictum Adynulfum per exactionem pene in reformatione dicte pacis adiecte, cuius tenorem tibi sub sigillo dilecti filii Berardi camerarii nostri⁶ transmittimus, nenon^a et tam eum quam prefatum Iohannem Scotum ac fautores, sequaces et complices eorundem per destructionem domorum, inflictionem et exactionem penarum citra mortis et mutilationis periculum ac alias^b spiritualiter et temporaliter sic intrepide et vigoroze
 30 procedas non parcendo laboribus et expensis, quod eis reatus suos penarum accerbitate deflentibus penales eorum fletus cedant posteris ad terrorem tuque alienas culpas tuas facere ex negligentia minime videaris, quin potius turbationem nostram, quam formidare merito posses, evitans valeas a nobis de promptitudinis studio merito commendari.

Ut autem mandatum apostolicum eo potentius, ferventius et efficacius exequaris, quo fueris specialiori auctoritate nostra munitus, compellendi contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque conditionis aut status extiterint, per privationem honorum, bonorum, feudorum, gratiarum et privilegiorum, que a Romana seu quibuslibet aliis tenent ecclesiis, et specialiter barones, nobiles, communitates et universitates civitatum, castrorum et locorum commisse tibi provincie, ut ad requisitionem tuam vel nuntiorum tuorum generaliter et spetialiter iuxta tue
 40 dispositionis arbitrium per exercitum vel alias, quacumque modo expedire cognoveris, tibi ferventer et potenter assistant, plenam tibi committimus auctoritate presentium potestatem.

Dat. ut supra.

^a *Verschrieben für* necnon. ^b *Davor 1 getilgt.*

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Nicht näher identifiziert; der Name de Scotta bzw. de Scutta erscheint öfters bei Mitgliedern der römischen Adelsfamilie der Paparoni (so war die Mutter Papst Innozenz III. eine Claricia de *Scotta*), vgl. Marchetti Longhi, *Ricerche*, 298ff.

³ Frosinone, vgl. Silvestrelli, *Città*, I, 45 ff.

⁴ 1279 (Pontifikat Nikolaus' III.) war zwischen Frosinone und den Brüdern Adinulf und Nicola von Anagni ein Friedensvertrag geschlossen worden, vgl. Zappasodi, *Anagni*, 361 f.

⁵ (Verschrieben für) Terracina (Prov. Latina), vgl. Silvestrelli, *Città*, I, 36 ff.

⁶ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

239 (IV, 4)

Martin ermahnt den Grafen (Pandolfo) von Anguillara unter Androhung der Exkommunikation, die Belagerung des Dorfes Poggio Sommavilla, um das er sich mit dem Ort Magliano streitet, unverzüglich zu beenden, und versichert ihm, dass ihm vor dem Apostolischen Stuhl zum Recht verholffen werden wird. Alles Nähere wird ihm der Überbringer des vorliegenden Schreibens, der Elekt Friedrich von Ivrea, mitteilen.

Orvieto, 1283 April 13.

Reg. Vat. 42, fol. 45v. - Carocci, Baroni, 301.

Martinus^a etc. Dilecto filio nobili viro . . comiti Anguillarie¹ salutem etc.

Nuper ad auditum nostrum pervenit, quod inter te et homines Malliani² occasione castrum, quod dicitur Podium de Summavilla,³ questione exorta tu congregata militum et peditum multitudine ad obsidionem ipsius castrum hostiliter processisti.

5 Unde cum ex hoc status comitatus Sabinie, infra quem castrum ipsum consistit, ac circumadiacentium terrarum fidelium turbari verisimiliter dubitetur, nos intendentes futuris obviare periculis ac quieti incolarum fidelium ipsarum partium salubriter providere nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente tibi per apostolica scripta sub pena excommunicationis firmiter precipiendo mandantes, quatinus super hoc mandatis apostolicis
10 liberali promptitudine te coaptans ab obsidione ipsius castrum visis litteris sublato cuiuslibet difficultatis obstaculo discedas. Nos enim super hoc, si de iure tuo experiri volueris coram nobis, faciemus tibi plenitudinem iustitie exhiberi.

15 Ut autem de intentionis nostre proposito circa id tibi plenius innotescat, ecce dilectum filium Fredericum electum Iporien.⁴ latorem presentium ad te spetialiter destinamus, per quem de nostro beneplacito in premissis efficacius poteris informari.

Dat. apud Urbem veterem idus^b aprilis pontificatus nostri anno tertio.

^a am linken Rand eine Hand ^b Für idibus.

¹ Pandolfo II., Graf von Anguillara († nach 1291), vgl. über ihn Sora, *I conti*, 410 ff.; DBI 3, 313 f. (L. Gatto); Carocci, *Baroni*, 308.

² Magliano Sabina, Prov. Rieti (Lazio), vgl. Silvestrelli, *Città*, II, 473.

³ Poggio Sommavilla, Prov. Rieti (Lazio), vgl. Silvestrelli, *Città*, II, 460 f.

⁴ Friedrich von Ivrea, siehe Nr. 201 Anm. 2.

240 (V, 5)

Martin teilt dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde Magliano mit, dass er den Grafen von Anguillara, mit dem sie sich um das Dorf Poggio Sommavilla streiten, aufgefordert hat, die Belagerung dieses Dorfes zu beenden, und fordert sie nun ihrerseits unter Androhung von Exkommunikation und Interdikt auf, das Heer, das sie zur Verteidigung von Poggio Sommavilla aufgestellt hatten, wieder zu entlassen, und sichert ihnen zu, vor dem

Apostolischen Stuhl zu ihrem Recht zu gelangen. Näheres werden sie vom Elekten Friedrich von Ivrea erfahren.

Orvieto, 1283 April 15.

Reg. Vat. 42, fol. 45v-46r
Vgl. zu den Namen Nr. 239.

Martinus^a etc. Dilectis filiis .. potestati, consilio et communi castris Mallian. salutem etc.

Nuper ad auditum nostrum pervenit, quod inter vos et nobilem virum . . comitem Anguillarie occasione castris, quod dicitur Podium de Summavilla, questione exorta dictoque comite congregata militum et peditum multitudine ad obsidionem ipsius castris hostiliter
5 procedente vos cum sequacibus vestris contra eundem comitem ad ipsius castris defensionem processistis seu proceditis cum exercitu generali.

Unde cum ex hoc status * comitatus Sabinie, infra quem castrum ipsum consistit, ac circumadiacentium terrarum fidelium turbari verisimiliter dubitetur, nos intendentes futuris obviare periculis ac quieti incolarum fidelium ipsarum partium salubriter providere, predicto
10 comiti sub pena excommunicationis nostris damus litteris firmiter^b in preceptis, ut super hiis mandatis apostolicis liberali promptitudine se coaptans ab obsidione ipsius castris visis eisdem litteris sublato cuiuslibet obstaculo difficultatis discedat.

Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente vobis sub excommunicationis, quam filii potestas et consiliarii, ac interdicti, quod vos commune et
15 terram vestram incurrere volumus, si mandatum nostrum in hac parte neglexeritis adimplere, penis firmiter precipiendo mandantes, quatinus huiusmodi vestrum exercitum dissolventes sublata occasione qualibet ad domicilia propria redire curetis. Nos enim super hoc, si de iure vestro coram nobis volueritis experiri, faciemus vobis iustitie plenitudinem exhiberi.

Ut autem de intentionis nostre proposito circa id vobis plenius innotescat, ecce dilectum
20 filium Fredericum electum Iporien., latorem presentium, ad vos specialiter destinamus, per quem de nostro beneplacito in premissis efficacius poteritis informari.

Dat. ibidem XVII. kl. maii anno tertio.

^a Am linken Rand eine Hand und ein Verweiszeichen.

^b Über der Zeile nachgetragen.

241 (VI, 6)

Martin ermahnt den Podestà, den Rat und die Gemeinde des Dorfes Magliano, das umstrittene Dorf Poggio Sommavilla dem päpstlichen Gesandten und Überbringer des vorliegenden Schreibens, dem Elekten Friedrich von Ivrea, zu unterstellen, solange bis in dem Rechtsstreit mit dem Grafen von Anguillara eine endgültige Entscheidung getroffen wurde.

(Orvieto, 1283 April 15).

Reg. Vat. 42, fol. 46r
Vgl. Nr. 239.

Item. Eisdem. Cum castrum de Summavilla, cuius occasione inter vos et nobilem virum . . comitem Anguillarie^a gravis discordia est exorta, velimus, donec huiusmodi discordia mediante iustitia terminetur, per dilectum filium Fredericum electum Iporien. latorem presentium custodiri, universitati vestre presentium tenore firmiter precipiendo mandamus,
5 quatinus castrum ipsum eidem electo visis litteris sine difficultate qualibet assignetis

custodiendum per ipsum, donec huiusmodi negotium fuerit iustitia previa diffinitum. Nos enim non intendimus iuri vestre per hoc in aliquo derogare.

Dat ut supra.

^a *Am rechten Rand eine Hand auf ein Kreuz deutend*

242 (VII, 7)

Martin befiehlt Adinulf von Anagni unter Androhung der Exkommunikation sowie weiterer Strafen, sich innerhalb von zehn Tagen nach Erhalt dieses Schreibens, - nachdem er den Ort Frosinone, den er besetzt hält, dem Rektor Andrea Spiliati wieder ausgehändigt hat, - vor dem päpstlichen Stuhl zu verantworten.

Orvieto, 1283 April 9.

Reg. Vat. 42, fol. 46r

Martinus etc. Dilecto filio Adenulfo Mathie civi Anagnin.¹ salutem etc.

Horrende crudelitatis facinus per iniquitatis filium Iohannem dictum Scottum de Frusinone² ac eius complices in interfectione quondam Pandulfi et Iohannis Capocii militum eiusdem loci ecclesie Romane fidelium nequiter perpetratum tanto concussit gravius^a
5 medullitus mentem nostram, quanto tu, de cuius favore et conniventia, sicut sequentium actuum tuorum qualitas manifestat, ad id^b verisimiliter processisse presumitur, lacte nutritus uberum Romane ecclesie, matris tue, et honoribus sublimatus talia ordinasse seu permisisse fieri nullatenus debuisses. Nam, sicut publice et notorie fame habet assertio et dilecti filii Andree Spiliati³, capellani nostri, Campanie Maritimeque rectoris transmissarum nobis
10 litterarum series patefecit, eisdem militibus, qui fiducialiter in suis domiciliis residentes nullas mortis suspicebantur insidias, ab eodem Iohanne suisque complicitibus crudeliter trucidatis, subsequenter ad castrum ipsum, quod ad nos et Romanam ecclesiam pertinet pleno iure, armatorum multitudine premunitus te conferens illud occupare ac officiales et familiares predicti rectoris in ipso castro regimen specialiter et generaliter exercentis excludere ausu
15 temerario presumpsisti ipsumque, qui pro quibusdam ecclesie Romane servitiis apud Terracen.⁴ accesserat et ad castrum tandem redeuntem predictum illud reintrare nullatenus permisisti procurans nichilominus per homines dicti castris usque ad viginti annos concedi tibi officium rectorie ac tibi fidelitatis iuramenta prestari faciens ab eisdem in nostrum et ipsius ecclesie grave preiudicium ac manifestam iniuriam et contemptum.

20 Nos igitur huiusmodi tam notorios et presumptuosos excessus nolentes aliquatenus preterire inultos, cum propter hoc clamet de terra vox sanguinis occisorum, et tanta ac tam enormis iniuria nobis et prefate ecclesie irrogata vindictam debite ulcionis exposcat, tibi sub pena excommunicationis, quam^c eo ipso te incurrere volumus, si mandatum nostrum in hac parte adimplere contempseris, necnon et sub confiscationis bonorum tuorum ac privationis
25 feudorum, honorum et privilegiorum, si qua a prefata Romana seu quibuscumque aliis ecclesiis obtines, penis firmiter precipiendo mandamus, quatinus infra decem dierum spatium post representationem presentium, quas tibi per preemtorio termino assignamus, predictum castrum Frusinonis salvo iure, si quod tibi adversus homines ipsius castris competit⁵, sublato cuiuslibet difficultatis obstaculo eidem rectori restituens in pace tenendum et regendum per
30 eum sicut prius ante occisionem fidelium predictorum, personaliter compareas coram nobis super premissis precise nostris mandatis et beneplacitis pariturus.

Alioquin contra te ad inflictionem dictarum penarum et alias gravius, prout expedire viderimus, spiritualiter et temporaliter taliter procedemus, quod pena docente dolebis te talia atemptasse ceterique presumendi similia in posterum audaciam non assument.

35 Dat. apud Urbemveterem V idus aprilis anno tertio. *

^a *Am rechten Rand eine Hand auf ein Kreuz deutend.* ^b *Über der Zeile nachgetragen.* ^c *Davor quam gestrichen.*

¹ Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

² Frosinone.- Johannes Scotti und seine Anhänger hatten die Abwesenheit des Rektors Andrea Spiliati genutzt und die Exponenten der päpstlichen Partei, die Gebrüder Capocci, ermordet. Johannes fand schließlich Aufnahme bei Giovanni da Ceccano, vgl. Falco, *I communi*, 484.

³ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

⁴ Terracina, Prov. Latina (Lazio).

⁵ Adinulf hatte sich nach den hier geschilderten Vorfällen für 25 Jahre zum Rektor in Frosinone wählen lassen, vgl. Falco, *I communi*, 484.

243 (VIII, 8)

Martin befiehlt dem Rektor der Campagna und Marittima, Andrea Spiliati, zu veranlassen, dass Adinulf von Anagni die Zitation vor die Kurie vorgelegt und darüber ein Notariatsinstrument angefertigt wird, aus dem Tag, Ort und anwesende Personen hervorgehen, um es der Kurie zu übersenden. Ebenso soll er mitteilen, was er sonst in dieser Angelegenheit zu tun gedenkt.

(Orvieto), 1283 April 10.

Reg. Vat. 42, fol. 46v

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio Andree Spiliati¹, capellano nostro, Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

5 Cum nobilem virum Ardinulfum(!) Mathie civem Anagnin.² super excessibus nuper commissis per iniquitatis filium Iohannem Scotti in interfectione quondam Pandulfi et quondam Iohannis Capocii de castro Frusinonis militum ecclesie Romane fidelium et super eo, quod idem A., de cuius consilio et favore id presumitur processisse, dictum castrum ausu temerario occupare presumpsit, per litteras nostras sub certa forma citemus³, sicut ex earum tenore plenius poteris edoceri, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus easdem litteras dicto Adinulfo^a cum diligentia facias presentari et de presentatione huiusmodi, videlicet quo die, coram quibus et ubi facta fuerit, confici publicum instrumentum ad nos per fidelem nuntium quamtocius transmittendum, rescripturus nobis celeriter per tuas litteras, quicquid super premissis duxeris faciendum.

Dat. ibidem III. idus apriliis anno tertio.

^a *Davor 'Ard' getilgt*

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

³ Siehe Nr. 243.

244 (IX, 9)

Martin befiehlt dem Vikar und dem Rektor in der Romagna, Guillaume Durand und Jean d'Eppe, bei der Frage der Beute, die die französischen Söldner in der von ihnen eroberten Stadt Cervia beanspruchen, erfahrene Söldner zu Rate zu ziehen. Außerdem sollen sie 100 italienische Söldner in Sold nehmen, und der Vikar soll das in Cervia gefundene Salz zugunsten der Kammer verkaufen.

(Orvieto, 1283 April 10).

*Reg. Vat. 42, fol. 46v
Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 416 - Potthast 22010; Vasina, Guillaume Durand, 40*

Martinus etc. Dilectis filiis magistro Guillelmo Duranti¹, cappelano nostro, decano Carnoten., vicario in spiritualibus^a, et nobili viro Iohanni de Epa² rectori in temporalibus provincie Romaniolae, salutem etc.

5 Sicut nuper accepimus, Gallici stipendiarii in provincia Romaniolae ad nostrum et ecclesie Romane servitium commorantes asserentes castrum Cervie per violentiam expugnasse instantanter petunt a nobis bona infra castrum ipsum reperta tanquam sibi debita assignari.³

Quare volumus et presentium vobis tenore mandamus, quatinus requisitis aliquibus fidelibus et discretis personis de stipendiariis nostris, qui in talibus sint experti, facitis^b quicquid circa hec^b de ipsorum consilio videritis faciendum.

10 Ceterum volumus, ut, sicut intimastis nobis, centum stipendiarios Ytalicos^c sub stipendiis nostre camere conducatis et tu, fili vicarie, salem inventum in Cervia pertinentem ad ius camere supradicte, prout^d utilius poteris, vendi facias ad opus camere antedicte, iure, si quod homines de Cervia in dicto sale habere noscuntur, eis integre reservato rescripturus nobis, quicquid receperis tam de sale ipso quam de bonis aliis memoratis.

15 Dat. ut supra.

^a Davor 'spil' gestrichen. ^{b-b} Am Rand durch Zeichen nachgetragen ^c Davor 'I' gestrichen.. ^d 'ut' über der Zeile.

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

² Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

³ Cervia war im März 1283 vom päpstlichen Heer erobert worden, vgl. Kiese Wetter, *Eppe*, 31.

245 (X, 10)

Martin ermahnt den Markgrafen von Este, dem Rektor der Romagna, Guillaume Durand, zu erlauben, die Waffen, die dieser in Ferrara gekauft hat, ohne Erhebung irgendwelcher Abgaben aus seinem Territorium auszuführen.

(Orvieto), 1283 April 8.

*Reg. Vat. 42, fol. 46v
Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 417 - Potthast 22008.*

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro . . marchioni Esten.¹ salutem etc.

Sicut nuper accepimus, dilectus filius Guillelmus Duranti², capellanus noster, vicarius in spiritualibus provincie Romaniolae, in Ferraria³ emi fecit quedam arma, videlicet sagittas et hastas^a, ad opus gentis et^b stipendiariorum nostrorum, quos in eadem provincia contra hostes ecclesie retinemus, que inde extrahi libere non permittis, quamvis super hoc dictus vicarius te duxerit requirendum.

De quo non modicum ammirantes nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus eidem vicario faciendi extrahi dicta arma sine alicuius exactionis onere, prout fuerit oportunum, de predicto loco et aliis tue iurisdictioni subiectis plenam licentiam largiaris, ita quod devotionem tuam exinde possimus merito commendare.

Dat. ibidem VI. idus aprilis anno tertio.

^a 'h' einkorrigiert ^b Über der Zeile nachgetragen.

¹ Obizzo (II.), Markgraf von Este, * um 1247, † 1293, vgl. Nr. 210 Anm. 1.

² Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

³ Ferrara.

246 (XI, 11)

Martin erteilt Guillaume Durand die Vollmacht, alle beweglichen Güter, die ihm von den Rebellen in der Romagna in die Hände gelangt sind, zum Nutzen der Kammer zu verkaufen. Außerdem soll er über die Art der Beute berichten.

(Orvieto, 1283 April 8).

Reg. Vat. 42, fol. 46v

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹, capellano nostro, vicario in spiritualibus provincie Romaniolae salutem etc.

Volentes ea omnia, que de rebus et bonis mobilibus rebellium Romane ecclesie in provincia Romaniolae ex depositis eorum apud quascumque personas inventis vel alias qualitercumque ad manus tuas pervenisse noscuntur, camere nostre usibus applicari, huiusmodi res et bona mobilia in auro, argento, pannis, serico, libris vel quibuscumque rebus aliis consistentia vendendi et alienandi nostro et ecclesie Romane nomine ad opus dicte camere, prout melius videris expedire, plenam tibi tenore presentium concedimus facultatem. Volumus autem, ut quicquid de rebus et bonis huiusmodi receperis, per tuas litteras fideliter nobis scribas.

Dat. ut supra.

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

247 (XII, 12)

Martin entspricht einer Bitte des Rektors Jean d'Eppe und des Kapitäns der französischen Söldner, Colard, und beauftragt Guillaume Durand, die Priester, die sich schuldig gemacht

haben, da sie bei Cervia, obwohl diese Stadt dem Interdikt unterlag, einen Gottesdienst abgehalten hatten, von ihrer Schuld zu dispensieren.

Orvieto, 1283 April 2.

Reg. Vat. 42, fol. 46v

Martinus etc. Eidem.

Supplicarunt nobis dilecti filii nobiles viri Iohannes de Epa¹ rector provincie Romaniolae et Colardus² capitaneus^a gentis, quam carissimus in Christo filius noster . . . rex Francie illustris³ ad nostrum et Romane ecclesie servitium in dictam provinciam destinavit, ut, cum
5 ipsi non ex malitia, set potius ex simplicitate ducti apud Cerviam⁴ suppositam ecclesiastico interdico per presbyteros, familiares et capellanos suos fecerint sibi divina officia celebrari, super irregularitate, quam exinde iidem presbyteri contraxerunt, dispensari misericorditer mandaremus.

Nos igitur eorum supplicationibus inclinati presentium tibi auctoritate committimus, quatinus cum eisdem presbyteriis hac vice auctoritate nostra dispenses iniungens eis pro modo
10 culpe penitentiam salutarem.

Dat. apud Urbemveterem IIII. non. Aprilis anno tertio. *

^a *Am Rand durch Zeichen nachgetragen*

¹ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

² Colard de Molans, vgl. Nr. 198 Anm. 6.

³ Philipp III. der Kühne, König von Frankreich 1270 - 1285.

⁴ Cervia, Prov. Ravenna (Emilia Romagna) gehörte zum Einflussgebiet des Aufständischen Guido von Montefeltro.

248 (XIII, 13)

Martin befiehlt J(ean), dem Thesaurar der Templer in Paris, 50000 Pfund Turnosen aus den Einkünften aus dem Kreuzzugszehnten den genannten Kaufleuten der Gesellschaften 'Spigliati - Spine', 'Pulices - Rimbertyni', 'Bonaventure Bernardini' und 'Ricchardi' auszuzahlen, nachdem der Papst sich bei diesen die gleiche Summe geliehen hatte, um in Frankreich Söldner für die Kämpfe in der Romagna anzuwerben.

Orvieto, 1283 April 27.

Reg. Vat. 42, fol. 47r

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 418 - Potthast 22014.

Martinus etc. Dilecto filio I. thesaurario domus Templi Parisien.¹ salutem etc.

Pridem^a pro negotio Romaniolae, quod potissime insidet cordi nostro, certam quantitatem militum armigerorum et balistariorum^a habere de partibus Francie intendentes dilectum filium magistrum Gualterum de Fontanis², capellanum nostrum, prepositum de Ingreyo^b in ecclesia
5 Carnoten. propter hoc ad partes ipsas, sicut tibi per alias nostras litteras per eundem capellanum directas intimare curavimus³, duximus destinandum. Et quia pro stipendiis prefatis militibus et aliis exhibendis paratam in partibus ipsis pecuniam Romana ecclesia tunc temporis non habebat, carissimo in Christo filio nostro Phylippo, regi Francorum illustri⁴, alias nostras rogatorias litteras misimus, ut suum benigne preberet assensum, quod de
10 pecunia decime ad opus ipsius regis pro Terre Sancte subsidio in domo Templi Parisien.

deposita centum milia librarum Turonen. libere possemus recipere in prefati executionem negotii in totum vel in partem, prout videremus expediens, convertenda.⁵ Unde tibi per easdem litteras ad te directas iniunximus, ut, cum^c super hoc ab eodem capellano te requiri contingeret, partem pecunie predictae, quam peteret, accedente ad hoc assensu regio sublato
 15 cuiuslibet difficultatis obstaculo assignares, partem vero residuam prefate pecunie nostro et eiusdem ecclesie Romane nomine in predicta domo Templi sollicite conservares, ut eam pro toto vel pro parte processu temporis habere possemus, cum esses per nostras super hoc litteras requisitus.⁶

Cum autem prefatus rex, tamquam devotissimus ecclesie filius, suum ad hoc assensum
 20 duxerit impendendum nosque^d viginti milia librarum Turonen. parvorum a dilectis filiis Dino Iohannis de Thomasio Spilliati et Hugonis Spine,⁷ Maineto Raynaldi de Pulcium et Rimbertainorum Florentin.,⁸ Fazio Berignon. de Bonaventure Bernardini de Senis⁹ et Labro Vulpelli de Riczardorum de Luca¹⁰ societatibus, mercatoribus camere nostre, nomine mutuo receperimus pro solvendis stipendiis^e equitibus et balistariis stipendiariis, qui nuper de
 25 partibus supradictis ad nostrum et eiusdem ecclesie Romane servitium accesserunt, volumus et discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus Claro Sagine, Ducio Iuncte, Rogerio Uberti et Canti Gerardi Florentin., Bartholomeo Bramanzon. et Renaldo del Marcellato Senen. ac Sarraceno Metele et Lotto Aldebrandini Lucan.¹¹ civibus, predictorum mercatorum sociis, aut certis eorum nuntiis has tibi deferentibus litteras predicta viginti milia
 30 librarum Turonen. de quantitate residua predictorum centum milium librarum statim receptis presentibus sine qualibet difficultate persolvas faciens de solutione huiusmodi duo similia confici instrumenta, quorum alterum penes te retineas, reliquum nobis per fidelem nuntium transmissurus, nobis nichilominus, quicquid in hac parte feceris, per tuas litteras plenius intimando.

35 Dat. apud Urbemveterem. V. kal. Maii anno tertio.

^a Am Rand registretur (siehe Einleitung) ^b Davor in G gestrichen ^c Über der Zeile nachgetragen
^d Davor nos gestrichen ^e Davor 'e' gestrichen.

¹ Jean de Tour, Thesaurar des Templerordens in Paris 1274 - 1302, vgl. Delisle, *Opérations financières des Templiers*, 68 ff.

² Gualterus de Fontanis ist nur unter Martin IV. belegt, dort aber mit wichtigen Aufgaben betraut (s. u.), seine Herkunft lässt sich nicht ermitteln (Fontaine ist ein häufig vorkommender Ortsname in Frankreich), 'Propst von Ingré' war eine der Würden der Mitglieder des Kathedralkapitels von Chartres, er gehörte also diesem an, vgl. DHGE 12, Sp. 554.

³ Vgl. *Les registres de Martin IV*, Nr. 274 (1282 Dezember 13).

⁴ Philipp III. der Kühne, König von Frankreich 1270 - 1285.

⁵ Vgl. *Les registres de Martin IV*, Nr. 272 (1282 Dezember 13).

⁶ Vgl. *Les registres de Martin IV*, Nr. 274.

⁷ Zu ihm siehe Nr. 92.

⁸ Zu ihm Nr. 160.

⁹ Mitglied der Sieneser Handelsgesellschaft der 'Bonsignori', von 1265 - 1298 belegt, vgl. Jordan, *De mercatoribus*, 18; vertrat, wie die zahlreichen Belege in diesem Register vermuten lassen, unter M. IV. die 'Bonsignori' an der Kurie.

¹⁰ Zu ihm Nr. 92.

¹¹ Clerus Sagine und Dutius Iuncte sind Mitglieder der Florentiner Sozietät Spiliati - Spine, Rogerius Uberti und Cantus Gerardi der Pulices - Rimbertaini (Florenz), Bartholomaeus Bramanzonis und Raynaldus Mantellati der Sieneser Bonsignori, Sarracenus Machi und Lottus Aldebrandini der Ricchardi (Lucca), vgl. Jordan, a.a.O. (Reg.)

249 (XIII, 14)

Martin befiehlt dem Bischof (Paganello) und dem Prior (. .) von San Frediano in Lucca, die genannten Kaufleute aus ihrer Stadt zur Kurie zu zitieren, wo sie innerhalb von 15 Tagen erscheinen sollen, um über ihre Einnahmen aus dem Kreuzzugszehnten Rechenschaft abzulegen. Inhalt und Form der Zitation und was sie sonst in dieser Angelegenheit zu tun gedenken, sollen sie dem Papst mitteilen.

(Orvieto), 1283 April 26.

Reg. Vat. 42, fol. 47r

Martinus etc. Venerabili fratri . . episcopo¹ et dilecto filio . . priori sancti Fridiani Lucan.² salutem etc.

Volumus et presentium vobis tenore mandamus, quatinus vos vel alter vestrum mercatores Lucan. de societatibus Iacobi Cunachi, Dini Sbarre et Mecini Damasci, Bonaiuncte Tymosi,
5 Bacciomei de Neri, Beti Terrizendi et Guidicionis Bacciomei, Turrinchelli Guinicii et solaciorum, civium et mercatorum Lucan.³ vel aliquos ex singulis societatibus supradictis ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut ipsi suo et sociorum suorum nomine infra
10 quindecim dies post citationem vestram compareant coram nobis de peccunia decime Terre Sancte concessa subsidio apud ipsos vel societates eorum deposita nobis vel alii, prout de beneplacito nostro processerit, satisfactionem plenariam impensuri eos, quod infra eundem terminum propter hoc ad presentiam nostram accedant per censuram ecclesiasticam et alias etiam, prout expedire putaveritis, appellatione postposita compellendo.

Diem vero citationis et formam et quicquid in hac parte duxeritis faciendum, nobis per vestras patentes litteras harum seriem continentes studeatis fideliter intimare.

15 Dat. ibidem VI. kal. Maii.

¹ Paganello da Porcari, Bischof von Lucca 1274 - 1300, vgl. Guidi, *Serie dei vescovi*, 82.

² San Frediano, Kollegiatstift in Lucca. An seiner Spitze stand seit Anfang des 12. Jh. ein Prior, vgl. E. Coturri, *La canonica die S. Frediano a Lucca dalla prima istituzione (meta XI secolo) alla congregazione riformata di Fregionoia (1517)*, i n: Actum Luce, III, nn.1-2, Lucca 1974, 47 - 80. Die zitierten Kaufleute haben wahrscheinlich im Iurisdiktionsbereich dieses Stiftes gewohnt.

³ Von den Genannten ist Dinus Sbarre als Zehntkollektor im Königreich Sizilien belegt (vgl. Jordan, *De mercatoribus*, 86. - Betus Terrizendi ist vielleicht der bei Jordan, a. a. O., 90 erwähnte Berto Teresendi. Die Übrigen sind nicht identifiziert, waren aber wohl auch mit der Zehnterhebung im Regno befaßt.

250 (XV, 15)

Martin befiehlt seinem Kämmerer Berard zu veranlassen, dass die gesamten Einkünfte aus dem Kreuzzugszehnten, der in Teilen der Königreiche Ungarn und Sizilien sowie der Inseln Sardinien und Korsika sowie in den Grafschaften Provence und Forcalquier gesammelt worden war, dem Kaufmann Bollioni Rossilioni aus der Luccheser Handelsgesellschaft der Battesi übergeben werden.

Orvieto, 1283 April 28.

*Reg. Vat. 42, fol. 47r
Jordan, De mercatoribus, 48.*

Martinus^a etc. Dilecto filio Berardo camerario nostro¹ salutem etc.

Cum de speciali conniventia nostra procedat, ut pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte, que in partibus regis Ungarie² et Sicilie³ et insularum Sardinie et Corsice⁴ necnon comitatibus Provincie et Folqualkerie⁵ auctoritate apostolica est collecta, Bollioni
5 Rossilioni civi et mercatori de societate Bactosorum de Lucca nostro⁶ et ecclesie Romane et ipsius Terre Sancte nomine assignetur, presentium tibi tenore mandamus, quatinus huiusmodi pecuniam decimarum ab illis, qui eam in depositum seu custodiam vel qualitercumque habere noscuntur, prefato mercatori nostro ac Terre Sancte nomine facias assignari eos ad id, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellendo.⁷

10 Nos enim tibi nostro, Romane ecclesie et Terre Sancte nomine faciendi refutationem et quitationem^a ydoneam de pecunia predictarum decimarum, que ab illis, apud quos dicta pecunia reperitur, eidem mercatori fuerit prefato nomine persoluta, plenam auctoritate presentium concedimus facultatem.

Dat. ibidem IIII. kal. Maii anno tertio. *

^a *Am Rand* [de] decimis, darunter de solutione Bolioni [pecunia?] ...
Korrektur.

^b quietationem vor

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Königreich Ungarn.

³ Königreich Sizilien.

⁴ Sardinien und Korsika.

⁵ Grafschaften Provence und Forcalquier.

⁶ Vorsteher der Luccheser Handelsgesellschaft der 'Battesi', vgl. Jordan, *De mercatoribus*, 88.

⁷ Über diese Zahlungen unterrichtet zumindest zum Teil die bei Jordan, a.a.O. wiedergegebene Aufstellung, wonach Mitglieder der Handelsgesellschaften der Ricchardi, Battesi, Squarcialupi, Frescobaldi und Spiliati-Spine insgesamt 1585 Goldunzen aus dem im Kgr. Sizilien erhobenen Kreuzzugszehnten an Bollionus Rossilioni ausgehändigt haben.

251 (XVI, 16)

Martin befiehlt dem Bischof (Paganello.) von Lucca und dem Prior (. .) von San Frediano in Lucca, die genannten Kaufleute aus ihrer Stadt zur Kurie zu zitieren, wo sie innerhalb von 15 Tagen erscheinen sollen, um über ihre Einnahmen aus dem Kreuzzugszehnten

Rechenschaft abzulegen. Inhalt und Form der Zitation und was sie sonst in dieser Angelegenheit zu tun gedenken, sollen sie dem Papst mitteilen.

Orvieto, 1283 April 26.

Reg. Vat. 42, fol. 47v

Martinus etc. Venerabili fratri . . episcopo¹ et dilecto filio . . priori sancti Fridiani Lucan.² salutem etc.

Volumus et presentium vobis tenore mandamus, quatinus vos vel alter vestrum Avitum Roscionpelli, Paganucium Guidicionis, Orlandinum Paganelli, Ubaldum Cardellini, 5 Bonnilanum Choncioli, Lazarium Ghinnigii, Petrum Fattinelli, Mortinum Donnassi, Giarium Difendora, Dinum Isbarre, Bartholomeum Turinghelli, Nettorum Bolgharini, Jachopum et Bonacursum Cunachi, Diffaciatum Dehorschiatta, Bonauintam Tiniosini, Cietium Tiniosini, Gualtereitum Castangniati et Bettum et Eghinum Terrigendi³ cives et mercatores Lucan. ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut ipsi suo et sociorum suorum nomine infra 10 quindecim dies post citationem vestram compareant coram nobis de peccunia decime Terre Sancte concessa subsidio apud ipsos vel societates eorum deposita⁴ nobis vel alii, prout de beneplacito nostro processerit, satisfactionem plenariam impensuri eos, quod infra eundem terminum propter hoc ad presentiam nostram accedant, per censuram ecclesiasticam et alias etiam, prout expedire putaveritis, appellatione postposita compellendo.

15 Diem vero citationis et formam et quicquid in hac parte duxeritis faciendum, nobis per vestras litteras harum series continentes studeatis fideliter intimare.

Dat. apud Urbemveterem VI. kal. Maii anno tertio.

¹ Paganello, Bischof von Lucca, siehe Nr. 249 Anm. 1.

² San Frediano, Kollegiatstift in Lucca, vgl. Nr. 249 Anm. 2.

³ Von den Genannten sind A. Roscionpelli (oder Rossempili, Mitglied der 'Cardellini'), P. Guidicionis (Mitglied der 'Riccardi'), O. Paganelli ('Cardellini', 1289 - 1294 ist er als Thesaurar in der Mark Ancona belegt, vgl. Jordan, a.a.O. 110.), U. Cardellini, ('Cardellini') P.Fattinelli ('Riccardi'), M. (bzw. Moretinus Orlandi) Donnassi, D. Isbarre (bzw. Sbarre), B. Turinghelli, N. Bolgharini (bzw. Burgarini), B. Cinachi, D. Dehorschiatta (vorausgesetzt, er ist identisch mit dem Jordan, 90 erwähnten Diffaciacus de Sclecta), B. und C. Tiniosini (bzw. Tineosini), als Verwalter des im Kgr. Sizilien erhobenen Kreuzzugszehnten belegt, vgl. Jordan, a.a.O. 86ff.

⁴ Damit ist der im Kgr. Sizilien erhobene Zehnt gemeint, s. Anm. 2.

252 (XVII, 17)

Martin befiehlt seinem Kaplan Berengar von Béziers gemeinsam mit dem zuständigen Rektor Andrea Spiliati die Umstände, die zu dem Konflikt zwischen Einwohnern und der Gemeinde Segni auf der einen und dem römischen Bürger Nicolaus Conti auf der anderen Seite geführt haben, zu erforschen und eine gütliche Einigung herbeizuführen. Strittige Punkte soll er durch Urteil entscheiden. Anderenfalls soll er die Ergebnisse seiner Ermittlungen dem apostolischen Stuhl mitteilen, der in dieser Sache entscheiden wird.

Orvieto, 1283 April 24.

Reg. Vat. 42, fol. 47v

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio magistro Berengario capellano nostro succentori Biterren.¹ salutem et apostolicam benedictionem.

Cum inter homines sive commune civitatis Signin.² ex parte una et nobilem virum
 5 Nicolaum Comitum civem Roman.³ ex altera super quibusdam possessionibus et tenementis
 terrarum ac excessibus hinc inde commissis dampnis et iniuriis irrogatis graves discordie sint
 exorte ac, prout^a accepimus, utraque pars ad bonum pacis aspiret, nos ipsorum vota in hac
 parte digna favore apostolico reputantes discretioni tue, de qua plenam in Domino fiduciam
 10 obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatinus ad partes ipsas te personaliter conferens
 una cum dilecto filio Andrea Spiliati⁴ cappellano nostro Campanie Maritimeque rectore, cui
 super hoc per litteras nostras scribimus⁵, super predictis possessionibus, tenementis,
 excessibus, dampnis et iniuriis diligenter inquiras et, si de ipsarum voluntate processerit,
 singulos articulos huiusmodi negotium continentes, super quibus poterit concordia prevenire
 15 amicabiliter, reliquos vero iudicio^b terminare procures.^b Alioquin ipsos articulos cum plena
 instructione negotii ac omnibus actis iuribus et munimentis suis pro ea parte, que amicabiliter
 non fuerit terminata seu iudicio diffinita ac faciende inquisitionis processu, ad examen
 nostrum remittas vel deferas per te ipsum, prefixo partibus termino peremptorio competenti,
 quo nostro se conspectui representent facture et recepture super hiis, quod postulat ordo iuris.
 Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram
 ecclesiasticam appellatione cessante compellas veritati testimonium prehibere.

20 Dat. apud Urbemveterem VII. kal. Maii pontificatus nostri anno tertio.

^a 'ut' über der Zeile nachgetragen ^{b-b} Am Rand nachgetragen und mit Verweiszeichen eingefügt

¹ Berengar Fredoli, Subkantor in Béziers, * um 1250, † 1323, Kanonist, 1279 Professor in Bologna, 1294
 Bischof von Béziers, Mitarbeiter am Liber Sextus, enger Vertrauter Clemens' V., 1305 Kardinal, 1309
 Kardinalbischof von Tusculum, vgl. Mollat, G. *DDC V*, 905 ff.; Boespflug, *Les chanoines de la curie*,
 249.

² Segni (Prov. Rom).

³ Nicola Conti († 1304), aus der römischen Adelsfamilie der Conti, er beanspruchte die Herrschaft über
 Segni, vgl. Dykmans, *D'Innocent III*, 88 f., Carocci, *I Baroni*, 379.

⁴ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

⁵ Siehe Nr. 254.

253 (XVIII, 18)

*Martin befiehlt dem Rektor Andrea Spiliati in der obigen Sache gemeinsam mit dem
 Kaplan (Berengar von Béziers) unter Beachtung der Anweisungen vorzugehen.*

(Orvieto), 1283 April 24.

Reg. Vat. 42, fol. 47v

Martinus etc. Dilecto filio Andree Spiliati¹ capellano nostro Campanie Maritimeque rectori
 salutem etc.

Cum inter homines sive commune etc. usque reputantes. Dilecto filio magistro Berengario
 capellano nostro succentori Biterren.², de quo plenam in Domino fiduciam gerimus, nostris
 5 damus litteris in mandatis, ut ad partes ipsas se personaliter conferens etc. usque ordo iuris.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ad terminationem
 predicti negotii unacum eodem capellano procedas iuxta per easdem litteras traditam sibi
 formam.

Dat. ibidem VIII. kal. Maii anno tertio.

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Berengar Fredoli, Subkantor in Béziers, vgl. Nr. 252 Anm. 1.

254 (19)

Martin befreit die Einwohner Cervias, die lange in der Rebellion verharren und nun zur Kirche zurückgekehrt sind, von allen auferlegten Strafen unter der Bedingung, dass sie nicht wieder rückfällig werden.

(Orvieto), 1283 Mai 7.

Reg. Vat. 42, fol. 47v - 48r
P 22018

Martinus etc. Dilectis filiis hominibus civitatis Cervien.¹ salutem etc.

Grate devotionis studia, quibus nuper ad nostra et ecclesie Romane mandata humiliter rediistis^a, nostram et apostolice sedis benivolentiam adeo vobis vendicastis² propitiam, ut vos gerentes tanquam devotionis filios in visceribus caritatis petitiones vestras favorabiliter ad exauditionis gratiam admittamus.

Hinc est, quod nos vestris supplicationibus inclinati omnes processus, sententias, penas spirituales et temporales per nos et officiales nostros in vos communiter et singulariter auctoritate apostolica * sub quavis forma et expressione prolatas, quas ex eo, quod in rebellionem Romane ecclesie longo tempore permansistis, incurrisse noscimini, et quod Guidoni de Montefiltro³ persecutori Romane ecclesie manifesto eiusque complicibus et fautoribus contra Romanam ecclesiam publice adhesistis dando sibi auxilium, consilium et favorem, vobis in devotione sedis apostolice persistentibus ex certa scientia^b remittimus vosque a sententiis, processibus et penis huiusmodi apostolica auctoritate absolvimus et decernimus absolutos, ita tamen, quod si aliqua occasione vel causa contingeret, quod absit, vos ab eiusdem obedientia et devotione recedere in omnes sententias, processus et penas contra vos premissis occasionibus promulgatas relabamini eo ipso nosque nichilominus vos omnes et singulos extunc eisdem penis, sententiis et processibus subiacere decernimus sicut^c prius.

Nulli ergo etc. nostre remissionis, absolutionis et constitutionis etc.

Dat. ibidem non. Maii pontificatus nostri anno tertio.

^a Davor de gestrichen ^b Am Rand mit Verweiszeichen nachgetragen, secretam gestrichen. ^c
Davor 'se' gestrichen.

¹ Cervia, Prov. Ravenna (Emilia Romagna).

² Cervia hatte sich im März 1283 dem päpstlichen Heer ergeben, vgl. Kiesewetter, *Eppe*, 30.

³ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

255 (20)

Martin quittiert den genannten Kaufleuten die Auszahlung von dreitausend Pfund Turnosen aus dem Vermögen des verstorbenen Kardinalbischofs von Porto, R(ober)to, die für

die Angelegenheiten in der Romagna verwendet werden sollen. Das restliche Vermögen sollen sie nicht der päpstlichen Kammer zur Verfügung stellen, sondern etwaige Ansprüche daran bedienen.

(Orvieto), 1283 Mai 8.

Reg. Vat. 42, fol. 48r

Martinus etc. Dilectis filiis Dino Johannis de Thomasii Spiliati et Hugonis Spine¹ et Mayneto Rainaldi^a de Pulicum et Rimbertainorum Florentin.² ac Fatio Beringnonis de Bonaventure Bernardini de Senis societatibus³ camere nostre mercatoribus salutem etc.

5 Cum de bonis quondam sive peccunia bone memorie R. Portuen. episcopi⁴, que dilectus filius B. camerarius noster⁵ vobis assignari fecit ad nostrum beneplacitum conservanda, in prosecutione instantis negotii Romaniote de speciali mandato nostro per eundem camerarium oretenus vobis facto tria milia librarum Turonen. duxeritis expendenda, nos, ne propter hoc in posterum possitis ab aliquo impeti seu etiam molestari, vestre et sociorum vestrorum indemnitati precavere volentes, volumus et presentium auctoritate decernimus, ut de
10 huiusmodi tribus milibus librarum Turonen. ad restitutionem vel rationem aliam faciendam non teneamini nec ad id apostolica vel quavis auctoritate alia compelli aliquatenus valeatis, vos ac socios vestros omnes de vestra societate exinde totaliter absolventes.

Nolumus autem per hoc ipsam peccuniam sive bona predicta camere nostre usibus applicari, quin potius omnibus, quos super eisdem bonis et peccunia constabit aliquod ius
15 habere, volumus complementum iustitie exhiberi.

Dat. ibidem VIII. Idus Maii pontificatus nostri anno tertio.

^a *Am Rand* de bonis de quondam R. Portuen. episcopi.

¹ Dinus Johannis, vgl. Nr. 92.

² Maynettus Raynaldi, vgl. zu ihm Nr. 160.

³ Fatus Berignonis, vgl. zu ihm Nr. 249.

⁴ Robert Kilwardby, vgl. Nr. 92 Anm. 7.

⁵ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

256 (21)

Martin verpflichtet die päpstliche Kammer und die Kirche gegenüber den genannten Kaufleuten in der Höhe von 20000 Pfund Turnosen für den Fall, dass diese Summe, die er für die Angelegenheiten in der Romagna bei ihnen geliehen hat, nicht wie eigentlich beabsichtigt vom Thesaurar der Templer in Paris den dortigen Kaufleuten der genannten Sozietäten übergeben wird.

(Orvieto), 1283 Mai 7.

Reg. Vat. 42, fol. 48r

Martinus etc. Dilectis filiis Dino Johannis de Thomasii Spiliati et Hugonis Spine, Mayneto Rainaldi^a de Pulicum et Rimbertainorum Florentin., Fatio Berignonis de Bonaventure Bernardini de Senis et Labro Vulpelli de Riczardorum de Luca¹ societatibus mercatoribus camere nostre salutem etc.

5 Cum pro prosecutione instantis negotii Romaniote, quod premanibus^b agitur, ad requisitionem nostram viginti milia librarum Turonen. de peccunia vestra duxeritis liberaliter

persolvenda nosque dilecto filio I. thesaurario domus Templi Parisien.² sub certa forma per litteras nostras mandemus, ut sociis vestris Parisius de certa pecunia, quam in depositum nomine nostro habet, huiusmodi quantitatem pecunie sine qualibet difficultate persolvat, nos
10 intendentes indemnitati vestre in posterum precavere volumus, ut, si huiusmodi solutio aliquo eventu vel casu vobis vel dictis sociis vestris non fieret per thesaurarium supradictum, ad restitutionem dictorum viginti milium librarum Turonen. vobis camera nostra et Romana ecclesia teneantur et ad hoc bona earundem camere et ecclesie vobis et societatibus vestris auctoritate presentium specialiter obligamus presentes litteras bulla nostra munitas vobis in
15 huiusmodi rei testimonium concedentes³.

Dat. ibidem non. Maii anno tertio.^c

^a Am Rand de decimis ^b Davor 'pu' gestrichen ^c Am Rand satisfactum fuit eis (siehe Einleitung).

¹ Labrus Vulpelli, vgl. Nr. 92. Zu den übrigen siehe den vorhergehenden Brief.

² Jean de Tours, vgl. Nr. 248 Anm. 1.

³ Aus der Randbemerkung ‚satisfactum fuit eis‘ geht hervor, dass das Geld den Kaufleuten ausgezahlt wurde (allerdings nicht, ob von dem erwähnten Thesaurar oder der päpstlichen Kammer).

257 (22)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat sowie der Gemeinde von Ripetransoni sowie von Offida, unter Androhung von Exkommunikation, Interdikt, Verlust aller Gnaden und Privilegien sowie einer Geldstrafe von 1000 Silbermark, die Exulanten, die sich aus dem Königreich Sizilien in ihre Städte und Gebiete geflüchtet haben, um von dort aus gegen Karl von Anjou vorzugehen, unverzüglich von dort zu vertreiben und zukünftig keine Verdächtigen mehr aufzunehmen.

Orvieto, 1283 Mai 11.

Reg. Vat. 42, fol. 48r-v

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis . . . potestati, consilio et communi Ripetransonis¹ salutem et apostolicam benedictionem.

Intellecto nuper, quod quamplures exules regni Sicilie circumeuntes circa ipsius regni confinia loca quererent, in quibus se possent comode receptare, ad prosequendum sue malignitatis studia contra carissimum^a in Christo filium nostrum K(arolum) illustrem regem Sicilie², inno potius contra nos et Romanam ecclesiam, cuius causa principaliter agitur in hac parte, nec inter^b fideles ipsius ecclesie in Anconitan. Marchia invenissent, qui receptassent eosdem, vos spiritu elationis assumpto non sine honoris et status vestri periculo ipsos receptare et confovere ausu temerario non timetis. Nos igitur ex hoc turbamur merito et
10 movemur, cum ab ipsius regis offensa tanto debeatis sollicitius abstinere, quanto exinde nos et ipsam ecclesiam possetis contra vos * gravius provocare, universitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis sub excommunicationis et interdicti ac privationis vestrorum privilegiorum et gratiarum, quecumque ab eadem ecclesia obtinetis, necnon et mille marcharum argenti penas, quas scilicet excommunicationis vos potestas, consiliiarii et
15 officiales, interdicti vero et privationis ac mille marcharum argenti vos commune et terram vestram, si secus feceritis, extunc eo ipso incurrere volumus, firmiter precipiendo mandantes, quatinus eosdem exules a terra et districtu vestris cum effectu sine more dispendio expellatis ipsos vel alios suspectos dicto regi nullatenus in posterum recepturi, set potius eorum

20 fraudibus et astutiis obviantes sic in huiusmodi mandati executione promptos et sollicitos vos reddatis, quod penas vitetis predictas ac vestra devotio possit exinde merito commendari.

Alioquin vos huiusmodi excommunicationis, interdicti et privationis et pecuniarie penis subiaccere decernimus processuri nichilominus contra vos gravius, sicut viderimus expedire.

Dat. apud Urbemveterem V. idus Maii pontificatus nostri anno tertio.

Am Rand drei Finger auf ein Kreuz deutend ^b *Über der Zeile nachgetragen*

Item in eundem modum. . . potestati, consilio et communi Offide³ etc. usque in fine.

¹ Ripatransone (Prov. Ascoli Piceno).

² Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

³ Offida, Prov. Ascoli Piceno (Marche).

258 (23)

Martin verbietet dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Ascoli unter Androhung einer Strafe von 1000 Silbermark, Verbannte aus dem Regno, die der Rebellion gegen Karl von Anjou verdächtigt werden, aufzunehmen.

Orvieto, 1283 Mai 9.

Reg. Vat. 42, fol. 48v
Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 420 - Potthast 22021.

Martinus^a episcopus etc. Dilectis filiis . . . potestati, consilio et comuni Esculan.¹ salutem et apostolicam benedictionem.

5 Intellecto nuper, quod exules regni Sicilie, qui ad offensam carissimi in Christo filii nostri K(aroli), inlustris^b regis Sicilie² inno potius nostram et Romane ecclesie studiis malignitatis aspirant et in terra et districtu vestro habere receptaculum intendebant, tamquam devotionis filii nullatenus admisistis, fidei vestre constantiam plurimum commendantes universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente vobis nichilominus sub pena mille marcharum argenti auctoritate presentium iniungentes, quatinus provide attendentes, quod
10 negotium et causa Romane ecclesie aguntur principaliter in hac parte, dictos exules vel quoscumque alios regi predicto suspectos receptare sibi que favere in aliquo nullatenus presumatis, set potius eorum fraudibus et astutiis obviantes nostram et apostolice sedis benivolentiam reddatis suo loco et tempore promptiorem.

Dat. apud Urbemveterem V. idus Maii pontificatus nostri anno tertio.

^a *Daneben drei Finger auf ein Kreuz deutend* ^b *für illustris.*

¹ Ascoli; 1283 wird Corradino da Savignano di Modena als Podestà genannt, vgl. Luzi, *Compendio*, 105.

² Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

259 (24)

Martin ernennt Ingerraimo de Sassolis aus Arezzo zum Rektor in temporalibus für den Komitat Sabina und erteilt ihm die entsprechenden Vollmachten.

Orvieto, 1283 April 30.

Reg. Vat. 42, fol. 48v

Martinus etc. Dilecto filio Ingirraimo de Sassolis civi Aretin.¹

Dum incumbentia nobis onera, quibus assidue premimur, intenta consideratione pensamus videntes, quod nequivimus exolvere^a circa singula per nos ipsos debitum apostolice servitutis, nonnumquam aliquos ad gerenda nostre et ecclesie Romane servitia iuxta qualitatem agendorum assumimus, quorum laudabilia merita per operum evidentiam in conspectu sedis apostolice sub publica notitia presentantur et quorum solerti ministerio sperati fructus de communicatis sibi laboribus valeant provenire.

Sane licet de singulis provinciis specialiter nobis et eidem sedi subiectis, quantum nobis ex alto permittitur, curam vigilem habeamus, tamen circa comitatum Sabinie² eo maiori reddimur attentione solliciti, quo ipsam potiori zelari tenemur affectu velud ad eandem sedem pleno iure specialiter pertinentem infra^b sedis eiusdem brachia constitutum. Et quia cordi gerimus, ut in eodem comitatu servetur cultus iustitie, fidei punitis^c, devotionis integritas et opulencia pacis, personam ad horum promotionem utilem inibi decrevimus deputandam, per cuius industriam status eiusdem comitatus conservetur prospere ac a dispendiis dante Domino preservetur.

Cum autem circa hec personaliter intendere nequeamus innumerabilium dicte sedis negotiorum varietate distracti, ad te circumspeditionis sollicitudine preeditum, nobis et eidem sedi devotum convertimus nostre mentis intuitum, de cuius fidelitate plenam in Domino fiduciam obtinentes, rectoriam dicti comitatus Sabinie in temporalibus auctoritate apostolica tibi duximus committendam disponendi et ordinandi, statuendi, puniendi et faciendi in eodem comitatu, quicquid honori et comodo ecclesie Romane ac prospero statui fidelium eiusdem comitatus cognoveris expedire, necnon et contradictores et rebelles distractione, qua convenit, appellatione postposita compescendi concedentes tibi plenariam potestatem.

Ideoque nobilitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus onus regiminis dicti comitatus devote suscipiens illud prudenter gerere studeas et ea, que ad ipsum regimen pertinent, laudabiliter prosequaris, ita quod exinde nostram et dicte sedis gratiam possis plenius promereri.

Nos enim sententias sive penas, quas temporaliter rite tuleris vel statueris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari; non obstantibus aliquibus indulgentiis vel privilegiis aut litteris apostolicis quibuscumque personis, communitatibus, universitatibus et locis secularibus ab eadem sede concessis, per que tue in hac parte iurisdictionis executio possit quomodolibet impediri et de quibus fieri debeat in nostris litteris de verbo ad verbum mentio specialis.

Dat. apud Urbem veterem II. kal. Maii pontificatus nostri anno primo^d.

^a Für exsolvere.

^b Davor wohl et zu ergänzen.

^c Verschrieben für puritas.

^d Unterhalb am Seitenende: hic est finis huiusmodi quaterni

¹ In der Liste bei Waley, *Papal State*, 309 ist Ingeramus 'de Savolis' (!) 1284 als Rektor genannt. Er ist sonst nicht nachweisbar.

² Die Grafschaft Sabina (über ihre Ausdehnung siehe die Karte bei Battelli, *Rationes decimarum Italiae: Latium.*) wurde meist von den Rektoren des Herzogtums Spoleto bzw. des Patrimoniums S. Petri in Tuszien mitverwaltet, vgl. Waley, *Papal State*, 93.

260 (25)

Martin verkündet allen weltlichen Personen wie Institutionen im Komitat Sabina die Ernennung von Ingirraimo de Sassolis zum Rektor in temporalibus.

(Orvieto, 1283 April 30).

Reg. Vat. 42, fol. 49r.

Siehe zu den Namen den vorhergehenden Brief.

Dilectis filiis universis nobiles, potestatibus seu rectoribus, communitatibus et universitatibus ceterisque personis secularibus castrorum et locorum per comitatum Sabinie constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

Dum incumbencia nobis onera, quibus assidue premimur, intenta consideratione pensamus videntes, quod nequivimus exolvere^a circa singula per nos ipsos debitum apostolice servitutis, nonnumquam aliquos ad gerenda nostra et ecclesie Romane servitia iuxta qualitatem agendorum assumimus, quorum laudabilia merita etc. usque distracti, ad dilectum filium nobilem virum Ingirraimum de Sassolis civem Aratin.^b circumspectionis sollicitudine preditum nobis et eidem sedi devotum convertimus nostre mentis intuitum, de cuius fidelitate plenam in Domino fiduciam obtinentes rectoriam predicti comitatus Sabinie in temporalibus auctoritate apostolica eidem I. duximus committendam disponendi etc. usque potestatem.

Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsum Ingirraimum, immo potius nos in ipso benigne recipientes et honorifice pertractantes ei tamquam rectori comitatus Sabinie plene in omnibus intendere ac obedire curetis, ita quod exinde commendare^c merito valeatis.

Alioquin sententias sive penas, quas temporaliter rite tulerit vel statuerit in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari; non obstantibus aliquibus indulgentiis vel privilegiis etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Für exsolvere.

^b Für Aretin.

^c Für commendari.

261 (26)

Martin betraut den Bürger Arezzos, Ingeraimo de Sassolis, mit der Regierung der Stadt Terni.

(Orvieto, 1283 April 30).

Reg. Vat. 42, fol. 49r
Siehe Nr. 259.

Dilecto filio Ingeraimo de Sassolis civi Aretin. salutem etc.

Cupientes, ut status civitatis^a Interampnen.¹ in statu prospero conservetur et salubriter auctore Domino dirigatur, civitatem ipsam specialiter tuo regimini duximus in temporalibus commitendam.

5 Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus civitatem eandem sic in hiis regere ac laudabiliter gubernare procures, quod exinde tue sollicitudinis studium commendare merito valeamus.

Nos enim sententias sive penas, quas temporaliter rite tuleris in rebelles, ratas habebimus et faciemus usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari, non
10 obstantibus aliquibus indulgentiis vel privilegiis apostolicis cuiuscumque tenoris existant, per que mandati nostri executio possit quomodolibet impediri et de quibus fieri debeat in nostris litteris de verbo ad verbum nuntio^b specialis.

Dat ut supra.

^a *Davor vestre gestrichen.* ^b *Zu erwarten wäre mentio.*

¹ Terni.

262 (27)

Martin verkündet dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Terni, dass er Ingeraimo de Sassolis aus Arezzo mit ihrer Regierung betraut hat und fordert sie zum Gehorsam auf.

(Orvieto, 1283 April 30).

Reg. Vat. 42, fol. 49r. - Siehe Nr. 261 bzw. 259.

Dilectis filiis [. .]^a potestati, consilio et communi Interampnen. salutem et apostolicam benedictionem.

Cupientes, ut status vestre [civi]tatis^b prospere conservetur et salubriter auctore Domino dirigatur^c, civitatem vestram specialiter dilecti filii Ingirraimi de Sassolis civis Aret. regimini
5 duximus in temporalibus committendam.

Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ei super hiis plene intendere ac obedire curetis.

Alioquin sententias etc.

Dat. ut supra.

^a Ergänzt, fehlt im Text.
nachgetragen

^b Emendiert: Im Text 'comi' vor 'tatis' gestrichen.

^c Über der Zeile

263 (28)

Martin betraut den Bürger Arezzos, Ingeraimo de Sassolis, mit der Regierung des Dorfes Stroncone.

(Orvieto, 1283 April 30).

Reg. Vat. 42, fol. 49r. - Siehe Nr. 259.

Dilecto filio Ingirraimo de Sassolis civi Aretin. salutem etc.

Cupientes, ut status castri Stranconis^a ¹ Narnien. diocesis in statu prospero conservetur et salubriter auctore Domino dirigatur, castrum ipsum specialiter tuo regimini duximus in temporalibus committendam.

5 Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus castrum ipsum sic in hiis regere ac laudabiliter^b gubernare^b procures, quod exinde tue sollicitudinis studium commendari merito valeamus.

Nos autem sententias etc. usque mentionem.^c

Dat. etc. ut supra.

^a Für Stronconis.

^{b-b} gubernare laudabiliter vor Korrektur.

^c Für mentionem.

¹ Stroncone, Prov. Terni (Umbria)

264 (29)

Martin verkündet den Einwohnern des Dorfes Stroncone, dass er Ingeraimo de Sassolis aus Arezzo mit ihrer Regierung betraut hat und fordert sie zum Gehorsam auf.

(Orvieto, 1283 April 30).

Reg. Vat. 42, fol. 49r. - Siehe Nr. 263 bzw. Nr. 259.

Dilectis filiis hominibus castri Stranconis Narnien diocesis salutem etc.

Cupientes, ut status vestri castri prospere conservetur et salubriter auctore Domino dirigatur, castrum ipsum specialiter dilecti filii Ing(iraimi) etc. ut supra verbis competenter mutatis usque mentionem.

5 Dat. ut supra.

265 (30)

Martin betraut den Bürger Arezzos, Ingeraimo de Sassolis, mit der Regierung des Dorfes Otricoli.

(Orvieto, 1283 April 30).

Reg. Vat. 42, fol. 49r. - Siehe Nr. 259.

Dilecto filio Ingirramo de Sassolis civi Aretin. salutem etc.

Cupientes, ut status castri Utriculi¹ Narnien. diocesis in statu prospero conservetur etc. sic^a in littera Stronconis usque in finem.

Dat. etc.

^a Für sicut.

- 5 *Martin verkündet den Einwohnern des Dorfes Otricoli, dass er Ingeraimo de Sassolis aus Arezzo mit ihrer Regierung betraut hat und fordert sie zum Gehorsam auf.*

In eundem modum. Hominibus castri Utriculi sicut in eundem modum castri Stronconis.

¹ Otricoli. Prov. Terni (Umbria).

266 (31)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Kapitan, dem Rat und der Gemeinde von Camerino unter Androhung von Exkommunikation und Interdikt sowie einer Geldstrafe von 1000 Silbermark, den aufständischen Städten Perugia und Spoleto und deren Anhängern jegliche Art von Unterstützung zu verweigern.

Orvieto, 1283 Mai 25.

Reg. Vat. 42, fol. 49r-v

Martinus etc. Dilectis filiis .. potestati, .. capitaneo, consilio et comuni Camerinen.¹ salutem et apostolicam benedictionem.

- 5 Cum, sicut vestram devotionem non credimus ignorare, omnes, qui Perusin.² et Spoletan.³ et eorum sequacibus, nostris et Romane ecclesie inimicis, in eorum rebellionem et contumacia persistentibus dederint auxilium, consilium vel favorem, sententiam excommunicationis apostolica auctoritate prolatam ipso facto incurrant ac iidem rebelles, qui tanquam in reprobum sensum dati offensas cumulas offensas et peiora prioribus committentes adversus homines de Fulgineo⁴ nostros et Romane ecclesie fideles hostiliter gressus suos repetere et ad bonorum ipsorum devastationem procedere dampnabiliter non formident sperantes a vobis
10 sive hominibus districtus vestri in victualibus * et aliis favorem ac presidium obtinere, nos, quamvis non credamus vos tamquam ab antiquo in devotione Romane ecclesie radicos ad talem contemptum seu inobedientiam devenire, ut eisdem rebellibus debeatis in transmittendis victualibus seu quibuscumque aliis favorem seu presidium exhibere, tamen, ut super hiis mandatis nostris studeatis eo devotius obedire, quo vobis votum apostolicum per presentes

15 litteras fuerit specialius patefactum, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur
attente, vobis sub excommunicationis et interdicti ac mille marcharum argenti penis, quas
scilicet excommunicationis vos potestas et capitaneae, consilarii et officiales, interdicti vero et
mille marcharum vos comune et terram vestram eo ipso incurrere volumus, si mandatum
nostrum in hac parte contempseris^a adimplere, per apostolica scripta districte precipiendo
20 mandantes, quatinus eisdem Perusin. et Spoletan. vel eorum exercitui aut sequacibus
tamquam rebellibus et Romane ecclesie inimicis equos, arma, fodrum seu victualia
transmittere vel alias dare ipsis auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte
nullatenus presumatis, ita quod penas vitantes predictas devotionem vestram proinde
possimus merito commendare.

25 Alioquin extunc predictas penas et earum quamlibet vos decernimus incurrisse contra vos
acrius nichilominus spiritualiter et temporaliter processuri, sicut viderimus expedire.

Dat apud Urbem veterem VIII. Iunii pontificatus nostri anno tertio.

^a Für contempseritis.

¹ Camerino, Prov. Macerata.

² Perugia war wegen des Konfliktes mit Foligno mit dem Interdikt belegt worden (siehe Bonazzi, *Storia di Perugia*, 223), vgl. zu dieser Auseinandersetzung Waley, *Papal State*, 206. – 1284 Januar 3 wurde Perugia durch den päpstlichen Gesandten Guglielmo da Moerbeke wieder von dem Interdikt befreit, vgl. Paravicini Bagliani, *Nuovi documenti*, 141.

³ Spoleto unterstützte Perugia im Konflikt mit Foligno.

⁴ Foligno, Prov. Perugia.

267 (32)

Martin quittiert den genannten Kaufleuten die Auszahlung von 1000 Pfund Turnosen für die Angelegenheiten in der Romagna aus dem Vermögen des verstorbenen Kardinals (...). Das restliche Vermögen sollen sie nicht der Kammer zur Verfügung stellen, sondern gegebenenfalls Ansprüche daran bedienen.

(Orvieto), 1283 Mai 8.

Reg. Vat. 42, fol. 49v

Martinus^a etc. Dilecto filio Maynecto Rainaldi de societate Pulicum et Rimbertainorum de Florentia¹ camere nostre mercatori salutem etc.

Cum de bonis quondam sive peccunia bone memorie R. Portuen.² episcopi, que dilectus filius B. camerarius noster³ tibi assignari fecit ad nostrum beneplacitum conservanda, in prosecutione instantis negotii Romaniote de speciali mandato nostro per eundem camerarium oretenus sibi facto mille libras Turonen. duxeris expendendas, nos, ne propter hoc in posterum tu vel socii tui possitis ab aliquo impeti seu etiam molestari, tuo et sociorum ipsorum indemnitati paterna sollicitudine precaventes, volumus et presentium auctoritate decernimus, ut de huiusmodi mille libras Turonen. tu vel iidem socii tui non teneamini ad restitutionem vel rationem aliam faciendam nec ad id apostolica vel quavis auctoritate alia compelli aliquatenus valeatis, te ac ipsos socios et societatem tuam exinde totaliter absolventes.

Nolumus autem per hoc ipsam peccuniam sive bona predicta camere usibus applicari, quin potius omnibus, quos super eisdem bonis et peccunia constiterit aliquod ius habere,

volumus complementum iustitie exhiberi, presentes litteras bulla nostra munitas super hoc in testimonium concedentes.

Dat. ibidem VIII. idus Maii anno tertio.

^a *Am Rand* de bonis quondam R. Portuen. episcopi.

In^a eundem modum. Dilecto filio Dyno Johannis de Thomasi Spiliati et Hugonis Spine⁴ societate de Florentia camere nostre mercatori.

Cum de bonis etc. usque in finem. Dat. ut supra.

^a *Am Rand* de eisdem bonis.

Item^a in eundem modum. Dilecto filio Facio Berignonis de societate Bonaventure Bernardini⁵ de Senis camere nostre mercatori.

Cum de bonis etc. usque camerarius noster tibi vel sociis tuis etc. usque in finem. Dat. ut supra.

^a *Am Rand* de eisdem bonis

¹ Maynetus Raynaldi, vgl. Nr. 160.

² Robert Kilwardby, vgl. Nr. 92 Anm. 7.

³ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

⁴ Dinus Johannis, vgl. Nr. 92.

⁵ Fatius Berignonis, vgl. Nr. 249

268 (33)

Martin erteilt dem Vikar in der Romagna, Guillaume Durand, auf dessen Bitten hin die Vollmacht, die Angehörigen des päpstlichen Heeres, die aus irgendeinem Grund der Exkommunikation verfallen waren, davon zu lösen.

Orvieto, 1283 Mai 23.

Reg. Vat. 42, fol. 49v

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ decano ecclesie Carnoten. capellano nostro vicario in spiritualibus provincie Romaniole salutem etc.

Nuper nobis per tuas litteras intimasti, quod quamplures de provincia tibi commissa et etiam aliunde, ad exercitum nostrum et Romane ecclesie in provincia Romaniole contra
5 rebelles ipsius ecclesie congregatum in subsidium et favorem eiusdem ecclesie convenerunt, qui ex diversis causis excommunicationum sententiis innodati ab illis petunt per te humiliter se absolvi. Quare petebas super hoc tibi a nobis licentiam largiri.

Nos autem, licet huiusmodi excommunicationum causas earundem litterarum tuarum series non expresserit, considerato tamen, quod confluentes ad ipsum exercitum negotium eiusdem
10 ecclesie tanto favorabilius prosequuntur, quanto sibi senserint circa ipsarum animarum salutem apostolice sedis studia promptiora, presentium tibi auctoritate concedimus facultatem absolvendi omnes ex predicto exercitu excommunicatos a canone vel a iure iuxta formam ecclesie consuetam illis casibus dumtaxat exceptis, propter quorum enormitate^a esset sedes apostolica merito consulenda.

15 Dat. apud Urbemveterem X. kal. Iunii pontificatus nostri anno tertio. *

^a *Verschrieben für enormitatem.*

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

269 (34)

Martin befiehlt dem Rektor in spiritualibus, Guillaume Durand, Guido von Montfort und seinen zehn Gefolgsleuten im Vorhinein den Sold bis zum 11. Juni auszuzahlen und zwar 14½ Pfund pro Tag.

Orvieto, 1283 Mai 30.

Reg. Vat. 42, fol. 50r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ decano Carnoten. capellano nostro rectori in spiritualibus provincie Romaniolae salutem etc.

Cum dilecto filio nobili viro Guidoni de Monteforti², quem nuper in Romaniolam ad nostrum et ecclesie Romane servitium destinavimus, pro se et decem armigeris stipendia
5 quatuordecim librarum et dimidie Turonen. precipienda quolibet die ab eo pro tempore, quo
ibidem ecclesie prefate serviverit, de peccunia nostre camere duxerimus deputanda sibi que a
die recessus sui de curia nostra usque ad undecimum diem instantis mensis Iunii sit de
huiusmodi stipendiis a nostra camera satisfactum, volumus et presentium tibi tenore
mandamus, quatinus ei huiusmodi servitio insistenti de quatuordecim libris et dimidia
10 Turonen. singulis diebus a dicta(!) undecimo die Iunii in antea computandis satisfacias de
peccunia nostre camere vel alia, que ad manus tuas pervenerit, usque ad nostre beneplacitum
voluntatis.

Dat. apud Urbem veterem III. kal. Iunii anno tertio.

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

² Guido von Montfort. Anhänger Karls I. von Anjou, ermordete 1271 Heinrich von Kastilien, 1281 Januar 21 war er von der Exkommunikation, der er wegen dieses Verbrechens unterworfen war, befreit worden (vgl. Eubel, *Registerband des Cardinal-Großpönitentiaris Bentevenga*, Nr. 48 (S. 55f.), seit 1283 in päpstlichem Dienst, seit 1287 in aragonesischer Gefangenschaft, dort 1292 gestorben, vgl. Powicke, *Guy de Montfort*, *Transactions of the Royal Historical Society XVIII* (1935), 1 ff.

270 (35)

Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona, Giffrid von Anagni, unter Strafanrohung dafür zu sorgen, dass niemand in der Mark Guido von Montefeltro oder seine Anhänger, die aus der Romagna vertrieben und angeblich zur Kirche zurückgekehrt sind, aufnimmt.

(Orvieto), 1283 Juni 9.

Reg. Vat. 42, fol. 50r

Martinus etc. Dilecto filio Giffrido de Anagnia¹ auditori contradictarum capellano nostro rectori Marchie Anconitan. salutem etc.

Intellecto nuper, quod dilectus filius nobilis vir Johannes de Epa² rector provincie Romaniolae Guidoni de Montefiltro³ eiusque sequacibus, qui ad mandata nostra et Romane
5 ecclesie rediisse dicuntur, precepit, ut extra eandem provinciam moraretur, quodque idem

Guido cum hiis, qui sequuntur eum, intendit ad partes Anconitan. Marchie declinare, nos de ipsius G(uidonis) versuciis merito dubitantes, ne loca fidelium, in quibus permanserit, suis fraudibus et fermento malitie corrumpantur, volumus et presentium tibi tenore precipiendo mandamus, quatinus baronibus, nobilibus necnon communitatibus et ceteris personis ipsius

10 Marchie cum adiectione pene spiritualis et temporalis, prout expedire videris, districte precipias atque inhibeas, ne ipsum Guidonem et sequaces eius in aliqua terrarum ipsius Marchie receptare presumant, nec permittas eos inibi aliquatenus commorari sine nostra speciali licentia et mandato eos, qui secus fecerint, potestate tibi tradita spritualiter et temporaliter castigando.

15 Dat. ibidem V. idus Iunii anno tertio.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

³ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

271 (36)

Martin befiehlt dem Thesaurar der Templer in Paris, (Jean de Tours), den Preceptor seines Ordens in Franzien zu ersuchen, den päpstlichen Hostiar und Templer Raynaldus finanziell zu unterstützen.

Orvieto, 1283 Mai 15.

Reg. Vat. 42, fol. 50r

Martinus etc. Dilecto filio . . thesaurario domus militie Templi Parisien.¹ salutem etc.

Grate devotionis obsequia, quibus dilectus filius frater Raynaldus² ordinis tui, hostiarius noster, in commisso sibi officio erga nos fideliter et diligenter insistit, merito nos inducunt, ut ad relectanda^a eius onera expensarum, quas occasione dicti officii sustinet, reddamus nos sibi

5 apud dilectum filium . . preceptorem domus militie Templi in Francia³ et alios, cum expedit, propicios et benignos. Hinc enim, quod cum ipsum hostiarium oporteat insistendo nostris obsequiis sustinere ampliora onera expensarum nec habeat, unde ipsa possit commode supportare, eundem preceptorem per litteras nostras rogandum duximus attentius et hortandum dantes sibi eisdem litteris in mandatis⁴, ut ipsum R. pro nostra et apostolice sedis

10 reverentia habens specialiter commendatum sic erga eum pro faciendis et sustinendis expensis huiusmodi decenter manum porrigat adiutricem, quod de precibus et mandato nostris apud ipsum preceptorem fructum, prout credimus, consequatur optatum nosque, qui ad gratum habebimus, devotionem suam proinde possimus merito commendare.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus predictum preceptorem

15 ad id ex parte nostra moneas efficaciter et inducas, ita quod tue diligentie studium reddatur eidem hostiario in effectu operis fructuosum.

Dat. ibidem idus Maii anno tertio.

^a *Verschrieben für* relevanda.

¹ Jean de Tours, vgl. Nr. 248 Anm. 2.

² Nicht identifiziert.

³ Nicht identifiziert.

⁴ Siehe den nachfolgenden Brief.

272 (37)

Martin befiehlt dem Preceptor des Templerordens in Frankreich, seinen Hostiar Raynaldus finanziell zu unterstützen.

(Orvieto, 1283 Mai 15).

Reg. Vat. 42, fol. 50r-v. - Siehe Nr. 271.

Martinus etc. Dilecto filio . . . preceptori domus militie Templi in Francia salutem etc.

Grate devotionis servitia, quibus dilectus filius frater Raynaldus ordinis tui hostiarius noster in commisso sibi officio erga nos fideliter et diligenter insistit, merito nos inducunt, ut ad eius relevanda onera expensarum, quas occasione dicti officii sustinet, reddamus nos sibi
5 apud te ac alios, cum expedit, propicios et benignos. Hinc enim, quod cum ipsum oporteat insistendo nostris obsequiis sustinere ampliora onera expensarum nec habeat, unde ipsa possit commode supportare, discretionem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus ipsum pro nostra et apostolice sedis reverentia habens specialiter
* commendatum sic erga ipsum pro faciendis sive sustinendis expensis huiusmodi decenter
10 manum porrigas adiutricem, quod de precibus et mandato nostris apud te fructum, prout credimus, consequatur optatum nosque, qui id gratum habebimus, devotionem tuam proinde possimus merito commendare.

Dat. ut supra.

273 (38)

Martin lobt den Podestà von Rimini, Malatesta de Verruculo, für sein entschiedenes Vorgehen gegen das aufständische Cesena.

Orvieto, 1283 Juni 11.

Reg. Vat. 42, fol. 50v

Baluze, Miscellanea III, 410 = Tonini, Rimini III, 639 - Potthast 22027.

Martinus etc. Dilecto filio Malateste de Veruculo potestati Ariminen.¹ salutem etc.

Intellecto ex tuarum serie litterarum, quod tu in apostolice sedis reverentia solita et devotione accensus assumptis tecum dilectis filiis militibus et populo Ariminen. necnon stipendiariis nostris apud Arimin. deputatis grata continuando servitia, que semper hactenus
5 dicte sedi laudabiliter impendisti^a, Cesenates², rebelles nostros, vexationibus persequens et pressuris, quas eorum rebellio et incauta temeritas meruerunt, contra ipsos in eorum territorium et districtum potenter et viriliter accessisti dampna ipsis in rebus eorum gravia inferendo, ut dinoscerent sic vexati se in improvidam^b erexisse superbiam contra matrem ac errorem deponerent sic attriti, quibus se improvide involuerunt. Super quibus devotionis tue
10 plenitudinem, quam laudabilium operum manifestat effectus, dignis laudibus commendamus, per que scias, quod^c nos tibi constituisti in tuis profectibus et honoribus promptiores.

Dat. apud Urbem veterem V. idus Iunii pontificatus nostri anno tertio.

^a Danach zwei Punkte.

^b 'im' über der Zeile nachgetragen.

^c Über der Zeile nachgetragen.

¹ Malatesta de Verrucchio, vgl. Nr. 56 Anm. 3.

² Cesena, Prov. Forlì. - Cesena hatte sich im Juni 1283 der päpstlichen Seite unterworfen, vgl. Franceschini, *I Montefeltro*, 105.

274 (38/2)

Martin ernennt Berard von Poggio zum Rektor in spiritualibus et temporalibus für die Massa Trabaria und stattet ihn mit den entsprechenden Vollmachten aus.

(Orvieto), 1283 Juni 8.

5 *Reg. Vat. 42, fol. 50v*
Pasztor, amministrazione, 183.

Dilecto^a filio Berardo de Podio capellano nostro canonico Reatin.¹ salutem etc.

Tradite tibi virtutes a Domino, ex quibus laudabilium fructus operum producuntur, nobis prebent fiduciam, ut, que tue sollicitudini committuntur, discrete tractentur, agantur rationabiliter et laudabiliter prosperentur.

5 Circa statum itaque Masse Trabarie², que est sedis apostolice specialis, sollicite cogitantes ac cupientes, quod eadem provincia tranquillitatis ubertate fecundet ac prospere gubernetur, rectoriam eiusdem Masse Trabarie in spiritualibus et temporalibus tibi, de cuius probitate confidimus, plenarie auctoritate apostolica duximus concedendam disponendi, ordinandi, 10 statuendi et precipiendi ac alia, que ad rectorie spectant officium, inibi exercendi, contradictores quoque ac rebelles quoslibet spirituali et temporali districtione appellatione postposita compescendi concedentes auctoritate presentium tibi plenam et liberam potestatem.

15 Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus rectoriam ipsam devote suscipias et illam iuxta datam tibi a Deo prudentiam sollicite dilligentie studio prosequaris, ita quod^b possis exinde merito commendari. Nos enim sententias, quas tuleris, et penas, quas per te vel per alium seu^b alios spiritualiter et temporaliter rite statueris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam^c appellatione remota^c inviolabiliter observari; non obstantibus aliquibus privilegiis vel indulgentiis quibuscumque personis, dignitatibus, locis, communitatibus, ecclesiis, monasteriis ac conventibus quorumcumque^d ordinum generaliter et spetialiter ab eadem sede concessis, per que ipsius 20 officii prosecutio possit quomodolibet impediri et de quibus in nostris litteris de verbo ad verbum fieri debeat mentio spetialis.

Dat.^e VI. idus Iunii etc.^e

^a *Am Rand commissio Rectorie Masse Trabarie* ^{b-b} *Am Rand durch Zeichen nachgetragen*

^{c-c} *Über der Zeile nachgetragen* ^d *Davor quoscumque gestrichen* ^{e-c} *Am Rand nachgetragen*

¹ Berardo de Podio (Poggio Bustone). 1278 - 1303 ist ein Kanoniker dieses Namens in Rieti belegt, vgl. Brentano, *A new world*, 387 Anm. 12 u. ö. Ob der im obigen Brief Genannte allerdings mit diesem identisch ist und sich, wie Brentano, a. a. O. 201 vermutet, kurze Zeit später wieder nach Rieti zurückgezogen hat, ist fraglich. Betrachtet man die Karrieren der Rektoren im Kirchenstaat, so scheint es sich hier vielmehr um jenen Berard de Podio zu handeln, der von 1286 - 1296 als Bischof von Ancona und 1296 - 1298 als Bischof von Rieti fungierte. - Als Rektor amtierte er nur wenige Wochen: Am 23.12.1283 wird Guillaume Durand zu seinem Nachfolger ernannt, nachdem Berard vertrieben worden war, s.u. Nr. 376.

² Massa Trabaria, vgl. Nr. 7 Anm. 2.

275 (39)

Martin verkündet dem Klerus und dem Volk der Massa Trabaria die Ernennung Berards von Poggio zum dortigen Rektor in spiritualibus und temporalibus und fordert sie auf, diesem Gehorsam zu leisten.

Orvieto, 1283 Juni 9.

*Reg. Vat. 42, fol. 50v
Siehe den vorhergehenden Brief.*

Dilectis filiis clero et populo Masse Trabarie.

Tradite dilecto filio Berardo de Podio capellano nostro canonico Reatin. Masse Trabarie rectori virtutes a Domino, ex quibus laudabilium fructus etc. ut supra usque potestatem.

5 Quocirca universitatem vestram monemus et^a hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eundem rectorem devote recipientes et honeste tractantes ei tamquam rectori vestro in omnibus, que ad rectorie spectant officium, humiliter et efficaciter intendatis, eidem de proventibus et aliis ecclesie Romane iuribus, prout responderi aliis rectoribus eiusdem Masse consuevit hactenus nostro et ecclesie predicte nomine, integraliter responsuri, ita quod devotionis affectus, quem ad eandem ecclesiam habere tenemini, pateat per effectum
10 nosque^b reddatis exinde nobis favorabiles et benignos.

Alioquin sententias, quas idem cappellanus tulerit, et penas, quas per se vel per alium seu alios spiritualiter et temporaliter rite statuerit in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari.

Dat.^b apud Urbemveterem V. idus Iunii anno III.

^a Davor ro (für rogamus) gestrichen ^b Verschrieben für vosque. ^c Davor V. idus Iunii gestrichen.

276

Martin befiehlt dem Rektor Berard damit fortzufahren, die entfremdeten Güter in der Massa Trabaria wieder zur Kirche zurückzuführen.

(Orvieto), 1283 Juni 9.

*Reg. Vat. 42, fol. 50v-51r.
Siehe Nr. 274.*

Eidem^a cappellano nostro canonico Reatin. rectori Masse Trabarie.

Ad audientiam nostram pervenit, quod nonnulla de bonis Masse Trabarie ad ecclesiam Romanam spectantibus in eadem Massa alienata * et districta sunt et a nunnulis etiam occupata. Et licet super revocatione de alienatis, distractis et occupatis huiusmodi facienda per
5 rectores ipsius Masse, qui fuerunt pro tempore, aliqui habiti sint processus, tamen ipsi adhuc sortiti effectum debitum non fuerunt.

Nos igitur volentes super hoc indemnitati eiusdem ecclesie paterna sollicitudine precavere discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus predicta bona legitimis dictorum rectorum habitis in hac parte servatis processibus ad ius et proprietatem ipsius ecclesie

10 Romane legitime revocare procures ^bcontradictores omnes^b per censuram ecclesiasticam
appellatione postposita compellendo.

Dat. ut^c V. idus Iunii.

^a Am Rand quod revocet alienata districta et occupata ^{b-b} Über der Zeile nachgetragen ^c Über der
Zeile nachgetragen, zu ergänzen wäre supra.

277 (40)

Martin befiehlt Andrea Spiliati, gegen die Einwohner Alatris, die das Dorf Vico schwer bedrängen, unter Androhung von Exkommunikation und Interdikt entschiedener als bisher vorzugehen.

Orvieto, 1283 Juni 5.

Reg. Vat. 42, fol. 51r-v

Martinus etc. Dilecto filio magistro Andree Spiliati¹ capellano nostro Campanie
Maritimeque^a rectori salutem et apostolicam benedictionem.

5 Ex parte dilectorum filiorum hominum castri de Vico², nostri et Romane ecclesie spetialis
Alatrin. diocesis, fuit nobis expositum, quod nos diebus istis preteritis intellecto, quod
commune civitatis Alatrin.³ spiritu nequie concitati erga nos et ipsam ecclesiam devotionem
debitam non servantes ad castrum ipsum armata manu accedere, quedam inibi molendina
destruere ac alia dampna gravia ipsius castri hominibus irrogare ausu temerario presumpserant
10 comminando per se suosque sequaces ad depopulationem bonorum eiusdem castri cum hostili
exercitu se gravius processuros, tibi sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut tu
eisdem hominibus oportuni favoris assistens presidio et ad cohibendum tantam insolentiam
dicti communis prudenter intendens dictos Alatrin. et sequaces eorum, ut ab huiusmodi
molestiis et iniuriis omnino desisterent et de illatis plenam et debitam nobis et eidem ecclesie
15 ac dictis hominibus satisfactionem impenderent, sic acriter spiritualiter et temporaliter cognita
veritate compelleres, quod pena docente ipsi doleant se talia commisisse ac alii metu pene a
similibus arceantur. Et si predicti Alatrin. adversus homines eosdem aliquod ius habere
contenderent, voluimus inter alia, ut coram nobis vel coram te, si maluissent, assequerentur
iustitie complementum.

20 Sed tu, sicut nuper accepimus, non attendens, quod preter predicta dicti Alatrin. segentes^b
predictos homines sue ditioni submittere ac dictum castrum aggredientes hostiliter et superbis
impetentes insultibus quosdam ex hominibus ipsis interfecerant, alios ad mortem
procusserant, domos, palearia et segetes combusserant, arbores succiderant et tornatoria
diruerant hominum eorundem ac assarentes^c silvas et pascua ditorum hominum esse de
teritorio Alatrin., licet nulla agrorum comprehensio vel connexitas id ostendat, sed locorum
25 distantia et loca media pascua ipsa indicent ab Alatrin. territorio aliena, et hominibus
insidiantes eisdem animalia ipsorum in pascuis et silvis ipsis inventa inde pro libito sue
voluntatis abduxerant et hii, quorum erant ea ...^d pro certa summa pecunie cogebantur^e ac
memoratis hominibus quamplura alia dampna et iniurias irrogarant, a prefatis Alatrin. non nisi
trecentis florenis auri nomine pene pro ecclesia predicta receptis satisfieri dictis hominibus, de
quo miramur et merito, non fecisti.

30 Sicque contingere dicitur, quod predicti Alatrin. se in maiori nequitia obfirmantes predictos
homines gravius opprimunt et eorum bona diripiunt et pretextu quorundam statutorum

animalia predictorum hominum, que, cum in silvis et pascuis ipsis et alibi ubicumque
 inveniunt, abducunt et indebite detinent, donec hii, quorum sunt, pro redemptione eorum
 certam solvant pecunie quantitatem. Et quod est indecentius Raynucium⁴ de castro predicto
 35 laicum, qui ad te tunc in civitate * ipsa manentem pro petenda iustitia de predictis accesserat,
 in suo reddito extra civitatem eandem capi fecerunt et tamdiu detineri captivum, donec
 coactus extitit pro liberatione sua de decem librarum provisione cautionem plenariam^f
 exhibere nec hiis contenti contra predictos homines gravius procedere comminantur, super
 quibus dicti homines apostolice sedis remedium humiliter implorarunt.

40 Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, predictos
 Alatrin., quod a quibuslibet eorundem hominum molestiis et iniuriis penitus conquiescant, de
 illatis dampnis debitam satisfactionem impendant, statuta huiusmodi, quatenus iniuste sunt
 edita, penitus revocent ac dictum Raynucium a cautionibus ipsis absolvant, talia vel similia
 decetero nullatenus presumpturi, per excommunicationis in singulares personas et interdicti in
 45 civitatem predictam sententias et alias per inflictionem pene pecunarie, de qua videris
 expedire, potestate tibi tradita monitione premissa, prout negotii qualitas exegerit,
 appellatione remota compellas, talem in predictis diligentiam habiturus, quod exinde nequeas
 de negligentia reprehendi, set possit potius tue^g sollicitudinis studium commendari.

Dat. apud Urbemveterem non. Iunii pontificatus nostri anno tertio.

^a Am Rand drei Finger auf ein Kreuz deutend ^b Für sequentes ^c Für asserentes ^d Hier
 fehlt ein Wort (unleserlich). ^e Davor quantitatem gestrichen ^f 'riam' über der Zeile
 nachgetragen ^g Über der Zeile nachgetragen

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Vico, Prov. Frosinone.

³ Alatri, Prov. Frosinone.

⁴ Sonst nicht nachgewiesen.

278 (41)

*Martin befiehlt seinem Kämmerer Berard, dafür zu sorgen, dass alle Einkünfte aus dem
 Kreuzzugszehnten, der in den Königreichen Aragon und Navarra sowie den Kirchenprovinzen
 Vienne, Arles, Aix, Embrun, Tarentaise und Besançon von verschiedenen Kaufleuten
 eingesammelt worden war, dem Luccheser Kaufmann Bollionus Rosillioni übergeben werden,
 und erteilt ihm die Vollmacht, die Auszahlung zu quittieren.*

Orvieto, 1283 Juni 21.

*Reg. Vat. 42, fol. 51v
 Jordan, De mercatoribus, 88.*

Martinus^a etc. Dilecto filio Berardo camerario nostro¹ salutem etc.

Cum de speciali conniventia et mandato nostro procedat, ut pecunia decimarum
 concessarum subsidio Terre Sancte, que in regnis Aragonie et Navarre² ac Viennen. ,
 Arelaten., Aquen., Ebredunen. Tarentasien.^b et Bisuntin.^b³ provinciis auctoritate apostolica
 5 est collecta, Bolliono Rossillioni, civi et mercatori de societate Battusorum de Luca,⁴ nostro et
 ecclesie Romane ac ipsius Terre Sancte nomine assignetur, presentium tibi tenore mandamus,
 quatinus huiusmodi pecuniam decimarum ab illis, qui eam in depositum seu custodiam vel
 qualitercumque habere noscuntur, prefato mercatori facias nostro, ecclesie Romane ac ipsius

10 Terre Sancte nomine assignari eos ad id, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam
appellatione postposita compellendo.

Nos enim tibi nostro et Romane ecclesie ac Terre Sancte nomine faciendi refutationem et
quietationem^c ydoneam de pecunia predictarum decimarum, que ab illis, apud quos dicta
pecunia reperitur, eidem mercatori fuerit prefato nomine persoluta, plenam auctoritate
presentium concedimus facultatem.

15 Dat. apud Urbemveterem XI. kal. Iulii pontificatus nostri anno tertio.

^a *Am Rand* de decimis, *darunter* de secunda solutione facta Bolioni ^{b-b} *Über der Zeile nachgetragen.*

^c *für* quietationem.

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Königreiche Aragon und Navarra.

³ Erzbistümer Vienne, Arles, Aix, Embrun, Tarentaise, Besancon.

⁴ Bollionus (bzw. Balionus) Rossilioni, vgl. zu ihm Nr. 251.

279 (42)

*Martin befiehlt Raymund Augerii die Aufgabe Berengars von Beziérs bei der Vermittlung
eines Friedens zwischen der Stadt Segni und dem Bürger Roms, Nicola Conte, fortzuführen,
weil er Berengar woanders verwenden möchte.*

Orvieto, 1283 Juni 13.

Reg. Vat. 42, fol. 51v

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio magistro Raymundo Augerii¹
decano Anicien. capellano nostro salutem et apostolicam benedictionem.

5 Cum inter homines sive commune civitatis Signin.² ex parte una et nobilem virum
Nicolaum Comitis³, civem Romanum, ex altera super quibusdam possessionibus et tenementis
terrarum ac excessibus hinc inde commissis dampnis et iniuriis irrogatis graves essent exorte
discordie ac, prout acceperamus, ad bonum pacis pars utraque aspiret, nos ipsorum vota in hac
parte digna favore apostolico reputantes dilecto filio magistro^a Berengario capellano nostro,
succentori Biterren.⁴ nostris dedimus nostris^b litteris in mandatis, ut ad partes ipsas se
10 personaliter conferens una cum dilecto filio Andrea Spiliati⁵, capellano nostro, Campanie
Maritimeque rectore, cui super hoc per nostras litteras scripseramus, super predictis
possessionibus, tenementis, excessibus, dampnis et iniuriis diligenter inquireret et, si de
ipsarum partium voluntate procederet^c, singulos articulos huiusmodi negotium contingentes,
super quibus posset concordia provenire, amicabiliter, reliquos vero iudicio terminare curaret.
Alioquin ipsos articulos cum plena instructione negotii ac omnibus actis et munimentis suis
15 pro ea parte, que amicabiliter terminata non foret seu iudicio diffinita ac faciente per eum
inquisitionis processu, ad examen nostrum remitteret vel deferret etiam per se ipsum prefixo
partibus termino peremptorio competenti, quo nostro se conspectui representarent facture et
recepture super hiis, quod ordo exposceret rationis.

20 Verum licet idem magister Berengarius se ad partes ipsas contulerit in commisso sibi
huiusmodi negotio iuxta formam sibi traditam processurus, nos tamen intendentes eum ad
partes alias pro servitio ecclesie destinare, discretioni tue per apostolica scripta mandamus,
quatinus ipsius magistri Berengarii legitimo servato processu super premissis auctoritate
nostra procedas cum prefato rectore iuxta tenorem litterarum dicto magistro Berengario

25 directarum. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere.

Dat. apud Urbemveterem id. Iunii pontificatus nostri anno tertio. *

^a Über der Zeile nachgetragen ^b Verschrieben ^c Am Rand hic finitur tertius quaternus, darunter hic est finis istius quaterni (in rot) gestrichen.

¹ Raymundus Aggerii, vgl. Nr. 60 Anm. 4.

² Segni (Prov. Rom).

³ Nicola Conti, aus der römischen Adelsfamilie der 'Conti', Sohn von Giovanni di Poli, † 1304, vgl. Carocci, *Baroni*, 379.

⁴ Berengar Fredoli, Subkantor in Béziers, vgl. Nr. 252 Anm. 1.

⁵ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

280 (43)

Martin unterrichtet den Rektor in der Campagna und Marittima, Andrea Spiliati, darüber, dass Raymund Augeri an die Stelle Berengars von Beziérs bei der Vermittlung eines Friedens zwischen Nicolaus Conte und der Stadt Segni getreten ist und fordert ihn auf, gemeinsam mit diesem die Verhandlungen fortzuführen, so wie es in dem Brief an Berengar beschrieben worden war.

Orvieto, 1283 Juni 13.

Reg. Vat. 42, fol. 52r

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Andree Spiliati Campanie Maritimeque rectori salutem et apostolicam benedictionem.

5 Cum inter homines sive commune civitatis Signin. etc. ^averbis competenter mutatis^a usque ecclesie destinare, dilecto filio magistro Raymundo Augerii decano Anicien. capellano nostro, nostris damus litteris in mandatis, ut ipsius magistri B. legitimo servato processu super
10 promissis^b auctoritate nostra procedat iuxta tenorem earundem litterarum predicto magistro^c B(erengario) directarum.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ad terminationem predicti negotii cum eodem magistro Raymundo procedas iuxta formam traditam dicto
10 magistro Berengario per litteras supradictas.

Dat. apud Urbemveterem. Id. Iunii pontificatus nostri anno tertio.

^{a-a} Am Rand nachgetragen. ^b Verschrieben für premissis. ^c Über der Zeile nachgetragen.

281 (44)

Martin befiehlt Giffrid von Anagni, den Richter Petrus de Bobio, dem eine Amtsführung zum Schaden der Kammer, mangelnder Gehorsam sowie andere Vergehen vorgeworfen werden, zu veranlassen, über seine Amtsführung Rechenschaft abzulegen und wenn sich die Verdächtigungen erhärten, ihn zu entlassen und durch einen geeigneten Nachfolger zu ersetzen.

Orvieto, 1283 Juni 23.

Reg. Vat. 42, fol. 52r

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Giffrido de Anagnia¹ auditori contradictarum capellano nostro rectori Marchie Anconitan. salutem et apostolicam benedictionem.

5 Nuper ad auditum nostrum pervenit, quod Petrus de Bobio² iudex in commisso sibi officio non sine preiudicio iurium camere nostre negligenter se habens circa illud quamplura committere dicitur, que famam suam commaculant et sue derogant honestati et preter id mandatis tuis, ut dicitur, obedire sepius pretermittit.

10 Quare volumus et presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus de commisso sibi officio faciens tibi ab eo plenariam reddi rationem de processibus sive actis ipsius iudicis inquiras diligentius veritatem et, si eum inveneris negligentem seu culpabilem in premissis, ipsum ab officio prefato amoveas substituens alium loco sui, qui vita, moribus et scientia idoneus et utilis habeatur.

Dat. apud Urbemveterem X. kal. Iulii pontificatus nostri anno tertio.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Nicht nachgewiesen.

282 (45)

Martin befiehlt dem Bürger Roms, R(iccardo) de Militis, die sieben Geiseln der Lambertazzi aus Bologna, die Berthold Orsini bewacht hatte und die zu ihm geflohen waren, wieder an Berthold auszuhändigen.

Orvieto, 1283 Juni 27.

Reg. Vat. 42, fol. 52r

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro R. de Militia civi Roman.¹ salutem et apostolicam benedictionem.

5 Ex parte nobilis viri Bertuldi de filiis Ursi, civis Roman.,² fuit propositum coram nobis, quod, dum septem ex obsidibus Lambertatorum de Bononia³, quos tenebat, aufugerent et a custodibus, quos idem B. ad custodiam ipsorum obsidum deputarat, circa portas domorum tuarum caperentur, quidam de familia tua custodes aggredientes eosdem violenter eis dictos obsides abstulerant ipsis nichilominus in personis eorum multas iniurias irrogando. Tu quoque

prefatos obsides, quos dicti familiares tui tibi assignasse dicuntur, eidem B. restituere contradicis.

10 Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus obsides ipsos prefato B. restituere non postponas.

Alioquin vicario Urbis nostris damus litteris in mandatis, quod te ad id, quia convenit, cohertione compellat.

Dat. apud Urbemveterem V. kal. Iulii pontificatus nostri anno tertio.

¹ Riccardo 'de Militiis' aus der römischen Familie der Annibaldi, Podestà in Viterbo 1281, später Senator in Rom 1288, 1289, 1300, vgl. zu ihm De Donato, DBI, 3, 351 f.

² Bertoldo di Gentile, († 1318), Bruder des Kardinals Matteo Rosso Orsini, vgl. Carocci, *Baroni di Roma*, Tafel Orsini II.

³ Die ghibellinischen Lambertazzi waren 1279 aus Bologna vertrieben worden, vgl. Hessel, *Geschichte der Stadt Bologna*, 518 ff.

283 (46)

Martin befiehlt dem Vikar in der Stadt Rom, (Gottfried von Dragona), R. de Militis zur Herausgabe der Geiseln zu zwingen.

Orvieto, 1283 Juni 27.

Reg. Vat. 42, fol. 52r
Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. ^aDilecto nobili viro . . vicario regio¹ in Urbe^a.

Ex parte nobilis viri Bertuldi de filiis Ursi etc. mutatis mutandis usque restituere contradicit.

5 Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si rem inveneris ita esse, super hoc tui officii debitum exequendo prefatum R., quod memorato B. obsides restituat supradictos, quam^b convenit, cohertione compellas.

Dat. apud Urbemveterem V. Kal. Iulii pontificatus nostri anno tertio.

^{a-a} Über der Zeile nachgetragen; zu erwarten wäre Dilecto filio nobili viro... ^b Richtig wäre qua.

¹ Goffredo di Dragona, Vikar Karls I. in Rom von 1283 Juni 5 - 1284 Januar 22, als er durch einen Volksaufstand vertrieben wurde, vgl. Dupre-Theseider, *Roma*, 231.

284 (47)

Martin ernennt Egidio de Corcelle zum Rektor in temporalibus im Patrimonium beati Petri in Tuscia, stattet ihn mit den entsprechenden Vollmachten aus und ermahnt ihn zur sorgfältiger Amtsführung.

(Orvieto) 1283 Juli 5.

Reg. Vat. 42, fol. 52r-v
Pásztor, Amministrazione, 185.

Martinus etc. Dilecto filio Egidio de^a Corcell.¹ rectori Patrimonii beati Petri in Tuscia.

Circa statum Patrimonii beati Petri in Tuscia eo maiori reddimur attentione solliciti, quo ipsum potiori tenemur zelari affectu velut infra nostra et apostolice sedis brachia constitutum, desiderabiliter affectantes, ut in eo cultus, iustitie, fidei puritatis, devotionis integritas et pacis opulencia observetur.

5 Ne igitur in hiis ex defectu rectoris ipsum Patrimonium gravamen vel dispendium patiat, cum nobilis vir Adam Forrerii, qui regimini dicte Patrimonii presidebat, ad remotas partes se duxerit transferendum, tibi, de quo plene confidimus, rectoriam ipsius Patrimonii in temporalibus auctoritate apostolica plenarie duximus committendam usque ad nostre beneplacitum voluntatis disponendi, ordinandi, statuendi, precipiendi, corrigendi, puniendi et faciendi in eodem Patrimonio, quicquid honori et comodo predicte ecclesie ac prospero statui fidelium eiusdem Patrimonii expedire cog*noveris, et contradictores et rebelles quoslibet temporali distictione appellatione postposita compescendi tibi potestatem plenariam concedentes.

15 Ideoque tibi per apostolica scripta mandamus, quatinus huiusmodi regimen cum magnanimitate suscipiens illud sic viriliter et intrepide prosequaris, quod preter divine retributionis premium tue promptitudinis studium benedictionis nostre gratiam mereatur.

Dat. etc. III. non. Iulii anno tertio.

^a Über der Zeile nachgetragen

(48)

20 *Martin verkündet den weltlichen Personen und Institutionen im Patrimonium beati Petri die Ernennung von Egidio Courcell zum Rektor in temporalibus und fordert sie zum Gehorsam auf.*

(Orvieto, 1283 Juli 5).

¹ Nicht identifiziert, 'Courcelles' ist ein häufig vorkommender Ortsname in Frankreich. - Egidius blieb nur wenige Wochen im Amt, denn schon 1283 August 31 wurde sein Vorgänger Adam Fourrier wieder als Rektor eingesetzt (vgl. unten Nr. 303; Pásztor, *Amministrazione*, 185).

In eundem modum. Dilectis filiis universis baronibus, nobilibus, potestatibus, capitaneis, rectoribus, consiliis, communitatibus et universitatibus civitatum, castrorum, terrarum et locorum per Patrimonium beati Petri in Tuscia constitutis salutem etc.

Circa statum Patrimonii etc. verbis competenter mutatis usque potestatem.

5 Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem Egidio tamquam eiusdem patrimonii rectori plene intendere ac obedire curetis, ita quod possitis exinde merito commendari.

10 Alioquin penas, quas idem temporaliter rite inflixerit in rebelles etc. usque observari; non obstantibus privilegiis vel indulgentiis aut litteris apostolicis quibuscumque personis, communitatibus, universitatibus et locis ab eadem sede concessis, per que sue in hac parte iurisdictionis executio posset quomodolibet impediri et de quibus fieri debeat in nostris litteris de verbo ad verbum mentio specialis.

Dat. ut supra.

285 (49)

Martin befiehlt dem königlichen Vikar in Rom, Gottfried von Dragona, die Übergriffe auf die Bewohner der Grafschaft Sabina zu unterlassen und die Schäden, die diesen durch ihn selbst oder seine Beamten zugefügt wurden, wiedergutzumachen.

Orvieto, (1283) Juli 5.

*Reg. Vat. 42, fol. 52v
Theiner, Codex diplomaticus I, Nr.421 - Pothast 22043.*

Dilecto filio nobili viro G. de Dragona¹ vicario regio in Urbe.

Nuper ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod tu ad nos et Romanam ecclesiam non habens reverentiam debitam et affectum ^afideles et vassallos nostros^a homines communitatum et castrorum comitatus Sabinie², qui est nostrum et ipsius ecclesie demanium speciale^b, super diversis et insuetis gravaminibus impetis graviter et molestas. Nam, sicut veridica relatione accepimus, eisdem hominibus per diversas litteras sub certa pena et forma diceris iniunxisse, ut infra certum terminum debeant certos syndicos ad presentiam tuam transmittere mandata et sequimentum carissimi in Christo filii nostri, regis Sicilie illustris³, atque tua super Urbis statu bono et pacifico recepturos, et quod scortam operariorum, ut tuis utamur verbis, debeant Urbis camere resignare necnon^c mensuras frumenti,^d vini et olei et aliorum liquorum, quibus uti volueris, recipere^e a camera supradicta.

Nos igitur ^fattendentes, quod hec et similia in nostrum et ipsius ecclesie^f redundant manifestam iniuriam et contemptum, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta firmiter precipiendo mandantes, quatinus quod super hiis per te vel per aliquos seu aliquem officiales Urbis inconsulte factum est, studeas sine dilatione qualibet revocare nullam eisdem hominibus inposterum occasione huiusmodi seu alia qualibet molestiam seu iniuriam inferendo, set potius eos in hiis, que iuris et honestatis fuerint, habendo favorabiliter commendatos mandatum nostrum in hac parte taliter impleturus, quod ex hoc contra te non habeamus materiam procedendi, quinimmo tue devotionis studium exinde valeat dignis in Domino laudibus commendari.

Dat. apud Urbem veterem V. non. Iulii.

^{a-a} Am Rand durch Zeichen eingefügt ^b specialem vor Korrektur. ^c Davor Nos igitur gestrichen
^d Davor Nos igitur gestrichen ^e Davor attendentes quod hec et similia in nostram et ipsius ecclesie gestrichen ^{f-f} Am Rand nachgetragen, danach redundant manifestam iniuriam et contemptum gestrichen

¹ Goffredo di Dragona, vgl. Nr. 283 Anm. 1.

² Sabina, vgl. Waley, *Papal State*, 93.

³ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

286 (50)

Martin fordert J(ean de Tour), den Thesaurar der Templer in Paris auf, die die Einnahmen aus dem Kreuzzugszehnten verwahren, davon den genannten Kaufleuten der päpstlichen Kammer oder deren Gesandten 20000 Pfund Turnosen auszuzahlen, nachdem

diese der Kirche für die Auseinandersetzungen in der Romagna einen Kredit in dieser Höhe gewährt hatten.

Orvieto, 1283 Juli 5.

Reg. Vat. 42, fol. 52v-53r

Martinus^a etc. Dilecto filio I. thesaurario domus Templi Parisien.¹ salutem etc.

Dudum pro negotio Romaniolae, quod potissime insidet cordi nostro, certam quantitatem militum, armigerorum et balistariorum habere de partibus Francie intendentes dilectum filium magistrum Gualterum de Fontanis², capellanum nostrum, prepositum de Ingreyo in ecclesia Carnoten., propter hoc ad partes ipsas, sicut tunc tibi per alias nostras litteras per eundem capellanum directas intimaveramus^b, duximus destinandum. Et quia pro stipendiis prefatis militibus et aliis exhibendis paratam in partibus ipsis pecuniam Romana ecclesia tunc temporis non habebat, carissimo in Christo filio nostro Phylippo regi Francorum³ illustri alias nostras rogatorias litteras miserimus, ut suum benigne preberet assensum, quod de pecunia decime ad opus ipsius regis pro Terre Sancte subsidio in domo Templi Parisien. deposita centum milia librarum Turonen. libere possemus recipere in prefati executione negotii in totum vel in partem, prout videremus expediens, convertenda.⁴ * Unde per easdem litteras ad te directas iniunximus, ut, cum super hoc ab eodem capellano nostro te requiri contingeret, partem pecunie supradicte, quam peteret, accedente ad hoc assensu regio sublato cuiuslibet difficultatis obstaculo assignares. Partem vero residuam prefate pecunie nostro et eiusdem ecclesie Romane nomine in predicta domo Templi sollicite conservares. Cum autem prefatus rex, tamquam devotissimus filius ecclesie, suum ad hoc assensum benigne duxerit impendendum, nos viginti milia librarum Turonen. parvorum pridem mense Aprilis proximo preterito a dilectis filiis Dyno Johannis de Thomasi Spiliati et Hugonis Spine⁵, Maynetto Raynaldi de Pulicum et Rimbertainorum Florentin.⁶, Fatio Beringnon. de Bonaventure Bernardini⁷ de Senis et Labro Volpelli de Riccardorum⁸ de Luca societatibus mercatoribus camere nostre nomine mutui recepimus pro executione negotii memorati iniuncto tibi sub certa forma per nostras litteras, ut Claro Sagine, Dutio Juncte, Rogerio Uberti et Canti Gerardi Florentin., Bartholomeo Bramanzonis et Renaldo del Mantellato Senen. et Sarraceno Machi et Lotto Aldebrandini⁹ Lucan. civibus predictorum mercatorum sociis aut certis eorum nuntiis tibi ipsas litteras apostolicas deferentibus predicta viginti milia librarum Turonen. de quantitate residua predictorum centum milium librarum sine difficultate qualibet persolvere procurares.

Verum cum iidem mercatores camere nostre, quibus de huiusmodi viginti milibus libris Turonen. a te iuxta mandati nostri tenorem fuit integre satisfactum, nobis et Romane ecclesie presenti mense Iulii alia viginti milia librarum Turonen. parvorum pro solvendis stipendiis militibus et aliis supradictis liberaliter duxerint mutuanda, nos tue sollicitudinis studium circa celerem satisfactionem impensam eisdem mercatoribus adhibitum plurimum commendantes, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus huiusmodi viginti milia librarum Turonen. nobis predicto mense Iulii mutuata de residua quantitate predictorum centum milium librarum eisdem sociis predictorum mercatorum aut certis eorum nuntiis has tibi litteras deferentibus statim receptis presentibus sine qualibet difficultate persolvas faciens de solutione huiusmodi duo similia confici instrumenta, quorum alterum^c penes te retineas, reliquum nobis per fidelem nuntium transmissurus et nobis nichilominus quicquid in hac parte feceris, per tuas litteras intimando^e.

Dat. apud Urbemveterem III. non. Iulii pontificatus nostri anno tertio.

^a de decimis Parisien. *am Rand* ^b *Davor intimeramus gestrichen* ^c *Davor de bonaventure gestrichen*
^d *Davor altera gestrichen* ^e *nuntiando vor Korrektur*

¹ Jean de Tours, vgl. Nr. 248 Anm 1.

² Gualterus de Fontanis, vgl. Nr. 248 Anm. 2.

³ Philipp III., der Kühne, König von Frankreich 1270 - 1285.

⁴ Vgl. *Les registres de Martin IV*, Nr. 272 (1282 Dezember 13).

⁵ Dinus Johannis, vgl. Nr. 92.

⁶ Maynetus Raynaldi, vgl. Nr. 160.

⁷ Fatus Berignonis, vgl. Nr. 249.

⁸ Labrus Vulpelli, vgl. Nr. 92.

⁹ Vgl. zu den genannten Kaufleuten Nr. 249.

287 (51)

Martin versichert den genannten Kaufleuten der Kammer, dass die päpstliche Kammer gegebenenfalls den Kredit von 1300 Pfund Turnosen, den der Kardinallegat für die Romagna, B., zur Vorbereitung seiner Legation bei ihnen aufgenommen hat, zurückzahlen wird.

Orvieto, 1283 Juli 5.

Reg. Vat. 42, fol. 53r

Martinus^a etc. Dilectis filiis Thure Bonamiki Senen.,¹ Dino Johannis² et Maynecto Raynaldi³ Florentin. ac Vanti Honesti⁴ Lucan. camere nostre mercatoribus salutem etc.

Cum tu, fili Thura, tam tuo quam omnium vestrum et sociorum vestrorum nomine venerabili fratri nostro B. episcopo Portuen.^b ⁵, cui in partibus Romaniole, Tuscie et
5 Lombardie plene legationis officium duximus committendum, pro necessariis expensis faciendis in apparatu suo ad iter de mandato nostro mille trecentas libras Turonen. duxeris liberaliter mutuandas idemque episcopus vobis promiserit se huiusmodi mutuum de pecunia, que sibi ratione procurationum legationis sue obveniet, ad vestrum beneplacitum redditurum, prout in publico instrumento inde confecto et dicti episcopi sigillo munito plenius dicitur
10 contineri, nos super hoc indemnitati vestre intendentes paterna sollicitudine precavere, volumus, ut, si interveniente aliquo casu legitimo vobis non proveniret satisfactio mutui supradicti, camera nostra teneatur vos exinde conservare indemnes, ita tamen, quod, si contingeret ipsam cameram vobis satisfacere de pecunia supradicta, obventiones ipsarum procurationum eidem camere usque ad quantitatem dicte pecunie seu pro rata solutionis, quam
15 exinde camera ipsa subiret, remaneant specialiter obligate.

Dat. apud Urbem veterem III. non Iulii pontificatus nostri anno tertio.

^a de mutuis *am Rand* ^b *Über der Zeile nachgetragen.*

¹ Ventura Bonamiki, vgl. Nr. 92.

² Dinus Johannis, vgl. Nr. 92.

³ Maynetus Raynaldi, vgl. Nr. 160.

⁴ Vantis Honesti, vgl. Nr. 94.

⁵ Bernard Languissel, vgl. zu ihm Nr. 35 Anm. 2. Er war 1283 Juni 17 zum Legaten für die Romagna, die Toskana und die Lombardei ernannt worden, vgl. Potthast, Nr. 22038.

288 (52)

Martin befiehlt dem Rektor in der Campagna und Marittima, Andrea Spiliati, Adinulf von Anagni, der zur Kirche zurückgekehrt ist, zu veranlassen, ihm den Ort Frosinone herauszugeben und wieder vollständig seiner Regierung zu überlassen.

Orvieto, 1283 Juli 7.

Reg. Vat. 42, fol. 53r-v

Martinus etc. Dilecto filio Andree Spiliati¹ capellano nostro Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

Cum Adinulfus, filius quondam Mathie civis Anagnin.², nuper ad apostolicam sedem accedens super * sententia excommunicationis, quam incurrit ex eo, quod castrum Frusinonis³, quod nequiter occupavit, ad mandatum nostrum in statuto sibi termino tibi nomine Romane ecclesie non restituit et comparere coram nobis contumaciter non curavit necnon et super quibusdam aliis excessibus, quos contra te ac Romanam ecclesiam et nonnullos homines commisse tibi provincie commisisse dicitur⁴, precise iuraverit stare et parere mandatis nostris et Romane ecclesie, que sibi per nos vel alios, quibus id commiserimus, semel vel plures duxerimus facienda, prout in^a instrumento publico inde confecto, quod dilectus filius Berardus, camerarius noster⁵, tibi sub suo sigillo transmittit, plenius continetur, nos volentes, ut inter omnia ipsius castri restitutio celeriter fieri debeat nobis et ecclesie memorate, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem Adinulfo ex parte nostra et in virtute prestiti iuramenti firmiter precipias et iniugas^b, ut prefatum castrum Frusinonis tibi recipienti nostro et ecclesie Romane^c nomine sublato cuiuslibet dilationis obstaculo restituat et dimittat liberum et quietum⁶ tenendum et regendum per te, sicut prius ante occisionem quondam Johannis Capocci et Pandulfi, militum dicti castri, per iniquitatis filium Johannem Scottum suosque complices perpetrata⁷ illud tenere ac regere noscebaris, ita quod nec ipse A(dinulfus) nec quivis alius in ipso castro remaneant pro eodem nec ad illud ulterius presumat accedere sive mittere sine nostra licentia spetiali, rescripturus nobis celeriter, quicquid factum fuerit in premissis.

Dat. apud Urbemveterem non. Iulii pontificatus nostri anno tertio.

^a Über der Zeile nachgetragen. ^b Für iniungas. ^c Davor 'Rom' gestrichen.

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1; Mattia de Papa war bis zu seinem Tod 1278 Anführer der Ghibellinen in der Campagna gewesen, vgl. Zappasodi, *Anagni*, 360 f.

³ Frosinone.

⁴ Zu den Anschuldigungen im einzelnen s. o. Nr. 238.

⁵ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

⁶ Adinulf hat sich an diese Anweisung nicht gehalten, s. u. Nr. 332.

⁷ Siehe Nr. 238.

289 (53)

Martin befiehlt Andrea Spiliati, von Adinulf, nachdem er den Ort Frosinone herausgegeben hat, unter Strafandrohung wohlhabende Personen seiner Provinz als Bürgen benennen zu lassen, um so die Einhaltung der päpstlichen Mandate zu gewährleisten.

(Orvieto, 1283 Juli 7).

Reg. Vat. 42, fol. 53v

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio Andree Spiliati capellano nostro Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

Cum tibi sub certa forma per alias nostras litteras iniungamus, ut Adinulfo filio quondam^a Mathie de Anagnin. ex parte nostra firmiter precipias et iniungas, ut castrum Frusinonis, quod
5 nequiter occupavit, tibi recipienti nostro et ecclesie Romane nomine sublato cuiuslibet
difficultatis obstaculo liberum restituat et quietum,¹ nos nichilominus intendentes, ut preter id
tam super occupatione predicti castri quam super quibusdam aliis excessibus, quos
commisisse dicitur, mandatis nostris, que sibi per nos vel alium faciemus, ab ipso plenius
pareatur, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus plena restitutione dicti castri
10 ab eodem A(dinulfo), ut premittitur, tibi facta subsequenter auctoritate nostra ab eo ydoneas
sub penis, de quibus expedire videris, exigas et recipias cautiones, personas videlicet de
commissa tibi provincia notas in rebus stabilibus et mobilibus habundantes.

Quibus receptis nobis, quicquid super hiis factum fuerit, per tuas litteras celeriter et
fideliter intimare procures.

15 Dat. ut supra.

^a Anagnia *am Rand*

¹ Siehe Nr. 288.

290 (54)

Martin ersucht Eduard, den König von England, von seiner Absicht, seine Tochter Eleonore mit Alfons, dem Sohn des abgesetzten Königs Peter von Aragon zu verheiraten, Abstand zu nehmen und alle diesbezüglichen Absprachen zu widerrufen.

Orvieto, 1283 Juli 7.

Reg. Vat. 42, fol. 53v-54r

Raynaldi, Annales ecclesiastici ad anno 1283, § 36 - Potthast 22049.

Martinus etc. Carissimo in Christo filio . .^a E. regi Anglie¹ illustri salutem et apostolicam benedictionem.

Quantas et quam graves, quamque ignominiosas iniurias sacrosancte Romane ecclesie, cunctorum matri fidelium et magistre, inrogare presumpserit, quam enormibus, quam magnis,
5 inmo permaximis illam perturbarit offensis, terram eius, Sicilie videlicet insulam, dampnatis ausibus occupando Petrus quondam rex Aragon., quem pridem exigentibus gravissimis culpis

suis tam regno Aragonie quam terris ceteris, quas habebat, apostolica duximus auctoritate privandum, serenitatem regiam latere non credimus, cum id et ipsa facti evidentia longe lateque publicet ac fame volantis preconium iam in ultimis pene terrarum finibus divulgavit.

10 Propter quod non solum nobis, sed universis quoque fidelibus, ad quorum notitiam pervenire contingit, occurrit vehementius admirandum, quod tu, qui devotus ecclesie filius, qui princeps catholicus, qui cultor fidei orthodoxe condignis laudibus predicaris, tractatum habuisse et habere cum Petro diceris memorato, ut dilecta in Christo * filia Alienora² nata tua Alfonso primogenito dicti Petri coniugali vinculo copuletur. Revera, fili carissime, ingens subiit nostri

15 pectoris archana turbatio multaque cor nostrum amaritudo circumdedit, cum tractatus huiusmodi tam abhominabilis tam horrendus ad audientiam nostram fidedigna relatione pervenit, cum personam regiam, quam semper ad beneplacita nostra paratam et ad apostolice sedis obsequia promptam invenimus, sinceris affectibus prosequamur ad exaltationem tuam tueque domus inclite, claris devotionis et fidei titulis insignite, benivolis studiis intendentes.

20 Set numquid summa considerationis regie inspexit acies, quod in tui dicteque domus honoris derogationem non modicam, in laudis regie detrimentum, in tue glorie nubilum talis copula proveniret? Numquid tue circumspecte providentie magnitudo discussit, quod absque multa divine maiestatis offensa, gravi fidelium scandalo, animarum periculo et sacrarum contemptu canonum manifesto tam infausta coniunctio minime sequi posset? An ignoras, quod quondam

25 . . . comitissa Provincie, mater carissime in Christo filie nostre, A., illustris regine Anglie³, matris tue, germana, prout asseritur, extitit quondam Amedei Sabandie comitis⁴, cuius filia . . . uxorem ipsius Petri, matrem iamdicti Alfonsi genuisse refertur sicque, si diligenter attenditur, Alfonsus et Alienora, filia tua predicti quarto consanguinitatis gradu utrimque invicem se contingunt ideoque, si premissis veritas suffragatur, prout publica fama clamat, talis commixtio non matrimonium, set potius concubernium censeretur? Absit igitur, absit, rex

30 inclite, ut tui nominis claritatem per effectum talis operationis ab tenebris, ut tue precelse devotionis sinceritas studiis tibi conservanda sollicitis contubernii huiusmodi contagio maculetur, ut exinde tui generis genorosi lucidis titulis deroges et predictam ecclesiam, que te gerit infra caritatis viscera predilectum, huiusmodi occasione perturbes, cui semper placere

35 pro viribus studuisti.

Quocirca celsitudinem regiam rogandam attente duximus et hortandam, quatinus provide pensans et solerter attendens, quod cum inimico et persecutore ecclesie manifesto te non decet contrahere parentelam et quod, si quod absit predicta coniunctio fieret te regi altissimo, per quem regnas, quamplurimum redderes odiosum, quodque nos et eandem ecclesiam gravissime

40 provocares nec possemus, sicut nec etiam debeamus, coniunctionem eandem utpote contra Deum et sacrorum statuta canonum attemptatam aliquatenus sustinere, omnem tractatum, si quem super hoc forsitan assumpsisti et si ad aliud etiam, quod non credimus est processum, illud prudenter revocare non differas nullatenus permittendo, quod in hac parte ulterius quomodolibet procedatur, sic te super hoc promptum, efficacem et facilem impensurus, ut

45 exinde altissimi filio et ecclesie supradicte ac nobis non indigne complaceas, divinis et nostris benedictionibus fovearis teque dictamque filiam tuam supernis beneplacitis constituas aptiores.

Dat. apud Urbemveterem non. Iulii pontificatus nostri anno tertio.

^a *Verschrieben (überflüssig).*

¹ Eduard I., König von England 1272 - 1307.

² Eleanore (1269 - 1298) war die dritte Tochter Eduards I. und Eleanors von Kastilien, vgl. Prestwich, *Eduard I.*, 126. Siehe über den hier erwähnten Heiratsplan Kern, *Eduard I. von England und Peter von Aragon*, *MIÖG* 30 (1909), 412 ff.

³ Eleonore von der Provence, seit 1236 Gattin König Heinrichs III. von England, Mutter Eduards I., vgl. M. Howell, *Eleanor of Provence*, Oxford 1998.

⁴ Amadeus IV., Graf von Savoyen 1233 - 1253, vgl. Resmini, *Das Arelat*, 352 (Stammtafel); Seine Enkelin Konstanze war mit Peter von Aragon verheiratet.

291 (55)

Martin befiehlt dem Dekan von Uzès, Testamentsvollstrecker seines Bruders, des Bischofs R(ober) von Avignon, die 200 Silbermark, die der Bischof der Römischen Kirche vermacht hat, dem Vikar im Venayssin, Raymundus Malsanguinis, zu übergeben. Andernfalls wird ihn der Bischof von Carpentras dazu zwingen.

Orvieto, 1283 Juli 12.

Reg. Vat. 42, fol. 54r-v

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro decano domino Vcecie¹ salutem etc.

Intellecto nuper, quod bone memorie R., Auinionen. episcopus², frater tuus, nobis centum marchas argenti de bonis suis in ultima voluntate legavit quodque tu executor existis ipsius ultime voluntatis, nobilitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus huiusmodi centum marchas dilecto filio Ray*³mundo Malsanguinis³, vicario in terra Venaysin., nostro et ecclesie Romane nomine sine qualibet difficultate persolvas.

Alioquin venerabili fratri nostro . . . episcopo Carpentoraten.⁴, nostris damus litteris in mandatis, ut te ad id, si opus fuerit, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellat.

Dat apud Urbem veterem III. idus Iulii pontificatus nostri anno tertio.

(56)

Brief an den Bischof von Carpentras in der obigen Angelegenheit.

(Orvieto, 1283 Juli 12).

Item in eundem modum dicto episcopo Carpentoraten. verbis competenter multatis usque in finem. Dat ut supra.

Martin unterrichtet den Vikar im Venayssin über die obige Angelegenheit und befiehlt ihm, die 100 Silbermark von dem Dekan einzutreiben und den Kaufleuten der Kammer zu übergeben. Davon soll er ein Notariatsinstrument anfertigen lassen, das er gemeinsam mit den Quittungen der Kaufleute zur Kurie senden soll.

Orvieto, 1283 Juli 13.

In eundem modum dilecto filio Raymundo Malasanguinis vicario in terra Venaysin. salutem etc.

Intellecto etc.^a usque persolvat iniuncto venerabili fratri nostro . . . episcopo Carpentoraten. per alias nostras litteras, ut eum ad id, si opus fuerit, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellat.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus huiusmodi centum marcas ab eodem nobili nostro^b et ecclesie prefate nomine exigas et recipias ac illas sociis

mercatorum camere nostre in ipsis partibus commorantibus eodem nomine studeas assignare,
 30 faciens de assignatione huiusmodi fieri publicum instrumentum, quod una cum litteris eorum,
 quibus pecuniam ipsam pro camera ipsa solveris, nobis per fidelem nuntium transmittere non
 postponas.

Dat apud Urbemveterem III.^c idus Iulii pontificatus nostri anno tertio.

^a Über der Zeile nachgetragen ^b Davor viro gestrichen ^c Davor pontificatus nostri gestrichen

¹ Uzès, Dep. Gard.

² Robert d'Uzès, Bischof von Avignon 1267 - 1283 (vgl. DHGE, 5, Sp. 1152).

³ Vikar im Venaissin, sonst nicht nachweisbar.

⁴ Raymond de Mazan, Bischof von Carpentras (Dep. Vaucluse) 1280-89, vgl. M. H. Laurent, *Carpentras*, DHGE 11, Sp. 1112-14.

292 (57)

Martin fordert J(ean de Tour), den Thesaurar des Templerordens in Paris, auf, den Rest der Einnahmen aus dem Kreuzzugszehnten, die bei ihnen verwahrt werden, zur Verwendung an der Römischen Kurie den genannten Kaufleuten auszuzahlen.

Orvieto, 1283 Juli 23.

Reg. Vat. 42, fol. 54v

Vgl. zu den hier erwähnten Personen Nr. 286.

Martinus^a etc. Dilecto filio I. thesaurario domus militie Templi Parisien. salutem etc.

Dudum, sicut tua discretio bene novit, pro negotio Romaniole, quod potissime insidet cordi nostro, certam quantitatem militum, armigerorum et balistariorum habere de partibus Francie intendentes dilectum filium magistrum Gualterum de Fontanis, capellanum nostrum,
 5 prepositum de Ingreyo in ecclesia Carnoten., ad partes ipsas, sicut tunc tibi per alias nostras^b
 litteras per eundem capellanum directas intimavimus, duximus destinandum. Et quia pro stipendiis prefatis militibus et aliis exhibendis paratam in partibus ipsis pecuniam Romana ecclesia tunc temporis non habebat, carissimo in Christo filio nostro Phillipi, regi Francorum illustri, alias nostras rogatorias litteras misimus, ut suum benigne preberet assensum, quod de
 10 pecunia decime ad opus ipsius regis pro Terre Sancte subsidio in domo Templi Parisien. deposita centum milia librarum Turonen. libere possemus recipere in prefati executionem negotii in totum vel in partem, prout viderimus expediens, convertenda. Unde tibi per easdem litteras ad te directas iniunximus, ut, cum super hoc ab eodem capellano te requiri contingeret, partem pecunie supradicte, quam peteret, accedente ad hoc assensu regio sublato cuiuslibet
 15 difficultatis obstaculo assignares, partem vero residuam prefate pecunie nostro et eiusdem ecclesie Romane nomine in predicta domo Templi sollicite conservares.

Cum autem prefatus rex tamquam devotissimus ecclesie filius suum ad hoc assensum benigne duxerit inpendendum, nos de predicta quantitate predictorum centum milium librarum tam ea parte, quam idem magister Gualterus recepit ex ipsis centum milibus libris
 20 pro negotio memorato, quam viginti milibus libris Turonen. Claro Sagine, Ducio Juncte, Rogerio Uberti et Canti Gerardi Florentin., Bartholomeo Bramanzonis et Renaldo del Mantellato Senen., Sarracen. Mathi et Lotto Aldebrandini Lucan. civibus, sociis mercatorum camere nostre aut aliquibus ex eisdem iuxta tenorem litterarum nostrarum super hoc tibi directarum parte solutis ac aliis etiam viginti milibus libris, que prefatis mercatoribus per alias

25 nostras litteras nuper mandavimus, a te solvi deductis velimus totum residuum, quod ex
predictis centum milibus libris restat, eisdem mercatoribus nostro et ecclesie Romane nomine
assignari solvendum nobis in Romanam curiam, prout viderimus expedire, discretioni tue per
apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatinus eisdem mercatoribus vel eorum
30 residuum predictarum centum milium librarum sine qualibet difficultate nostro et prefate
Romane ecclesie nomine assignare et solvere non postponas, faciens^c de solutione et
quantitate dicti residui, quod eis assignaveris, duo similia confici instrumenta, quorum
alterum penes te retineas, reliquum nobis per fidelem nuntium transmissurus, nobis
nichilominus intimando, quicquid in hac parte feceris, per tuas litteras harum seriem
35 continentes.

Dat apud Urbemveterem X. kal. Augusti pontificatus nostri anno tertio. *

^a de decima Parisien. *am Rand* ^b Davor litteras *gestrichen* ^c Davor facis *gestrichen*

293 (58)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Rieti unter Androhung von Exkommunikation, Interdikt und einer Geldstrafe von 1000 Silbermark diejenigen, die im Auftrag des Kämmerers in ihrem Gebiet für die Kurie bestimmte Lebensmittel kaufen oder durch ihr Gebiet transportieren wollen, in keiner Weise durch Abgaben oder sonstige Bestimmungen zu behindern.

Orviето, 1283 Juli 28.

Reg. Vat. 42, fol. 55r

Martinus etc. Dilectis filiis .. potestati, consilio et communi Reatin.¹ salutem etc.

Inter cetera, que votis nostris grata proveniunt, illud potissime affectamus, ut hii, qui resident in nostra curia vel secuntur eandem, victualium gaudeant ubertate.

Cum itaque, sicut ad vestram notitiam credimus pervenisse, presentis anni segentes^a in hiis
5 partibus, prout Domino placuit, quadam sterilitate percusse^b, prout credebatur, fructum non
produxerint copiosum, propter quod de victualium inedia est verisimiliter dubitandum, nos,
qui ex iniuncto nobis pastoralis officio cibum non solum spiritualem, sed etiam temporalem in
necessitatis tempore commisso nobis populo procurare debemus, intendentes super hiis
oportune sollicitudinis studio providere, universitatem vestram monemus, rogamus,
10 requirimus et hortamur attente nichilominus tibi, fili potestas, et singulares de consilio sub
excommunicationis ac interdicti in civitatem vestram necnon et mille marcarum argenti penis,
quam quidem marcarum penam, si secus egeritis, vos et communem vestrum incurrere
volumus ipso facto, per apostolica scripta districte precipiendo mandantes, quatinus illos, qui
cum testimonialibus litteris dilecti filii Berardi^c camerarii nostri² ad partes vestras pro emendis
15 victualibus et ad predictam curiam deportandis accesserint seu victualia ipsa per districtum et
passus vestros ad curiam ipsam deferent aliunde, pretextu alicuius exactionis seu ordinationis
contrarie super hoc a vobis edite impedire seu detinere nullatenus presumatis, quominus ipsa
victualia portare libere valeant et facere deportari ad curiam supradictam mandatum nostrum
super hoc taliter impleturi, quod contra vos non habeamus materiam gravius procedendi, set
20 potius devotionem vestram possimus exinde dignis in Domino laudibus commendare.

Dat. ibidem V. kal. Augusti pontificatus nostri anno tertio.

^a Für sequentes. ^b Verschrieben für percussa. ^c Davor zwei Punkte.

¹ Rieti.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

Martin wiederholt den obigen Befehl für die genannten Städte und Herren.

Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Interampnen.¹

Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Tudertin.²

Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Ortan.³

5 Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Amelien.⁴

Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Eugubin.⁵

Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Fulginat.⁶

Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Tuscanen.⁷

Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Camerinen.⁸

10 Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Sancti Gemini⁹ etc. usque ac interdicti in terram vestram etc. usque in finem.

Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Cornetan.¹⁰

Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Asisinat.¹¹ spiritum consilii sanioris etc. usque procedendi, set potius discretionem vestram etc. usque in finem.

15 Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Narnien.¹²

Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Viterbien.¹³

Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Vetralle.¹⁴

Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Canini.¹⁵

Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Montisalti.¹⁶

20 Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Aquependentis¹⁷

Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Centumcellen.¹⁸

Item in eundem modum .. potestati, consilio et comuni Castren.¹⁹ ut in proxima directa Reatin.

25 Item in eundem modum Dilectis filiis nobiles viris dominis de Labro²⁰ Reatin. diocesis etc. usque providere. Nobilitatem vestram monemus, rogamus, requirimus et hortamur attente vobis nichilominus sub excommunicationis in personas ac interdicti in terram vestras necnon et quingentarum marcarum^a argenti penis, quam quidem marcarum penam, si secus egeritis, vos incurrere volumus ipso facto, per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus etc. usque in finem.

30 In eundem modum. Dilectis filiis nobiles viris de Luco Spoletan. diocesis.

Item in eundem modum. Dilectis filiis nobiles viris dominis de Arrone²¹ Spoletan diocesis.

^a Davor etc. usque in fine (!) gestrichen

¹ Terni (Umbria).

² Todi, Prov. Perugia.

³ Orte, Prov. Viterbo.

⁴ Amelia, Prov. Terni.

⁵ Gubbio, Prov. Perugia.

⁶ Foligno, Prov. Perugia. Für 1283 wird Offreduccio Fallarone da Fermo als Podestà genannt, vgl. Iacobili, *Cronologica*, 64.

⁷ Tuscania, Prov. Viterbo.

⁸ Camerino, Prov. Macerata.

⁹ San Gemini, Prov. Terni.

¹⁰ Tarquinia, Prov. Viterbo.

¹¹ Assisi, Prov. Perugia.

¹² Narni, Prov. Terni.

¹³ Viterbo; Podestà war zu dieser Zeit Riccardus Tebaldi aus dem Geschlecht der Annibaldi, vgl. Kamp, *Istituzioni comunali*, 83.

¹⁴ Vetralla, Prov. Viterbo.

¹⁵ Canino (bei Tuscania, Prov. Viterbo).

¹⁶ Montalto di Castro, Prov. Viterbo.

¹⁷ Acquapendente, Prov. Viterbo.

¹⁸ Civitavecchia, Prov. Rom.

¹⁹ Castro, Bischofssitz (1649 zerstört), ca. 15 westlich vom Lago di Bolsena (vgl. Karte in *Rationes decimarum ... Latium* (= Studi e Testi 128).

²⁰ Labro, Prov. Rieti.

²¹ Arrone, Prov. Terni.

294 (59)

Martin befiehlt den Herren des Dorfes Luco unter Androhung einer Strafe von 1000 Silbermark, ihre Wege Tag und Nacht zu bewachen und die Feinde Karls I. von Anjou, die ihr Gebiet durchqueren, gefangenzunehmen und so lange im Gewahrsam zu belassen, bis darüber ein päpstlicher Befehl ergeht.

Orvieto, 1283 Juli 18.

Reg. Vat. 42, fol. 55r-v

Martinus^a etc. Dilectis filiis nobilibus viris dominis castri Luci salutem etc.

Cum, sicut nuper non sine turbatione et admiratione accepimus, quamplures emuli beatissimi in Christo filii nostri C., Sicilie regis illustris¹, inmo potius nostri et Romane ecclesie inimici ad turbationem regni Sicilie ac ipsius regis et gentis sue offensam exquisitis malignitatis studiis aspirantes, per castrum vestrum transiverint et ad loca rebellium dicti regis accesserint, videlicet Conradi de Antiochia², qui dicto regi adversatur publice et mandatis nostris et Romane ecclesie contempserit non minus superbe quam contumaciter obedire, nos id, ex quo devotioni, quam ad Romanam ecclesiam habere * credimini, plurimum derogatur, clausis oculis preterire nullatenus intendentes nobilitatem vestram rogamus et hortamur
5
10
15
attente vobis sub pena mille marcharum argenti firmiter precipiendo mandantes, quatinus circa custodiam passuum castri vestri die noctuque oportunam diligentiam adhibentes nullum decetero de talibus inimicis per districtum vestrum permittatis transire, set potius quotquot exinde transire voluerint, capiatis et detineatis captivos, donec vobis mandatum nostrum duxerimus intimandum, mandatum apostolicum in hac parte sic efficaciter impleturi, quod
penam vitetis predictam et apostolice favoris augmentum ex hoc comprobemini laudabiliter promereri.

Dat. apud Urbemveterem XV. kal. Augusti pontificatus nostri anno tertio.

^a Davor eine Zeile frei.

(60)

Martin wiederholt den obigen Befehl für die Herren von Labro und Arrone.

20

1283 Juli 22.

Item in eundem modum. Nobilibus viris dominis castris Labri³ usque in finem.

Dat. apud Urbemveterem XII. kal. Augusti.

In eundem modum nobilibus viris dominis castris Arronis.⁴

Dat. XI. kal. Augusti.

¹ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

² Konrad von Antiochien, vgl. Nr. 140 Anm. 2.

³ Labro, Prov. Rieti.

⁴ Arrone, Prov. Terni.

295 (66^a)

Martin ermahnt den Justitiar in den Abruzzen sowie den Kapitan von L'Aquila dafür zu sorgen, dass diejenigen, die auf Befehl des Kämmers für die Kurie bestimmte Lebensmittel in ihrem Gebiet kaufen bzw. durch ihr Gebiet transportieren wollen, dabei nicht durch Zölle behindert werden.

Orvieto, 1283 August 18.

Reg. Vat. 42, fol. 55v

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro . . iustitiario Aprutii¹ salutem etc.

Inter cetera, que votis nostris grata proveniunt, illud potissimum affectamus, ut hii, qui resident in curia nostra vel secuntur eandem, victualium gaudeant ubertate.

5 Ideoque nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus illos, qui cum testimonialibus litteris dilecti filii Berardi, camerarii nostri², ad partes regni Sicilie regimini tuo commissas ad emendum huiusmodi victualia et ad nostram curiam deferendum accesserint, victualia ipsa libere emere et ad curiam ipsam transferre permittas mandans custodibus passuum partium earundem, ut ipsos cum eisdem victualibus exire permittant sine alicuius exactionis onere libere et quiete, preces et mandatum
10 nostrum sic efficaciter impleturus, quod devotionem tuam possimus merito commendare.

Dat. apud Urbemveterem XV. kal. Septembris pontificatus nostri anno tertio.

(67^a)

Item in eundem modum. Dilecto filio nobili viro . . capitaneo Aquile³ etc. usque in finem.

^a *Zählung von anderer Hand, Hauptzählung fehlt.*

¹ Amiel d'Agoult di Courban, vgl. Nr. 5 Anm. 1.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

³ L'Aquila (Abruzzo).

296 (61, 68^a)

Martin befiehlt (Goffredo di Dragona), dem Vikar in Rom, dafür zu sorgen, dass die Einwohner von Centocelle nicht weiter von Bewohnern Roms belästigt werden.

Orvieto, 1283 Juli 22.

Reg. Vat. 42, fol. 55v

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 422 - Potthast 22050; Calisse, Storia di Civitavecchia, 140.

Martinus etc. Nobili viro . . vicario Urbis¹ spiritum consilii sanioris.

Inter alia, que tuis debent insidere precordiis, decet te summa diligentia vigilare, quod inter Romanam ecclesiam et dilectum Urbis populum sicut inter matrem et filios sinceritatis integritas conservetur et ne quicquid contrarii, quod absit, emergeret, sollicitis studiis
5 precavere, cum hec a te in magna parte dependeant, dum ipsius Urbis regimini presides, in quo quidem regimine geris vices carissimi in Christo filii nostri C., Sicilie regis illustris², cui nos illud sub ea securitate commisimus, ut per ipsum et suos omnia in prospero et quieto statu serventur.

Cum igitur quidam, qui grasciarior Urbis se asserunt, ad partes Civitatis Vecele³ nuper
10 venisse et dilectos filios homines de Centumcellen.⁴, quod coram ipsis compareant, citasse dicuntur et dubitetur, ne contra ipsos et alios vassallos ac fideles et terras eiusdem ecclesie ad diversa et iniusta mandata procedant et alias eos multipliciter inquierent, nobilitatem tuam monemus, rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus attendens, quod hec in magnum preiudicium et contemptum ecclesie predicte redundant
15 quodque tibi possent impingi, cum non sit verisimile, quod talia sine tua conscientia procedant, sollicite per te ac alios secrete ac caute procures et facias, quod super hiis tale consilium apponatur, quod talia vel similia decetero non contingant.

Et ecce dilectum filium magistrum Bernardum de Pennis⁵, scriptorem nostrum, latorem presentium, de cuius circumspectione confidimus, ad te propter hoc duximus destinandum,
20 qui de intentione nostra super hiis te poterit plenius informare.

Dat. apud Urbemveterem X. kal. Augusti pontificatus nostri anno tertio.

^a *Hauptzählung setzt wieder ein, Zählung von anderer Hand wird fortgeführt*

¹ Goffredo di Dragona, vgl. über ihn Nr. 283 Anm. 1.

² Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

³ Civitavecchia, Prov. Rom.

⁴ Centocelle, nordöstlich von Civitavecchia, vgl. *Rationes decimarum Latium* (= Studi e Testi 128).

⁵ Bernardo de Pennis; Er war verschiedentlich im Auftrag der Kurie mit wichtigen Missionen vertraut, so unter anderem 1259 mit der Reform des Domkapitels von Rieti, vgl. Brentano, *A new world*, 193 (er ist aber nicht bei Nüske, *Untersuchungen* erwähnt (vielleicht ist er der unbekannte Schreiber B. p. (Nr. 46).

297 (62, 69)

Martin befiehlt dem Kardinalbischof O(rdonius) von Tusculum sowie dem Kardinalpriester C(onte Casati) von Santo Marcellino und Peter, die im Streitfall zwischen

Orso Orsini und der Stadt Viterbo um bestimmte Dörfer vermitteln sollten und die Orte zu diesem Zweck päpstlicher Bewachung unterstellt haben, die Kosten dafür den beiden Parteien aufzuerlegen.

Orvieto, 1283 Juli 28.

Reg. Vat. 42, fol. 55v-56r

Martinus etc. Venerabili fratri O. episcopo Tusculan.¹ et dilecto filio C. tituli sanctorum Marcellini et Petri² presbitero cardinali salutem etc.

Cupientes, ut inter dilectum filium nobilem virum Ursum de filiis Ursi³ de Urbe ac . . potestatem, consilium et comune Viterbien.⁴ super discordia seu questione, quam habent
5 adinvicem, bonum pacis et concordie proveniret, pridem ad civitatem Viterbien. vos duximus destinandos dantes vobis inter alia in * mandatis, ut castra, quorum occasione dicta questio agitatur, faceretis vobis in vestris manibus assignari tenenda et custodienda nostro nomine usque ad nostre beneplacitum voluntatis.

Verum cum iidem nobilis et commune huiusmodi castra vobis recipientibus nostro nomine
10 libere, quantum ad eos pertinent, duxerint assignanda nosque velimus illa, prout est iustum et congruum, sub expensis utriusque partis facere custodiri, vobis presentium auctoritate mandamus, quatinus huiusmodi expensas pro dictorum castrorum custodia factas et etiam faciendas, prout duxeritis ordinandum, faciatis ab eisdem nobili et communi illis, quos ad ipsorum castrorum deputastis custodiam vel in posterum debutabitis, integre exhiberi,
15 contradictores spirituali et temporali districtione, prout expedire videritis, appellatione postposita compescendo.

Dat. apud Urbemveterem V. kal. Augusti pontificatus nostri anno tertio.

¹ Ordonius, 1279 - 1285 Kardinalbischof von Tusculum, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 10.

² Conte Casati, 1281 - 1287 Kardinalpriester von SS. Marcelino e Pietro, vgl. Paravicini Bagliani, *Casati, Conte*, DBI, 21, 227 ff.

³ Vermutlich Orso di Gentile († 1307) aus der römischen Adelsfamilie der Orsini, vgl. Carocci, *Baroni*, 395 ff.

⁴ Viterbo; Podestà: Riccardus Tebaldi aus dem Geschlecht der Annibaldi, vgl. Kamp, *Istituzioni comunali*, 83.

298 (63)

Martin befiehlt dem Prior von San Vittorio e Giovanni, nachdem er seinen Bedarf an der diesjährigen Weizen - und Gerstenernte gedeckt hat, den Überschuß ausschließlich dem päpstlichen Kämmerer Berard oder dessen Boten unter angemessenem Preis zu verkaufen.

(Orvieto), 1283 August 18.

Reg. Vat. 42, fol. 56r

Dilecto filio . . priori sanctorum Victoris et Johannis¹ Viterbien. diocesis.

Cum dilectus filius Berardus, camerarius noster², de proventibus prioratus tui, quos in frumento et ordeo hoc anno percepisse dinosceris, reservato tibi et familie tue competenti victu residuum ad opus familie nostre velit emere pro pretio competenti, discretioni tue in
5 virtute obedientie presentium tenore precipiendo mandamus, quatinus de huiusmodi frumento et ordeo aliis vel alii vendere non presumas, set potius, cum ab eodem camerario vel eius nuntio suas litteras deferenti fueris requisitus, quicquid reservato tibi tueque familie victu

huiusmodi de predictis frumento et ordeo supererit, nuntio predicto assignes et vendas pro
pretio competenti preceptum nostrum taliter impleturus, quod devotionem tuam exinde
10 possimus in Domino merito commendare.

Dat. XV. kal. Septembris.

¹ In der Diözese Viterbo, nicht identifiziert.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

299 (64)

*Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Viterbo, den Ankauf und den
Transport des Getreides nicht zu behindern.*

(Orvieto, 1283 August 18).

Reg. Vat. 42, fol. 56r

Siehe den vorhergehenden Brief.

. . potestati, consilio et communi Viterbien.¹ spiritum etc.

Cum dilectus filius Berardus, camerarius noster, de proventibus prioratus sanctorum
Johannis et Victoris usque ad quadringenta mezalia frumenti et quandam ordeï ement^a
quantitatem, universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus nuntio
5 dicti camerarii super emendo et ad nostram curiam transportando dicto blado ad opus familie
supradicte eo pretextu, quod dictus prioratus in territorio vestro consistit, vel alias occasione
alicuius statuti terre vestre, quod quoad hoc viribus vacuumus, nullam inferatis molestiam vel
gravamen, sed potius ipsum nuntium huiusmodi bladum emere et ad curiam ipsam deferre
libere permittatis dando sibi super hoc requisitionem eius auxilium et favorem, ita quod
10 discretio vestra proinde possit merito commendari.

Dat. ut supra.

^a Für emerit.

¹ Viterbo; Podestà: Riccardus Tebaldi aus dem Geschlecht der Annibaldi, vgl. Kamp, *Istituzioni comunali*,
83.

300 (65)

*Martin befiehlt den Bewohnern der Stadt und des Bezirks L'Aquila, diejenigen, die auf
Befehl des Kämmerers Berard für die Kurie in ihrem Gebiet bestimmte Mengen Weizen,
Gerste und Spelt kaufen möchten, dabei nicht durch Erhebung von Abgaben oder sonstwie zu
behindern.*

Orvieto, 1283 August 29.

Reg. Vat. 42, fol. 56r-v

Martinus etc. Dilectis filiis populo civitatis^a et districtus^a Aquilin.¹ salutem etc.

Inter cetera, que votis nostris grata proveniunt, illud potissimum affectamus, ut hii, qui in^b
curia resident vel sequuntur eandem, victualium gaudeant ubertate.

5 Ideoque universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta
mandantes, quatinus illos, qui cum testimonialibus litteris dilecti filii Berardi, camerarii
nostri², ad partes vestras pro huiusmodi victualibus emendis et deferendis ad curiam
supradictam accesserunt usque ad quantitatem mille ducentorum frumenti et quingentorum
inter speltam et ordeum quartariorum et plus, si curia nostra indigeret, pretextu alicuius
exactionis seu ordinationis contrarie super hoc a vobis edite^c impedire seu detinere nullatenus
10 presumatis, quin immo, quantum in vobis fuerit, detis eis ad id auxilium, consilium et
favorem, ita quod devotionem vestram possimus^d exinde^d dignis in Domino laudibus
commendare.

Dat. apud Urbemveterem IIII. kal. Septembris pontificatus nostri anno tertio.

^{a-a} Über der Zeile nachgetragen. ^b Davor resident gestrichen. ^c Danach ein Strich auf Rasur, dann a
vobis edite gestrichen. ^{d-d} proinde possimus vor Korrektur.

¹ L'Aquila (Abruzzo).

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

(66)

*Martin befiehlt allen Verantwortlichen in der Grafschaft Sabina unter Strafandrohung,
diejenigen, die auf Befehl des Kämmerers Berard für die Kurie in ihrem Gebiet Lebensmittel
kaufen möchten, dabei nicht durch Erhebung von Abgaben oder sonstwie zu behindern.*

5 *(Orvieto, 1283 August 29).*

In eundem modum. Dilectis filiis universis nobiles, potestatibus seu rectoribus,
communitatibus et universitatibus castrorum et locorum per comitatum Sabinie¹ constitutis
salutem etc.

Inter cetera usque ubertate.

5 Ideoque universitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis nichilominus sub
spirituali et temporali pena ad nostrum beneplacitum inferenda per apostolica scripta districte
precipiendo mandantes, quatinus illos, qui cum testimonialibus litteris dilecti filii Berardi,
camerarii nostri, ad partes comitatus Sabinie pro huiusmodi victualibus * emendis et
deferendis ad curiam supradictam accesserint vel victualia ipsa per districtum et passus
10 vestros ad ipsam curiam deferent aliunde, pretextu alicuius exactionis seu ordinationis
contrarie super hoc a vobis vel vestrum aliquibus edite impedire seu detinere nullatenus
presumatis, quinimmo prebeatis eis ad id, si oportunum fuerit, auxilium, consilium et
favorem, ita quod contra vos propter hoc non habeamus materiam procedendi, set potius
devotionem vestram possimus exinde dignis in Domino laudibus commendare.

15 Dat. ut supra.

¹ Grafschaft Sabina (vgl. Karte des Kirchenstaats bei Waley, *Papal State*).

301 (67)

*Martin befiehlt dem Rektor des Komitats Sabina, Ingerraimus de Saxolis aus Arezzo, alle
Verantwortlichen in der Sabina zu ermahnen, dass sie Ankauf und Transport von*

Lebensmitteln, die für die Kurie bestimmt sind, ohne Erhebung irgendwelcher Abgaben oder sonstiger Behinderung ermöglichen.

(Orvieto), 1283 August 25.

Reg. Vat. 42, fol. 56v

Martinus etc. Dilecto filio Ingerraymo de Saxolis civi Aretin.¹ rectori comitatus Sabinie salutem etc.

Cum dilectis filiis universis nobiles, potestatibus seu rectoribus, communitatibus et universitatibus castrorum et locorum per comitatum Sabinie constitutis sub certa forma nostris demus litteris in mandatis², ut illos, qui cum testimonialibus litteris dilecti filii Berardi, camerarii nostri³, ad partes ipsius comitatus pro emendis victualibus et ad curiam nostram portandis accesserint vel victualia ipsa per districtum et passus eiusdem comitatus ad eandem curiam deferent aliunde, pretextu alicuius exactionis seu ordinationis contrarie super hoc ab eis vel eorum aliquibus edite impedire vel detinere aliquatenus non presumant, quinimmo eis ad id prebeant auxilium, consilium et favorem, nos volentes mandatum nostrum in hac parte firmiter adimpleri discretioni tue presentium tenore firmiter precipiendo mandamus, quatinus singulos nobiles, potestates seu rectores et universitates comitatus predicti attente moneas et inducas eis que ex parte nostra iniungas, ut circa premissa mandatum apostolicum efficaciter adimpleant et observent contradictores et rebelles, si qui fuerint, potestate tibi tradita, prout expedire videris, compescendo, ita quod diligentie tue studium possimus^a exinde merito commendare.

Dat. etc. VIII kal. Septembris.

^a Über der Zeile nachgetragen

¹ Nicht nachgewiesen.

² Siehe Nr. 301.

³ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

302 (68)

Martin teilt dem Kardinallegaten B(ernardo) die Änderungen mit, die in die Statuten der Stadt Urbino einzufügen sind.

Orvieto, 1283 August 27.

Reg. Vat. 42, 56-58r

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 423 - Potthast 22062.

Martinus^a episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri B. episcopo Portuen.¹ apostolice sedis legato salutem et apostolicam benedictionem. Ut responsum congruum super capitulis Urbinat.² clare percipias, ipsa capitula missa per te ac responsionem nostram ad quodlibet providimus singularier, prout sequitur, inserenda.

§ Ad primum, quod sic dicit: § Primum, quod ubi dicitur in privilegio, quod eligere debeant potestatem de terra fidei et devota, quod addatur 'fidelem et devotum'. § Respondemus, quod posset et debet cum adiunctione addita sustineri.

§ Secundum vero et tertium, que sunt ista: § Secundum, quod veniant ad exercitum Romane ecclesie ad requisitionem . . comitis Romaniolie sicut alii Romanioli, quamdiu sub regimine ipsius fuerint, et quando fuerint sub regimine . . marchionis Marchie, venient ad

requisitionem ipsius sicut alii Marchiani. § Tertium, quod contribuent ad collectas pro stipendiariis tenendis in provincia Romaniole, quamdiu fuerint sub regimine rectoris ipsius, et cum fuerint sub rectore Marchie, contribuent cum Marchianis. § Cum isto adhibito temperamento videntur posse transire videlicet, quod libera potestas deputandi Urbinates ipsos sub alterutro regimine predictorum, silicet^a vel Marchie vel Romaniole, sit Romane ecclesie, sicut valet, nec ipsi Urbinates causari possint imposterum se velle sub una, et non sub altera respondere, set sub illa plene respondeant, sub qua fuerint per Romanam ecclesiam deputati, et tollantur illa verba sic 'alii Romanioli' et sicut 'alli Marchiani', * vel si tolli non possunt, addatur 'sicut venire tenentur'.

§ Quartum capitulum, quod tale est: § Quartum, quod erunt obedientes et fideles ecclesie Romane et sacramentum fidelitatis prestabunt in forma communi et eius vexillum recipient et rebelles ipsius non recipient, nec defendent, nec substinebant in sua civitate vel districtu. § Credimus acceptandum.

§ Super quinto vero capitulo, quod tale est: § Quintum est, quod pro absolutione omnium condemnationum et bannorum, excessuum, offensarum et dampnorum irrogatorum et datorum ecclesie Romane vel eius officialibus et nuntiis a potestatibus, rectoribus, officialibus seu vicariis et singularibus personis communis et ipso communi dabunt camere domini pape decem milia librarum Ravennat. terminis convenientibus. § Taliter respondemus, quod a contentis in eo haberi volumus prorsus excepta, quod per remissionem vel absolutionem huiusmodi nullatenus includatur, siquid esset de dominio sive iure Romane ecclesie detentum seu etiam occupatum, nec per singulares personas, vel alia, que exprimentur in ipso, excessus Guidonis de Montefeltro³ et suorum aliquatenus includatur. Item, quod in eodem de terminis solutionis dicitur, volumus declarari.

§ Super sexto capitulo, quod tale est: § Sextum concedunt, quod commune inducetur ad dandum pro affictu alterum de duobus, silicet § vigintisex denarios Ravennat. pro quolibet fumante tam de civitate quam de comitatu § vel quinquaginta marchas argenti pro civitate et comitatu - et hoc ratione iuris imperii, quod ecclesia Romana habet in dictis civitate et comitatu ab imperio et hoc communi suo scripserunt. § Sic duximus respondendum, quod de duabus alternativis contentis in ipso expresse dicatur, quod electio erit ecclesie, nec per hec singulariter per ecclesiam eligenda alia iura ipsius Romane ecclesie in eisdem civitate ac comitatu vel personis eorum remissa intelligi volumus vel in aliquo diminuta.

§ Super tribus vero articulis petitis ab ipsis Urbinat. sic per ordinem respondemus:

§ Ad primum, qui talis est. § Primo, quod vellent, quod privilegia ipsorum, et specialiter privilegium domini Symonis cardinalis⁴, eis in omnibus aliis capitulis observentur hoc excepto, quod supra dictum est de potestate. § In eo, quod petitur generaliter ipsorum privilegia sibi debere servari, respondemus, quod in hac generalitate et obscuritate nulla eis privilegia, que non essent nobis specificata et expressa, servari mandavimus vel consentiremus eisdem. In eo vero, quod in eodem articulo specialiter petitur de privilegio bone memorie S(ymonis), tt. Sancti Martini presbyteri cardinalis servando tenorem ipsius privilegii per te missum diligenter inspeximus et ad contenta in ipso tibi singulariter respondemus. § Primo ad illud, quod in eodem privilegio continetur, ubi dicitur 'Ea propter' etc. usque 'ibi ab aliis omnibus' etc. § Si hec ad condemnationes, penas et banna et alia, que ante predicta tempora ipsius cardinalis facta fuerant, sicut etiam ipse textus privilegii sonare videtur, ita quod numquam ad posteriores vel presentes culpas observantia ipsius privilegii protrahatur nec per hoc aliquid, quod occupatum vel detentum^c esset de dominio vel iure Romane ecclesie, intelligatur esse remissum, quod predicta pars privilegii taliter intellecta sic transeat, satis annuimus. § In eo vero, quod sequitur 'Et ab aliis omnibus' etc. usque 'castrum

Montisfabrorum' etc. § Dicimus, quod a tam generali et inconsulta absoluteione intelligi
 volumus prorsus exceptum, siquid vel petium erat vel peti poterat ab eisdem preter
 60 condempnationes pecuniarias, quod saperet ius et dominium Romane ecclesie, quod ab
 eisdem occupatum esset aliquatenus vel detentum. § In eo vero, quod sequitur 'castrum
 Montisfabrorum' etc. * usque 'ad ecclesie quoque' etc. § Respondemus, quod in restitutione
 huiusmodi ius ecclesie Romane, siquod habet in castro, haberi volumus pro excepto, nec per
 restitutionem huiusmodi ipsis Urbinat. ius aliquod videri volumus acquisitum, set illud tantum
 65 inibi habeant, quantum eis legitime competebat antea in eodem. § Ad illud vero, quod sequitur
 'ad ecclesie quoque' etc. usque 'et ut nullus' etc. § Quantum ad electionem potestatis quoad
 devotionem terre, de qua eligitur, et ipsam personam eligendum per superiora tibi videmus
 esse responsum. § In eo vero, quod ibidem dicitur 'iuxta morem solitum et formam et^d
 70 statutorum civitatis ipsius'. § Dicimus, quod nec mores nec statuta huiusmodi nobis ingnota
 sub tali involucro volumus vel intendimus confirmare, set de illis tantum moribus et statutis
 hec intelligi volumus, que non sint contra dictam Romanam ecclesiam vel ecclesiasticam
 libertatem. § In eo vero, quod sequitur 'et ut nullis' etc. usque 'ac ut ipsa civitas' etc. istud
 generaliter intellectum est valde derisibile, contemptibile et omni derisione repletum: Unde
 75 illud in tali generalitate transire nullatenus pateremur, set si ad antecedentes culpas illius
 temporis tantummodo restringatur, ita quod agatur expresse, quod ad posteriores presentes vel
 futuras culpas vel excessus verba ipsa nullatenus extendantur, poterit pertransiri. § In eo vero,
 quod sequitur 'ac ut ipsa civitas' etc. usque 'et quod nobilis' etc. § Videtur iuxta providentiam
 felicitis recordationis Clementis pape⁵, predecessoris nostri, cum modico adiuncto posse
 transire, videlicet quod Urbinat. ipsi in ea dumtaxat iurisdictionis possessione remaneant, quam
 80 illo tempore, de quo privilegium loquitur, eos constiterit legitime habuisse. § Illud vero, quod
 sequitur 'et quod nobilis' etc. usque 'rursus' etc. § Non est verbum huiusmodi temporis nec
 aliquatenus repetendum. § Ad illud vero, quod sequitur 'rursus iniurias' etc. usque in finem
 ipsius privilegii. § Taliter respondemus, videlicet quod si verba ipsa ad tempus illud, sicut
 sonare videntur ipsum privilegium restringatur, ita quod declaretur expresse, quod ad tempus
 85 posterius vel futurum nullatenus protrahantur, possent cum infrascripto temperamento
 transire, videlicet quod per remissionem vel restitutionem huiusmodi, ut supra dictum est,
 nichil domini vel iuris Romane ecclesie detentum vel occupatum intelligatur esse remissum
 nec ius tertii in remissione huiusmodi quomodolibet includatur nec ad opem et operam
 exhibendam, ut huiusmodi remittantur, nos vel ipsam ecclesiam obligari volumus vel teneri, et
 90 aliter predictum privilegium cardinalis eiusdem observari vel sustineri posse vel debere
 diligenti cum fratribus nostris collatione prehabita nec nobis nec ipsis occurrit.

§ Ad secundum articulum de dictis tribus petitis ab ipsis Urbinatibus, qui talis est: §
 Secundo, quod, quamquam parati sint dominum legatum vel comitem Romaniote honorifice
 recipere, non tamen vellent, quod ipsi vel alter eorum intrarent ibi cum tanta gente vel tantam
 95 gentem mitterent, quod possent suspicionem incurrere vel ipsis Urbinatibus violentiam inferre.
 § Respondemus, quod multa per patientiam possunt fieri, que nec dici convenit nec conscribi,
 certe quod in novitate presenti tam tu quam rector vel in non eundo ad civitatem ipsam vel sic
 temperate ac modeste intrando in petitis satisfaceretis eisdem, satis posset equanimiter
 tolerari, set nullo modo patimur in obprobrium nostrum et Romane ecclesie pactum
 100 huiusmodi redigi in scripturam.

§ Ad tertium vero et ultimum de predictis tribus articulis, qui tale est: § Tertio, quod non
 fiat eis novitas in demoliendo domos vel fortalicia seu munitiones in civitate vel comitatu pro
 preteritis culpis vel construendo de novo. § Respondemus, quod, licet satis prima facie
 iniuriosa et inconsiderata petitio ex parte petentium et nimis gratiosa ex parte nostra, a quibus

105 petitur, videatur, tamen poterit ipsam equanimiter pertransire, dummodo novitas in demoliendo vel construendo de novo ad culpas tantum preteritas referatur. § Ab hiis autem omnibus generaliter et singulariter Guidonem de Montefeltro, terras et castra quondam sua omnino excipimus et haberi volumus prorsus excepta. § Alias quoque notabiles personas civitatis et districtus ipsius, quas ab istis inspectis conditionibus temporis et patrie ab
110 huiusmodi remissionibus et gratiis excludendas fore putaveris, sicut expedire videris, sic excludas. § Volumus insuper, quod, sicut expedire putaveris, fideles ecclesie, qui extra civitatem ipsam preteritis temporibus exularunt, ad civitatem eandem et bona sua et per te et Urbinates ipsos plene et celeriter reducantur.

§ Hoc autem in predictis omnibus caute tenere te^e volumus et servare, quod, si secundum
115 determinationem vel modificationem nostram contingat cum Urbinatibus ipsis predicta procedere, hoc per te agatur expressius in ipsis, que fient, conventionibus et scribatur, quod omnia in predictis eis gratiose concessa tamdiu et non amplius eis durent, quamdiu ipsi in fidelitate ac devotione eiusdem Romane ecclesie perdurabunt.

Dat. apud Urbemveterem V. kal. Septembris pontificatus nostri anno tertio.

^a Das Paragraphenzeichen ist zu einer Hand ausgestaltet ^b für scilicet. ^c detextum vor Korrektur.

^d Verschrieben. ^e Am Rand durch Zeichen eingefügt.

¹ Bernard Languissel, vgl. Nr. 35 Anm. 2.

² Urbino.

³ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

⁴ Simone Paltanieri, 1261 - 1277 Kardinalpriester von S. Martino ai Monti, vgl. Paravicini Bagliani, *I Testamenti*, 29.

⁵ Clemens IV., Papst 1265 - 1268.

303 (69)

Martin ernennt Adam Fourier erneut zum Rektor in temporalibus für das Patrimonium beati Petri in Tuszien.

Orvieto, 1283 August 31.

Reg. Vat. 42, fol. 58r

Pásztor, Amministrazione, 185; Kiesewetter, DBI, 49, 516

Dilecto filio nobili viro Ade Forrerii¹ rectori Patrimonii beati Petri in Tuscia.

Olim tibi, de cuius circumspectione laudabili plenam in Domino fiduciam gerimus, rectoriam Patrimonii beati Petri in Tuscia in temporalibus sub certa forma per nostras litteras plene duximus committendam.² Verum quia causa^a legitima imminente ad remotas partes pro
5 quibusdam tuis negotiis te de nostra speciali licentia contulisti et nos, ne interius dictum Patrimonium defectum in regimine pateretur, dilectum filium Egidium de Corcell. ibidem usque ad nostre voluntatis beneplacitum prefecimus in rectorem.³

Cum itaque te ad nostram presentiam redeunte velimus huiusmodi beneplacitum per tuum reditum expirare, tibi, qui per biennium et amplius predictum Patrimonium prudenter et
10 sollicite gubernasti, de novo prefatam rectoriam in temporalibus plene presentium auctoritate committimus gerendam et exercendam a te iuxta formam tibi traditam per nostras litteras supradictas discretioni tue per apostolica scripta mandantes, quatinus huiusmodi regimen devote resumens illud sicut prius prompta magnanimitate diligenter exercas et fideliter

15 prosequaris, ita quod devotionem tuam exinde possimus dignis^b in Domino laudibus commendare.

Nos enim sententias sive penas, quas temporaliter rite tuleris vel statueris in rebelles, ratas habebimus etc. usque observari; non obstantibus privilegiis vel indulgentiis aut litteris apostolicis quibuscumque communitatibus, universitatibus et locis ab apostolica sede concessis, per que tue in hac parte iurisdictionis executio posset quomodolibet impediri et de
20 quibus plena debeat in nostris litteris de verbo ad verbum fieri mentio specialis.

Dat. apud Urbemveterem II. kal. Septembris pontificatus nostri anno tertio.

^a Davor ein Einfügezeichen, doch einzufügendes Wort fehlt ^b Am Rand durch Zeichen eingefügt

¹ Adam Fourrier; siehe Nr. 11 Anm. 1.

² Gemeint ist der Brief vom 5. Mai 1281 (oben Nr. 11)

³ Siehe oben Nr. 284 (1283 Juli 5).

(70)

Martin verkündet den weltlichen Personen und Institutionen im Patrimonium beati Petri die Ernennung von Adam Fourrier zum Rektor in temporalibus und fordert sie zum Gehorsam auf.

5 *Orvieto, 1283 September 1.*

In eundem modum. Dilectis filiis universis baronibus, nobiles, potestatibus, capitaneis, rectoribus, consiliis, communitatibus et universitatibus civitatum, castrorum, terrarum et locorum per Patrimonium beati Petri in Tuscia constitutis.

5 Olim dilecto filio nobili viro Ade Forrerii, rectori Patrimonii beati Petri in Tuscia, de cuius etc. ut supra verbis competenter mutatis usque per nostras litteras supradictas.

Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem Ade tamquam eiusdem Patrimonii rectori plene intendere ac obedire curetis, ita quod possitis exinde merito commendari.

10 Alioquin sententias sive penas, quas idem temporaliter rite etc. usque per que sue iurisdictionis executio etc. usque in finem.

Dat. apud Urbemveterem kal. Septembris anno tertio.

304 (71)

Martin ersucht den englischen König (Eduard I.), der die gesamten Einnahmen aus dem Kreuzzugszehnten, der in seinem Königreich gesammelt und an sicheren Orten deponiert worden war, gewaltsam in seinen Besitz gebracht hat, unverzüglich wieder zurückzugeben.

Orvieto, 1283 Juli 5.

Reg. Vat. 42, fol. 58r-59r

Das Original dieses Stückes befindet sich im Public Record Office, vgl. Sayers, Original papal documents, Nr. 856 (siehe Einleitung) und ist gedruckt bei Rymer, Foedera I, 222. - Raynaldus, Annales ecclesiastici ad anno 1281, - Pothast 22047.

Martinus etc. Carissimo in Christo filio . . . regi Anglie¹ illustri salutem etc.

Dum regalis prudentie magnitudo, que non sine laudum preconio rerum exitus metiens in suis actibus non inconsulte procedere consuevit nostre dudum considerationis intuitu

5 lustrabatur. Dum summe devotionis zelus, quo erga Romanam ecclesiam matrem tuam regia
 semper celsitudo resplenduit mentis proprie subiciebatur aspectui, digne utique sperabamus,
 digne^a nostri pectoris archivo recondita firma credulitas permanebat, * ut sic prudenter tua
 limitares opera, sic tuorum processuum studia discrete dirigeres, sic sapienter incederes in
 10 omnibus viis tuis, ut nullius exinde turbationis materiam eidem ecclesie contingeret exoriri, ut
 reprehensionis cuiuslibet vitatis aculeis apud regis eterni filium, per quem regnas, meritorum
 cumulo redderis acceptior penes nos et predictam ecclesiam, que te gerit in visceribus
 caritatis, magis ac magis gratosus occureres et apud gentium populos fame claritate
 splendidior habereris. Set si vera fateri liceat, si fas sit exprimi veritatem, tu pridem indignis
 tui cordis affectibus nimis favens et voluntatis arbitrium minus provide preferens iudicio
 15 rationis laudis regie titulis cura tibi vigili conservandis quamplurimum derogasti non
 attendens neque considerans, quam crudelis fore dinoscitur, qui negligit dampnum fame.
 Nuper etenim non solum divulgatis e longinquo rumoribus, set etiam assertionem veridicam
 mirantes accepimus et intelleximus perturbati, quod laudabili temperantie regie more
 postposito extendens ad illicita manus tuas pecuniam decime in regno tuo per Lugdun.
 concilii providentiam Terre Sancte concessisse subsidio², que per collectores a sede apostolica
 20 deputatos in sacris tutisque locis deposita sub fida iugique custodia servabatur de locis ipsis
 sigillis serisque violenter effractis, quibus loca eadem firmabantur, motu proprio ne dicamus
 temerario pecunie prefate custodibus renitentibus et invitis totaliter amoveri et ad certum
 locum pro tue libito voluntatis non absque magna divine maiestatis offensa multoque dicte
 sedis contemptu ac eiusdem Terre gravi dispendio asportari fecisti³. Set numquid hoc predicte
 25 sedis non interveniente licentia regie magnitudini licuit? Numquid eius decuit honestatem?
 Numquid expedit honorum? Quamquam id quarundam excusationum ^bsive rationum^b
 velamine, quas in tuis super hoc nobis directis expressas litteris non immerito frivolas recti
 iudicii censura diiudicat, duxeris palliandum? Profecto agi cautius contigisset^c si tue
 circumspeditionis industria prorsus a talibus abstinuisset, si per te ad ea processus habitus non
 30 fuisset. Nam quod exemplum ad ceteros reges catholicos tu, rex catholicus, et de rege^d
 catholico procreatus in tali putas actione transmiseris? Quam grandem quoque, quam uberem
 credis in hoc contra te materiam emulis dederis obloquendi? Quot et quantas in tui
 derogationem nominis linguas acueris? Quantumve scandali et turbationis intuleris fidelium
 35 cordibus ad liberationem aspirantium dicte Terre, dum fideles ipsi te qui dudum pro ea non
 parcens sumptibus laborum onera non abhorrens exercuisti sollicitus athlete fortis officium,
 qui tuam inibi presentiam impendisti eius pregravibus, quibus indesinenter affligitur,
 compassus angustiis et pressuris talia peregrisse conspiciunt, talia perpetrasse mirantur? At
 utinam? Sensibus regiis eorum, quorum consilio uteris studiosa sollertia demonstrasset,
 40 quantus error, quamque gravis ex premissis infamia quasi necessario sequebantur. Non enim
 venit nobis in dubium, quod si huiusmodi tam illicite asportationis effectum discretio regia
 diligentius attendisset, ad eam non extendisses ullatenus desiderium mentis tue.

Cum igitur ad liberandum de hostis immanis manibus terram ipsam fervens nostra dirigatur
 intentio et propterea illius non minui, set potius augmentari subsidium cupiamus nec velimus
 sicuti nec debemus tantum eiusdem terre preiudicium equanimiter tolerare, serenitatem
 45 regiam monemus, rogamus et hortamur attente, quatinus sedula meditatione recogitans,
 quantum in hac parte tuum offenderis creatorem, cuius in hoc negotium agitur, quantum
 predictam perturbaris ecclesiam, quantumve leseris famam tuam, pecuniam ipsam in locis, de
 quibus extitit imperio tue iussionis ammota, facias sublata difficultate qualibet, excusationibus
 seu rationibus non obstantibus supradictis, quas omnino frivolas reputamus, cum integritate
 50 restitui seu reponi ulterius a similibus abstinendo ac etiam ecclesiasticas et alias quascumque

personas, penes quas dicta pecunia est deposita vel eam deponi contigerit, per apostolicam
 sedem pro Terre memorate commodis disponendam per te vel alium seu alios nullis
 impetendo molestiis, nullis vexationibus perturbando illam in hoc efficaciam et sollicitudinem
 impensurus, ut debite restitutionis celeritas asportationis indebite * ausum redimat et sedis
 55 prefate gratia, quam libenter ad filios devotos extendimus, circa te non immerito augeatur.
 Nec latere te volumus, quod quantumcumque personam tuam sinceris affectibus prosequamur
 regioque libenter deferamus honori, nequaquam pati poterimus, cum non sit deferendum
 homini plusquam Deo, quin super hoc, si opus extiterit, aliud remedium apponamus.

Dat. apud Urbemveterem III. non. Iulii pontificatus nostri anno tertio.

^a Fehlt Rymer.

^{b-b} Am Rand durch Zeichen nachgetragen.

^c contingisset vor Korrektur.

^d Fehlt Rymer.

¹ Eduard I., König von England 1272 - 1307.

² Am 2. Konzil in Lyon 1274 war diese Zehntsammlung verfügt worden, vgl. Roberg, *Subsidium Terrae Sanctae, Kreuzzug, Konzil und Steuern*, in "Annuario Historiae Conciliorum" 15 (1983), 96-158.

³ Eduard I. hatte am 24. Mai 1283 ein Verbot verhängt, den Zehnten aus England auszuführen, wohl aus Furcht, er könnte Karl von Anjou zugeführt werden, vgl. Lunt, *Financial relations*, 336.

305 (72)

Martin befiehlt dem Erzbischof von Canterbury, sich zum englischen König zu begeben und ihn aufzufordern, innerhalb eines Monats die Einkünfte aus dem Kreuzzugszehnten, die er widerrechtlich in seinen Besitz gebracht hat, vollständig zurückzugeben. Über seine Verhandlungen mit dem König und seine eigene Einschätzung der Lage soll er den Papst informieren.

Orvieto, 1283 Juli 6.

Reg. Vat. 42, fol. 59r

Wilkins, Concilia II, 97 - Potthast 22048, Bliss, Calendar I, 476. - Lunt, Financial Relations, 336.

Martinus etc. Venerabili fratri . . archiepiscopo Cantuarien.¹ salutem etc.

Intellecto nuper, quod carissimus in Christo filius noster . . rex Anglie illustris pecuniam
 decime in regno Anglie per Lugdunen. concilium Terre Sancte concessit subsidio, que per
 collectores a sede apostolica deputatos in sacris et tutis locis deposita sub fida iugique
 5 custodia servabatur, de locis ipsis sigillis serisque violenter effractis, quibus loca eadem
 firmabantur, motu proprio pecunie prefate custodibus renitentibus et invitis totaliter amoveri
 et ad certum locum pro sue voluntatis libito non absque magna divine maiestatis offensa
 multoque apostolice sedis contemptu ac eiusdem terre gravi dispendio fecerat asportari, mirati
 fuimus non modicum et turbati, cum sine nostra et ipsius sedis licentia speciali attemptare
 10 talia minime debuisset. Unde nos prefato regi nostras sub certa forma dirigimus litteras inter
 alia continentes, ut ipse diligenti meditatione considerans, quantum in hoc suum offenderit
 creatorem, cuius in hac parte negotium agitur, quantum Romanam ecclesiam perturbarit
 quantumve leserit famam suam, pecuniam ipsam in locis, de quibus extitit de mandato dicti
 regis amota, faciat sublata difficultate qualibet excusationibus seu rationibus in litteris regiis
 15 nobis super hoc transmissis expressis nequaquam obstantibus, quas omnino frivolas duximus
 reputandas, cum integritate restitui seu reponi ulterius a similibus abstinendo ac etiam
 ecclesiasticas aut alias quascumque personas, penes quas predicta pecunia est deposita vel

20 eam deponi contigerit, per apostolicam sedem pro terre iamdicte commodis disponendam, per
se vel per alium seu alios nullis impetendo molestiis, nullis vexationibus perturbando illam in
hoc efficaciam et sollicitudinem impensurus, ut debite restitutionis celeritas asportationis
indebite ausum redimat et sedis predictae gratia, quam libenter ad filios devotos extendimus,
circa eum non inmerito augeatur. Nec ipsum latere volumus, quod, quantumcumque
personam eius sinceris affectibus prosequamur regioque libenter deferimus honori,
nequaquam pati poterimus, cum non sit deferendum homini plus quam Deo, quin super hoc, si
25 opus extiterit, aliud remedium apponamus.

Volumus igitur et fraternitati tue per apostolica scripta in virtute obedientie districte
precipiendo mandamus, quatinus ad eundem regem te personaliter conferens ipsum iuxta
datam tibi a Deo prudentiam ex parte nostra diligenter moneas et inducas, ut infra unius
mensis spatium post monitionem tuam predictam pecuniam in locis eisdem iuxta litterarum
30 ipsarum tenorem cum integritate restitui faciat seu reponi aperte predicens eidem, quod, cum
tantum et tam grave dicte Terre Sancte dispendium nolimus, sicuti nec debemus, aliquatenus
sustinere, nisi huiusmodi monitioni parere curaverit, tam contra eum quam terram suam, prout
qualitas facti exegerit et expedire viderimus, procedemus.

Et quia huiusmodi negotium potissime insidet cordi nostro, volumus, ut de monitione tua et
35 ipsius regis responsione ac aliis, que super hoc egeris cum eodem, confici facias dua publica
similia instrumenta, que nobis per . . ., latorem presentium, mittere non postponas nichilominus
significaturus nobis plenarie, quicquid super premissis duxeris faciendum, ut per te super hiis
informati plenius et instructi tutius et efficacius in hac parte procedere valeamus.²

Dat. apud Urbemveterem. III. non. Iulii pontificatus nostri anno tertio.

¹ John Peckham, OFM, Erzbischof von Canterbury 1279-1292, vgl. LMA VI, Sp. 1848 (J. Schlageter);
Martin, C. T., (ed.), *Registrum epistolarum Johannis Peckham, I-III*, London 1882-86 (enthält allerdings
nicht den vorliegenden Brief.)

² Am 29. November 1283 konnte Peckham den Papst informieren, dass der König seinen Verpflichtungen
nachgekommen war, vgl. Martin, a.a.O., II, 635-639. Es handelte sich um eine Summe von 29237 Pfund, 8
Schilling, 9½ Denare älterer Münzen und 10558 Pfund 8s 7½d. neuerer Münzen, vgl. Lunt, a.a.O., 336.

306 (73)

Martin befiehlt seinem Kämmerer Berard, die Anweisung der genannten Kardinäle, die für das Heilige Land zuständig sind, zu befolgen und dafür zu sorgen, dass Guido Piloso oder andere Kaufleute der 'Scotti' aus Piacenza von den Einkünften aus dem Kreuzzugszehnten, die sie verwalten, 2003 Goldflorenen, 185 Silbermark, 4722 Pfund Turnosen, und von dem übrigen Geld, das sie für den gleichen Zweck aufbewahren, 1700 Pfund und 300 Soldi Turnosen an die Sieneser Kaufleute Fazio Berignonis und Ventura Bonamici oder andere Mitglieder der Handelsgesellschaft der 'Bonsignori' auszahlen. Er erhält die Vollmacht, darüber eine Quittung auszustellen.

Orvieto, 1283 Juli 18.

Reg. Vat. 42, fol. 59r-v - Vgl. Davidsohn, Geschichte, S.233

Martinus^a etc. Dilecto filio Berardo camerario nostro¹ salutem etc.

Cum venerabiles fratres B. Albanen.² et I. Penestrin. episcopi³ ac dilectus filius noster I. Sancte Marie in Cosmidin⁴ diaconus cardinalis, quibus negotium Terre Sancte a sede

5 apostolica specialiter est commissum, auctoritate et mandato nostris ex certa et rationabili
 causa duxerint^b ordinandum, ut tam de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sance
 quam etiam quacumque alia pecunia eidem subsidio deputata, que apud nonnullos mercatores
 habetur in depositum, dilectis filiis Fazio * Berignonis⁵ et Thure Bonamiki⁶ de societate
 Bonaventure Berardini, civibus et mercatoribus Senen., vel aliis eorum sociis recipientibus
 10 nostro et ecclesie Romane ac prefate Terre Sancte nomine ad presens certa quantitas
 assignetur, nos, quod ab eisdem episcopis et cardinali ordinatum est, in hac parte ratum et
 gratum habentes presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus a Guidone Piloso⁷ de
 societate Scottorum de Placentia seu quocumque alio mercatore societatis eiusdem de pecunia
 predictarum decimarum, quam in diversis monetis societas ipsa in depositum habere
 15 dinoscitur, duo milia tres Florenos auri et centum octuaginta quinque marcas argenti ac
 quatuor milia septingentas viginti duas libras Turonen., de alia vero pecunia dicto subsidio
 deputata, quam similiter habet in depositum societas supradicta, mille septuaginta libras et
 tredenti soldos^c eiusdem monete Turonen. prefatis Fazio et Thure aut aliis eorum sociis nostro
 et earundem ecclesie et Terre Sancte nomine facias iuxta ordinationem huiusmodi assignari ac
 de hiis, que eis taliter assignata fuerint, confici publicum instrumentum.

20 Nos enim faciendi eidem Guidoni seu alii recipienti pro eo et societate predicta de prefatis
 pecuniarum summis, quas eisdem Fazio et Thure vel aliis eorum sociis prefato nomine
 assignari feceris, refutationem et quitationem ydoneam nostro et ecclesie Romane et Terre
 Sancte nomine tibi plenam concedimus facultatem.

Dat. apud Urbemveterem XV. kal. Augusti pontificatus nostri anno tertio.

^a *Am Rand* de decimis ^b *Am Rand* de solutionibus factis Thure ^c *Für* solidos.

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Bentivegna, OFM, Kardinalbischof von Albano, vgl. Nr. 151 Anm. 2.

³ Girolamo d'Ascoli, OFM, Kardinalbischof von Palestrina, vgl. Nr. 151 Anm. 3.

⁴ Jakob Savelli, seit 1261 Kardinaldiakon von S. Maria in Cosmedin, vgl. Nr. 151 Anm. 4.

⁵ Fatius Berignonis, vgl. Nr. 249.

⁶ Ventura Bonamici, vgl. Nr. 92.

⁷ Guido Piloso, Mitglied der 'Scotti', schon unter Joh. XXI. belegt.

307 (74)

*An Berard, der veranlassen soll, dass Robert Rusticati oder andere Kaufleute der
 gleichnamigen Sozietät aus Piacenza 900 Pfund Turnosen aus dem Kreuzzugszehnten an
 Fazio und Thure oder andere Mitglieder der Bonsignori auszahlen.*

(Orvieto, 1283 Juli 18).

Reg. Vat. 42, fol. 59v-60r

Siehe Vollregist zu Nr. 306.

Item.^a Eidem.¹ Cum venerabiles etc., quibus negotium decimarum collectarum pro subsidio
 Terre Sancte specialiter est commissum etc., ut de pecunia dictarum decimarum, que apud
 nonnullos etc. usque mandamus, quatinus a Roberto Rusticati de societate Rusticiorum de
 Placentia seu quocumque alio mercatore societatis eiusdem etc. usque dinoscitur nongentas
 5 libras Turonen. prefatis Fazio et Thure² aut aliis etc. usque faciendi eidem Roberto seu alii
 recipienti etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Am Rand* de decimis

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Siehe Nr. 306.

(75)

An Berard, der veranlassen soll, dass Manfred oder andere Kaufleute der Sozietät der Betti aus Lucca 4089,5 Florenen aus dem Kreuzzugszehnten an Fazio und Thure oder andere Mitglieder der Bonsignori auszahlen.

5

(Orvieto, 1283 Juli 18).

Item^a in eundem modum. Eidem camerario usque mandamus, quatinus a Manfredo de societate Beturorum¹ de Luca seu quocumque alio mercatore societatis eiusdem de pecunia predictarum decimarum, quam in diversis monetis societas ipsa in depositum habere dinoscitur, quatuor milia octuaginta novem florenos et dimidium auri prefatis Fazio et Thure²

10

aut aliis eorum etc.

Nos enim faciendi eidem Manfredo seu alii recipienti etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Am Rand* decimis

¹ Gemeint ist möglicherweise die Luccheser Handelsgesellschaft der 'Bectorum', ein 'Manfredus' ist nicht belegt, vgl. Blomquist, *Trade and commerce*, 150 f.

² Siehe Nr. 306.

(76)

An Berard, der veranlassen soll, dass Bollionus Rossilioni oder andere Kaufleute der Sozietät der Battosi aus Lucca 1128,5 Florenen und 1470 Pfund, 12 Schilling, 2 Denare Turnosen aus dem Kreuzzugszehnten an Fazio und Thure oder andere Mitglieder der Bonsignori auszahlen.

5

(Orvieto, 1283 Juli 18).

Item^a in eundem modum. Eidem camerario^b usque mandamus, quatinus a Bollino Rossilioni¹ de societate Barthosorum de Luca seu quocumque alio mercatore societatis eiusdem de pecunia predictarum decimarum, quam in diversis monetis societas ipsa in depositum habere dinoscitur, mille centum viginti octo florenos et dimidium auri et mille quadrigentas septuaginta libras, duodecim soldos^c et duos denarios Turonen. prefatis Fazio et Thure² aut aliis eorum etc.

10

Nos enim faciendi eidem Bollino seu alii recipienti etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Am Rand* de decimis ^b *Über der Zeile nachgetragen* ^c *Richtig wäre solidos.*

¹ Bollionus Rossilioni, vgl. Nr. 251.

² Siehe Nr. 306.

(77)

An Berard, der veranlassen soll, dass Boninus Philippi oder andere Kaufleute der Sozietät der Circuli aus Florenz 923 Florenen und ein Dimidium Gold aus dem Kreuzzugszehnten an Fazio und Thure oder andere Mitglieder der Bonsignori auszahlen.

5 (Orvieto, 1283 Juli 18).

Item^a in eundem modum. Eidem camerario usque mandamus, quatinus a Bonino Philippi¹ de societate Circulorum de Florentia seu quocumque alio mercatore societatis eiusdem de pecunia predictarum decimarum, quam in diversis monetis societas ipsa in depositum habere dinoscitur, nongentos viginti tres florenos et dimidium auri prefatis Fazio et Thure² aut aliis
10 eorum etc.

Nos enim faciendi eidem Bonino seu alii recipienti etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Am Rand de decimis

¹ Boninus Philippi, Mitglied der Florentiner Handelsgesellschaft 'Circuli'.

² Siehe Nr. 306.

(78)

An Berard, der veranlassen soll, dass Petrus und Jacobus Abayamontis und Bertraymus Rollandini oder andere Kaufleute ihrer Sozietät aus Orvieto 437 Goldflorenen aus dem Kreuzzugszehnten an Fazio und Thure oder andere Mitglieder der Bonsignori auszahlen.

5 (Orvieto, 1283 Juli 18).

Item^a in eundem modum. Eidem camerario usque mandamus, quatinus a Petro et Jacobo filiis quondam Johannis Abayamontis et Bertraymo Rollandini, civibus et mercatoribus Urbevetan. seu quocumque alio socio eorundem de pecunia predictarum decimarum, quam in diversis monetis ipsi seu eorum socii in depositum habere noscuntur, quadringentos triginta
10 septem florenos auri prefatis Fazio et Thure¹ aut aliis sociis eorum etc.

Nos enim faciendi eidem Petro, Jacobo et Bertraymo seu alii recipienti etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Am Rand de decimis

¹ Siehe Nr. 306.

(79)

An Berard, der veranlassen soll, dass Chelffus (bzw. Cieffus) Bonisigne oder andere Kaufleute der Sozietät der de Scala aus Florenz 1106 Goldflorenen aus dem Kreuzzugszehnten an Fazio und Thure oder andere Mitglieder der Bonsignori auszahlen.

5 (Orvieto, 1283 Juli 18).

In eundem modum. Eidem camerario usque mandamus, quatinus a Chelffo Bonisigne de societate illorum^a de Scala de Florentia seu quocumque alio mercatore societatis eiusdem de

pecunia predictarum decimarum, quam in diversis monetis societas ipsa in depositum habere dinoscitur, mille centum sex Florenos auri prefatis Fazio et Thure¹ aut aliis eorum sociis etc.

10 Nos enim faciendi eidem Chelffo seu alii recipienti etc. usque in finem.
Dat. ut supra.

^a *Am Rand* de decimis

¹ Siehe Nr. 306.

308 (80)

Martin befiehlt dem Rektor in der Campagna und Marittima, Andrea Spiliati, dafür zu sorgen, dass die Einwohner Vicos Alatri, von dem sie bedrängt werden, ohne ausdrückliche päpstliche Erlaubnis keinerlei Zugeständnisse machen. Außerdem soll er in dem Konflikt Vico beistehen und Alatri für seine Übergriffe bestrafen.

Orvieto, 1283 September 10.

Reg. Vat. 42, fol. 60r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Andree Spiliati¹ capellano nostro canonico Cameracen. Campanie^a Maritimeque rectori salutem etc.

Sicut ex transmissarum dilecto filio B. camerario nostro² litterarum tuarum tenore accepimus, pridem homines civitatis Alatrin.³ adversus homines et castrum Vici⁴, quod est
5 Romane ecclesie speciale, repetentes hostiliter gressus suos eisdem hominibus de Vico gravia dampna et iniurias intulerunt. Hiis quoque et aliis, que predictis Vicariis^b preterito tempore intulerant, non contenti, sed iniurias iniuriis cumulantes per generalem exercitum ipsorum amicis et fautoribus requisitis ad depopulationem dicti castrum concitati spiritu nequie procedere intendebant. Tu ad ipsum castrum cum aliquibus fidelibus de montanis in ipsorum
10 hominum de Vico presidium te prope contulisti. Cumque, postmodum eisdem Alatrin. tua sollicitudine, quam ex hoc merito commendamus, a proposito contra ipsos Vican. procedendi taliter revocasses, iidem Alatrin. usi consilio saniori super iniuriis et offensis huiusmodi nostris et ecclesie Romane mandatis atque tuis iurarunt precise et libere obedire et usque ad certam quantitatem pecunie assignarunt tibi per hoc ydoneas cautiones.

15 Verum quia te postmodum hinc inde tractatum pacis et concordie prosequente quedam ab ipsis Alatrin. circa statum et condiciones hominum dicti castrum petuntur, que, si fierent, in preiudicium libertatis eorum et manifestam iniuriam ipsius ecclesie redundarent, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus, cum ipsum castrum Vici ad plenum dominium nostrum et ecclesie Romane pertineat, hominibus ipsius castrum districte inhibeas et sub certa
20 pena, de qua videris expedire, precipias ne eisdem Alatrin. aliquam submissionem vel promissionem faciant absque nostra speciali licentia et mandato eisdem nichilominus ab ipsorum Alatrinorum molestiis et iniuriis viriliter defendendo ac ipsos Alatrin. de commissis excessibus taliter puniendo, quod pena docente in posterum talia non presumant et passis iniuriam satisfactio digna proveniat tuaque possit exinde diligentia merito commendari.

25 Dat. apud Urbemveterem III. idus Septembris pontificatus nostri anno tertio.

^a *Daneben am Rand ein Finger auf ein Kreuz deutend.*

^b *Für Vicanis.*

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

³ Alatri, Prov. Frosinone

⁴ Vico Nel Lazio, Prov. Frosinone (ca. 6 km nördlich von Alatri).

309 (81)

Martin befiehlt dem Rektor der Campagna und Marittima, Andrea Spiliati, die Verbannten aus dem Königreich Sizilien und deren Bürgen, die gegen Karl I. von Anjou konspiriert haben und schuldig geworden sind, zu bestrafen, sie aber nicht des Landes zu verweisen.

Orvieto, 1283 September 1.

Reg. Vat. 42, fol. 60r-v

Martinus etc. Dilecto filio magistro Andree Spiliati¹ capellano nostro canonico Cameracen. Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

Sicut tua discretio bene novit, olim sub certa forma tibi et dilecto filio . . . electo Yporien.² nostris litteris dedimus in mandatis, ut omnes exules regni Sicilie, qui de turbatione status
5 ipsius regni adversus carissimum in Christo filium nostrum K., eiusdem regni regem^a
illustrem³, haberent suspecti, compelleretis ad exeundum terram ecclesie regimini tuo
commissam vel de non offendendo ipsum regem exhibendum idoneas cautiones. Tu vero et
idem electus mandatum nostrum cum oportuna sollicitudine exequendo a quampluribus ex
eisdem exulibus, qui de hoc reputabantur suspecti, recepistis huiusmodi cautiones.

10 Verum quia, sicut nuper accepimus, dicti exules ad offensam dicti regis exquisitis
malignitatis studiis aspirantes statum dicti regni, quantum in eis est, non verentur suis
fraudibus et machinationibus perturbare, volumus et presentium tibi tenore firmiter
precipiendo mandamus, quatinus inquisita contra tales super premissis diligentius veritate tam
15 contra ipsos quam fideiussores eorum, quos culpabiles esse constiterit, ad exactionem pene
procedas ipsos exules de tota terra ecclesie tue iurisdictioni comissa exire nichilominus *
compellendo, mandatum nostrum in hac parte sic sollicite impleturus, quod diligentie tue
studium possimus merito commendare.

Dat. apud Urbemveterem Kal. Septembris pontificatus nostri anno tertio.

^a Am Rand durch Zeichen nachgetragen.

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Friedrich von Ivrea, siehe Nr. 201 Anm. 2.

³ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

310 (82, 89^a)

Martin ersucht den Vikar im Königreich Sizilien, Karl von Salerno, seine Beamten anzuweisen, den Ankauf und den Transport von Getreide und Lebensmitteln für die Kurie nicht durch Erhebung von Zöllen oder sonstwie zu behindern.

Orvieto, 1283 September 9.

Reg. Vat. 42, fol. 60v

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Carulo primogenito carissimi in Christo filii nostri C. regis Sicilie illustris principi Salernitan. ac regni Sicilie vicario generali¹ salutem etc.

Inter cetera, que votis nostris grata proveniunt, illud potissimum affectamus, ut hii, qui resident in curia nostra vel sequuntur eandem, victualium gaudeant ubertate.

5 Rogamus itaque nobilitatem tuam et hortamur attente, quatinus pro nostra et apostolice sedis reverentia illos, qui cum testimonialibus litteris dilecti filii Berardi camerarii nostri² ad partes regni Sicilie ad emendum frumentum et ordeum vel annonam seu alia victualia ad predictam curiam de ipsis partibus deferendum accesserint, huiusmodi frumentum et ordeum vel annonam seu victualia libere emere et ad eandem curiam tam per mare quam per terra
10 transferre permittens iusticiariis, capitaneis, portulanis, magistris et custodibus passuum et portuum ac aliis officialibus regiis dicti regni per tuas spetiales litteras districte precipias, ut earundem litterarum ipsius camerarii portitores per portus et passus ac loca dicti regni eorum regimini seu custodie deputatos cum dictis frumento, ordeo seu annona et victualibus sine alicui pedagogii seu cuiuslibet solutionis onere libere et quiete transire permittas nullam eis
15 propter hoc molestiam seu violentiam inferendo, preces nostras in hac parte taliter impensurus, quod devotionem tuam possimus exinde ^bcum gratiarum actionibus^b merito commendare.

Dat. apud Urbemveterem. V. id. Septembris pontificatus nostri anno tertio.

^a Hier beginnt eine zweite Zählung von einer jüngeren Hand nachgetragen

^{b-b} Am Rand durch Zeichen

¹ Karl II. von Anjou, König von Sizilien 1285 - 1309, vgl. über ihn umfassend Kieseewetter, *Die Anfänge der Regierung Karls II. von Anjou (1278 - 1295)*, Husum 1999

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

311 (83, 90)

Martin ersucht den Iustitiar und Vikar von Porta Roseci, Ludowico de Monte, seine Beamten anzuweisen, den Ankauf und den Transport von Getreide und Lebensmitteln für die Kurie nicht durch Erhebung von Zöllen oder sonstwie zu behindern.

(Orvieto, 1283 September 9).

Reg. Vat. 42, fol. 60v

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Ludouico de Montibus¹ vicemagistro iustitiario in regno Sicilie ac eiusdem regni vicario generali a Porta Roseci citra usque ad confinia terrarum Romane ecclesie salutem etc.

5 Inter etc. supra^a usque attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus illos etc. ad partes regni Sicilie regimini tuo commissas etc. usque ac aliis officialibus regiis partium earundem earundem per tuas speciales litteras etc. usque pedagogii vel cuiuslibet alterius solutionis onere etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Davor ut zu ergänzen.

¹ Ludovico de' Monti, seit 1270 Familiar Karls I. von Anjou, seit 1280 *Vicemagistro Iustitiario* im Königreich Sizilien, seit 1281 Vikar Karls I. auf dem Festland, gest. 1294, vgl. Minieri Riccio, *Cenni storici*, 108 ff.

312 (84, 91)

Martin befiehlt dem Bischof (Paganello) von Lucca sowie dem Prior von San Frediano die genannten Kaufleute noch einmal unter Androhung der Exkommunikation und anderen festgesetzten Strafen zur Kurie zu zitieren, damit sie dort innerhalb von 15 Tagen über ihre Einnahmen aus dem Kreuzzugszehnten Rechenschaft ablegen.

Orvieto, 1283 August 20.

Reg. Vat. 42, fol. 60v-61r

Martinus etc. Venerabili fratri . . episcopo et dilecto filio .. priori sancti Fridiani Lucan.¹ salutem etc.

Pridem vobis sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis,² ut Auitum Rostiopeli, Paganucium Guidonis, Orlandinum Paganelli, Ubaldum Cardellini, Bonvillanum Chontioli,
5 Lazarium Ghuinigii, Petrum Fattonelli, Martinum Dontiasii, Ciarium Difendora, Dinum Isbarre, Bartholomeum Turingelli, Nettorum Bolgarini^a, Jacobum et Bonacursum Cunachi, Diffaciatum Delloischatta, Bonaiuntam Tiniosinii, ^bCierium Timosini^b, Gualteroctum Castangniati, Bertum et Eginum Terizendi, cives et mercatores Lucan., ex parte nostra peremptorie citaretis, ut ipsi suo et sociorum suorum nomine infra quindecim dies post
10 citationem vestram comparerent coram nobis de pecunia decime Terre Sancte concessa subsidio apud ipsos vel societates eorum deposita nobis vel alii, prout de mandato nostro procederet, satisfactionem plenariam impensuri.

Verum licet iidem mercatores iuxta formam vobis traditam legitime citati fuerint ac, sicut ex transmissarum nobis super hoc litterarum vestrarum tenore accepimus, publice asseruerint
15 coram vobis se paratos in hiis et aliis apostolice sedis devote obedire mandatis, quia tamen ex eo probabiliter nobis et Romane ecclesie presumuntur illudere, quod lege depositi ^cnon servata et penis adiectis in contractibus depositi^c cum eis factis, quas ex hoc iam incurrisse noscuntur, minus provide non vitatis de dicta pecunia, prout tenentur et debent, satisfacere non curarunt, quamquam nonnulli ex eis comparuerint, qui de dicta pecunia nulla satisfactione
20 impensa recedere presumpserunt, nos tantam eorundem mercatorum contumaciam seu inobedientiam, ne aliis in exemplum perniciosum transeat, non intendentes conniventibus oculis preterire, discretioni vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus vos vel alter vestrum eisdem mercatoribus ex parte * nostra sub excommunicationis ac in eisdem contractibus penis appositis, quas, si secus exegerint, eo ipso incurrere volumus,
25 firmiter iniungatis, ut infra quindecim dies, quos eis pro peremptorio termino assignetis, personaliter compareant coram nobis satisfacturi integre de decima supradicta nobis vel alii, prout duxerimus disponendum.

Quod si forte iidem mercatores infra dictum terminum preceptum nostrum neglexerint adimplere, vos ipsos extunc excommunicatos singulis diebus dominicis et festivis pulsatis
30 campanis et candelis accensis per civitatem et diocesim Lucan. solempniter nuntietis et faciatis artius evitari, donec super premissis plene tam de dicta pecunia quam penis predictis nostris paruerint beneplacitis et mandatis, invocando nichilominus contra eos super hiis, prout oportunum videritis, auxilium brachii secularis ac contradictores et rebelles, si qui fuerint, appellatione postposita compescendo.

35 Et, ut de processu vestro per vos faciendo super premissis plenius nobis constet, volumus, quicquid inde feceritis, in publicam formam redigi faciatis illud nobis una cum nostris litteris tenorem presentium continentibus fideliter et celeriter transmissuri.

Dat. apud Urbemveterem XIII. kal. Septembris pontificatus nostri anno tertio.

^a Am Rand durch Zeichen nachgetragen ^{b-b} Am Rand durch Zeichen eingefügt ^{c-c} Am Rand durch Zeichen nachgetragen

¹ San Frediano, Kollegiatstift in Lucca, vgl. Nr. 249 Anm. 2.

² Siehe Nr. 252; Zu den Personen siehe ebenda.

313 (85, 92)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Lucca, dem Bischof und dem Prior von San Frediano in der obigen Angelegenheit [siehe Nr. 312] die Unterstützung des weltlichen Armes zukommen zu lassen.

Orvieto, 1283 August 23.

*Reg. Vat. 42, fol. 61v.
Siehe den vorhergehenden Brief.*

Martinus etc. Dilectis filiis . . potestati, consilio et communi Lucan.¹ salutem etc.

Pridem venerabili fratri nostro . . episcopo et dilecto filio . . priori sancti Fridiani Lucan. sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut Auitum etc. ut supra usque cives et mercatores Lucan. ex parte nostra peremptorie citare curarent, ut ipsi etc. usque Verum licet
5 iidem mercatores per eosdem episcopum et priorem iuxta traditam eis formam legitime citati fuerint ac, sicut ex transmissarum nobis super hoc litterarum ipsorum tenore accepimus, publice asseruerint coram eis se paratos etc. quamquam nonnulli ex ipsis mercatoribus comparuerint etc. usque preterire eisdem episcopo et priori per iterata scripta districte precipimus, ut ipsi vel eorum alter eisdem mercatoribus ex parte nostra etc. verbis
10 competenter mutatis usque incurrere volumus, iniungant firmiter, ut infra xv. dies, quos eis pro peremptorio termino prefigant, personaliter compareant etc. usque nobis vel alii, prout duxerimus ordinandum.

Quod si forte etc. preceptum huiusmodi neglexerint adimplere ipsos extunc etc. usque contradictores et rebelles, si qui fuerint, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita
15 compescendo.

Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus prefatis episcopo et priore vel eorum alteri ad requisitionem eorum super premissis, prout oportunum fuerit, huiusmodi brachii secularis auxilium favorabiliter et efficaciter impendatis, ita quod devotio vestra proinde valeat in Domino merito commendari.

20 Dat. apud Urbemveterem X. kal. Septembris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Lucca; Für die zweite Hälfte des Jahres 1283 wird Gerardo Avelli aus Piacenza als Podestà genannt, vgl. Cianelli, *Dissertazioni*, II, 336.

314 (86)

Martin befiehlt Andrea Spiliati, die Verbannten aus dem Königreich Sizilien, die gegen Karl von Anjou konspirieren, aus seinem Gebiet zu vertreiben und diejenigen, die sie aufnehmen, zu bestrafen.

Orvieto, 1283 September 2.

Reg. Vat. 42, fol. 61r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Andree Spiliati¹ capellano nostro canonico Cameracen. Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

Intellecto nuper, quod nonnulli homines de terra ecclesie tue iurisdictioni commissa
5 quamplures exules regni Sicilie, qui ad iniuriam et offensam carissimi in Christo filii nostri
K.² ipsius regni regis illustris studiis malignitatis aspirant, receptare et fovere abiecto
fidelitatis debito, quo nobis et ecclesie Romane tenentur, temerario ausu presumunt, nos
volentes talium fraudibus et machinationibus obviare, discretioni tue per apostolica scripta
mandamus, quatinus eosdem esules de prefata terra ecclesie expellere ac receptatores eorum,
10 quod ipsos non retineant, set potius a suis locis abiciant et excludant, spiritualiter et
temporaliter efficaciter compellere non postponas eos nichilominus ex hoc sic acriter
puniendo, quod metu pene alii attemptare similia non presumant, mandatum nostrum super
hoc taliter impleturus, quod diligentie tue studium possimus exinde merito commendare.

Dat. apud Urbemveterem IIII. non. Septembris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

315 (87)

Martin befiehlt seinen Kaplänen Gerard, dem Abt des Klosters S. Étienne in Dijon und dem Archidiakon Petro de Mornayo, sich bei den Exekutoren des Testaments des Grafen P(eter) von Alençon und Blois und gegebenenfalls beim französischen König dafür einzusetzen, dass den Kammerkaufleuten, die dem Grafen zu seinen Lebzeiten 2000 Pfund Turnosen geliehen hatten, dieses Geld zurückgezahlt wird.

Orvieto, 1283 September 16.

Reg. Vat. 42, fol. 61r-v

Martinus etc. Dilectis filiis Gerardo abbati monasterii sancti Stephani Diuionen.¹ Lingonen. * diocesis et magistro Petro de Mornayo archidiacono Sigalonie in ecclesia Aurelianen.² capellanis nostris salutem etc.

Olim bone memorie P. Alancen. et Blesen.³ comiti tunc per nostram curiam in regnum
5 Sicilie transeunti, a mercatoribus camere nostre duo milia librarum Turonen. mutuari fecimus
eis certis loca et termino persolvenda, prout in eius litteris suo sigillo munitis plenius
continetur. Cumque eodem comite, prout Deo placuit, viam universe carnis ingresso iidem
mercatores per socios suos in Francia commorantes ab executoribus testamenti dicti comitis

10 dicto termino iam elapso fecissent repeti dictam pecuniam nec potuerint ab eis restitutionem
huiusmodi debiti obtinere, ipsi mercatores super hoc nobis humiliter supplicarunt, ut eis super
hoc providere de oportuno remedio dignaremur.

Nos autem cupientes precavere indemnitati eorundem mercatorum, qui eidem comiti
huiusmodi pecuniam ad mandatum nostrum liberaliter mutuarunt, pridem vobiscum in nostra
constitutis presentia contulimus et plene expressimus votum nostrum, ut circa hoc efficacem
15 diligentiam adhibentes studeretis dictis mercatoribus restitutionem fieri de debito supradicto,
discretionem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes,
quatinus ad requisitionem sociorum mercatorum ipsorum vel alicuius ex eis prefatas litteras
debiti exhibentes ipsos executores ac etiam, si opus fuerit, erga carissimum in Christo filium .
. regem Francorum illustrem⁴ ex parte nostra sic utiliter laboretis et efficaciter insistatis, ut
20 iidem mercatores dicti^a debiti satisfactionem debitam et celerem nostro cooperante
sollicitudinis studio assequantur nosque, qui id cordi gerimus et gratum habebimus admodum
et acceptum, devotionem vestram possimus exinde specialiter prosequi condignis favoribus
gratiarum rescripturi nobis, quicquid super premissis duxeritis faciendum.

Dat. apud Urbem veterem XVI. kal. Octobris pontificatus nostri ann tertio.

^a Über der Zeile nachgetragen.

¹ Abt von S. Étienne in Dijon (Diözese Langres).

² Archidiakon in der Sologne (Dép. Loire-et-Cher), zum Bistum Orleans gehörend, sonst nicht nachgewiesen.

³ Graf Pierre d'Alençon war Anfang April 1283 bei einer Epidemie gestorben, vgl. Kieseewetter, *Anfänge*, 137.

⁴ Philipp III. der Kühne, König von Frankreich 1270 - 1285.

316 (88)

Martin befiehlt Pietro de Vico unter Strafandrohung, dafür zu sorgen, dass die 38 Schweine, die Jacob Poli und seine Anhänger aus dem Gebiet der Abtei ‚al Ponte‘ gestohlen haben und die sich nun in der Nähe des zum Territorium Peters gehörenden Ortes S. Giovenale befinden, unverzüglich dem Kastellan der Abtei zurückgegeben werden und Jacob und seine Anhänger der Kurie ausgeliefert werden, damit sie dort ihrer verdienten Strafe zugeführt werden können.

Orvieto, 1283 September 14.

Reg. Vat. 42, fol. 61v
Theiner, Codex temporalis, Nr. 424 - Potthast 22063

Martinus etc. Nobili viro Petro de Vico¹ spiritum consilium sanioris.

Ad auditum nostrum noveris pervenisse, quod perditionis filius Jacobus Poli de castro Blede², quod ab ecclesia Romana tenere dinosceris, adiunctis sibi quibusdam complicitibus, qui in rebus pessimis gloriantur, territorium Abbatie ad Pontem³, que est camere nostre demanium speciale, tamquam latrones pessimi invadentes de animalibus, que camera nostra habet ibidem, centum et septuaginta porcos grossos in predam nequiter abduxerunt. Cumque id ad castellani nostri dicte abbatie notitiam pervenisset, ipse non sine multo labore latronum ipsorum vestigia indagando apud castrum Sancti Iuuenalis sive in eius territorio, quod ad dominium tuum pertinet, dictos porcos per latrones ipsos transductos fuisse reperiit, propter quod licet ex parte sua fueris requisitus, ut ei restitui faceres porcos huiusmodi sic sublato

tuque mandaveris de dictis porcis restitutionem fieri castellano predicto, tantum de triginta et octo porcis ex quantitate predicta non potuit restitutio obtineri.

Cum igitur talia vehementer mentem nostram turbaverint nec conniventibus oculis preterire aliquatenus intendamus, nobilitatem tuam requirimus et monemus tibi sub pena mille marcharum argenti per apostolica scripta firmiter precipiendo mandantes, quatinus predictos triginta et octo porcinos retentos predicto castellano vel eius nuntio restitui facias sine mora et predictum Jacobum et alios dicti latrocinii patratores sub fida custodia ad presentiam nostram transmittas penam pro meritis, prout nobis expedire visum fuerit, recepturos.

Mandatum nostrum in hac parte sic prompte, sic sollicite exequaris, quod preter ipsius pene exactionem, ad quam, si secus feceris, efficaciter procedemus, non habeamus materiam contra te gravius alias spiritualiter et temporaliter procedendi.

Dat. apud Urbemveterem II. idus Septembris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Pietro de Vico, gest. 1304, vgl. Calisse, I prefetti di Vico, ASRSP 10 (1887), 1 ff.

² Nicht identifiziert.

³ Badia al Ponte, bei Musignano vgl. Silvestrelli, *Città*, II, 827.

317 (89)

Martin ernennt Guillaume Durand zum Rektor in temporalibus für die Provinz Romagna und stattet ihn mit den entsprechenden Vollmachten aus, wobei er ihm ausdrücklich untersagt, sich in Streitfragen, die die Rechte der Kirche oder päpstliche und kaiserliche Privilegien berühren, einzumischen, sondern diese der Kurie zu übergeben.

Orvieto, 1283 September 13.

Reg. Vat. 42, fol. 61v-62v
Kiesewetter, Anfänge, 132, ders., Eppe, 32.

Martinus etc. Dilecto filio Guillelmo Duranti¹ decano ecclesie Carnoten. capellano nostro rectori in temporalibus provincie Romaniole.

Et si multis et arduis occupati negotiis, curis affecti * continuis et sollicitudinibus distracti quamplurimis existamus, de statu tamen provincie Romaniolae, terre utique Romane ecclesie specialis, sollicite cogitantes studium efficax vigilantiter impendimus, ut, cum per eius
5 cooperantem potentiam, qui superborum cornua conterit², pravorum conatus evacuat et robora dissipat impiorum, eidem provincie fugatis turbationum suarum tenebris aurora tranquillitatis illuxerit et bellorum sedatis fluctibus,³ quibus pridem dispendiosius iactabatur, pacis habundantia sit exorta, rector illi constituatur industrius, gubernator providus deputetur,
10 quatinus directa salubriter et sollicite gubernata respiret, prosperis successibus affluat et in devotione concreseat. Sane tuam nolumus latere notitiam, quod carissimus in Christo filius noster Carolus Sicilie rex illustris⁴ nonnumquam nobis humiliter supplicavit, ut dilectum filium nobilem virum Johannem de Epa⁵ et ipsius regis stipendiarios, quos in iamdicta provincia de assensu regio nostris et ecclesie predictae obsequiis usque ad nostre voluntatis
15 beneplacitum duximus deputandos, ad eiusdem regis presentiam, tunc in regni Sicilie partibus existentis, ubi nonnulli per infidelitatis invium^a oberrantes calcaneum rebellionis erexerant^b contra eum, remittere curaremus. Et tandem predicto rege se ad partes Gallie conferente dilectus filius, nobilis vir Carolus princeps Salernitanus⁶, primogenitus et generalis eiusdem regis in prefato regno vicarius, sua nobis precamina crebrius reiterata direxit instanti

20 supplicatione deposcens, ut predictorum Johannis et stipendiariorum remissio fieret utpote
sibi quamplurimum oportuna. Sed status memorate provincie sub incertis bellorum eventibus
tunc periculosius fluctuans nos prefatis annuere precibus non permisit, quamquam regis et
principis predictorum negotia favoribus prosequamur uberibus eaque nostra propria
reputemus.

25 Verum cum omnipotens Dominus sacrosanctam ecclesiam, sponsam suam, misericorditer
ex alto respiciens hiis diebus colla rebellium et persecutorum eius dura quantumlibet in
eiusdem provincie partibus efficaciter subiugarit ac eorum superbia faustuosa perdomita
cervices eorum contra nos et eandem ecclesiam pridem in elatione mentis erectas pedibus
30 nostris subiecerit in ipsorum perpetue confusione obprobrium conculcandas, nos consulta
meditatione pensantes ac considerantes attentius, quod eorundem Johannis et stipendiariorum
presentia multo magis principi memorato quam nobis deinceps existere poterit oportuna
sibique plus comodi, plus favoris affere ac predictorum regis et principis totiens inculcatis
precibus benignius annuentes sepredictis Johanni et stipendiariis nostris damus litteris in
mandatis, ut expleto tempore, pro quo nostra stipendia receperunt, ad eandem principem
35 sublato cuiuslibet more dispendio studeant se conferre.⁷

Porro quia iuxta sapientis eleygium, ubi non est gubernator, populus corrui, quia etiam
puppis facile in naufragium labitur presidio remigis destituta, nos cautius tantis obviare
periculis intendentes et cupientes, ut prelibata provincia ob culpas graves, inmo gravissimas
proditorum et rebellium ecclesie supradicte, dispendiosis concussa turbinibus, pressa malis,
40 afflicta molestiis et multimodis flagellata iacturis temporibus nostris divina clementia
largiente respiret, letetur prosperis et pacifici status dulcedine potiatur, te, cuius
circumspectam prudentiam et fidelem industriam iam longi temporis tractu probavimus et
probatam non inmerito duximus approbandam quique ipsius provincie ac personarum in illa
degentium statum, condiciones, mores et merita palpasti diutius et tamquam infallibili
45 experimento manibus propriis contrectasti, generalem rectorem in eadem provincia, comitatu
Bretonorii,⁸ Bononien.⁹ et Urbinati¹⁰ civitatibus eorumque districtibus et pertinentiis
ordinamus, statuimus et etiam deputamus tibi in illis plene rectoris provincie officium * in
temporalibus committentes; petendi nichilominus et recipiendi nostro et ipsius ecclesie
nomine universa bona et iura, que in eisdem partibus ad nos et ecclesiam ipsam spectant,
50 queve nobis et ecclesie predictae debentur, et ea defendendi ac etiam conservandi, disponendi,
quoque ordinandi, statuendi, precipiendi, puniendi, penas temporales imponendi et impositas
exigendi, mandandi ac insuper faciendi et exequendi omnia et singula in predictis partibus,
que ad nostra et ipsius ecclesie ius et dominium ac iurisdictionem temporalia pertinent et que
prospero statui partium earundem cognoveris expedire, contradictores etiam et rebelles
55 temporali districtione, qua convenit, compellendi concessa tibi expresse tenore presentium
plenaria potestate, donec super hiis aliud duxerimus ordinandum.

Nolumus autem, quod de causis ius et dominium ecclesie Romane tangentibus seu de
privilegiis ecclesiis cathedralibus et aliis monasteriis, capitulis, conventibus aliisque locis
ecclesiasticis, religiosis vel secularibus, civitatibus, communibus, castris, villis vel locis aut
60 personis quibuslibet singularibus ab apostolica sede seu Roman. ^cimperatoribus vel regibus
Roman. ^cin speciali vel generali concessis te aliquatenus intromittas, sed eas penitus ad sedem
remittas eandem, prout iustum fuerit, auctore Domino terminandas.

Sic itaque premissa rectoris officium et alia tue commissa solertie, tanquam vir prudens,
providus et fidelis circumspectione pervigili firmaque constantia prosequaris, ut de
65 commissorum huiusmodi executione laudabili Deo gratus et apud nos digne commendandus
appareas nostramque ac eiusdem ecclesie gratiam possis uberius promereri attentius

provisurus, ne tu, qui ad manutenenda et conservanda in predictis partibus iura ipsius ecclesie Romane dirigeris, ea, quod precise interdiciamus, aliquatenus minuas aut quomodolibet alienes.

70 Dat. apud Urbemveterem id. Septembris pontificatus nostri anno tertio.

^a Über der Zeile nachgetragen.

^b exerant vor Korrektur.

^{c-c} Am Rand durch Zeichen

nachgetragen.

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

² Vgl. Jes. Sir. 47, 8.

³ Die Ghibellinen in der Romagna um ihren Anführer Guido von Montefeltro hatten sich im Laufe des Jahres 1283 unterworfen, vgl. Kiese wetter, *Eppe*, 31.

⁴ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

⁵ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

⁶ Karl II. von Anjou, vgl. Nr. 310 Anm. 1.

⁷ Martin IV. scheint seine Meinung kurze Zeit später wieder geändert zu haben, denn Jean d'Eppe wurde am 23. Oktober 1283 zum Befehlshaber des päpstlichen Heeres in der Campagna Marittima ernannt, siehe unten Nr. 332.

⁸ Bertinoro, Prov. Forli.

⁹ Bologna.

¹⁰ Urbino.

(90)

Martin verkündet in der Romagna die Ernennung von Guillaume Durand zum Rektor in temporalibus und fordert alle Institutionen und Personen auf, diesem Gehorsam zu leisten. (Orvieto, 1283 September 13).

In eundem modum. Dilectis filiis universis comitibus, baronibus et nobilibus ac potestatibus, capitaneis, rectoribus, consiliis, communibus et universitatibus civitatum, castrorum, terrarum et locorum per totam provinciam Romaniolae ac Bononie et Urbini civitates, comitatum Bretenorii ac districtus et pertinentias eorundem constitutis.

5 Et si multis etc. usque dulcedine potiat, eundem magistrum Guillelmum, cuius circumspectam prudentiam etc. usque pertinentiis per alias nostra duximus litteras ordinandum, statuendum et etiam deputandum sibi in illis etc. usque alienet.

10 Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatinus eidem magistro Guillelmo tanquam rectori vestro in premissis omnibus et singulis plene et humiliter intendere et efficaciter obedire curetis sibi de bonis et iuribus supradictis pro nobis et eadem Romana ecclesia integre responsuri.

15 Alioquin processus, quos propter hoc contra rebelles rite per ipsum temporaliter haberi contingeret, ratos habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Dat. ut supra.

318 (91)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Spoleto unter Androhung von Exkommunikation, Interdikt und einer Geldstrafe von 2000 Silbermark diejenigen, die

im Auftrag des Kämmerers in ihrem Gebiet für die Kurie bestimmte Lebensmittel kaufen oder durch ihr Gebiet transportieren wollen, in keiner Weise durch Abgaben oder sonstwie zu behindern.

Orvieto, 1283 September 23.

Reg. Vat. 42, fol. 62v-63r

Martinus etc. . . potestati, consilio et communi Spoletan.¹ spiritum consilii sanioris.

Inter cetera, que votis nostris grata proveniunt, illud potissime affectamus, ut hii, qui resident in curia nostra vel sequuntur eandem, victualium gaudeant ubertate.

5 Monemus itaque universitatem vestram et hortamur attente nichilominus tibi, potestas, et
singulis de consilio sub excommunicationis ac interdicti in civitatem vestram necnon et
duorum milium marcarum argenti penis, quas, si secus egeritis, vos et commune vestrum
incurrere volumus ipso facto, per apostolica scripta districte precipiendo mandantes, quatinus
illos, qui cum testimonialibus litteris dilecti filii Berardi camerarii nostri² ad partes vestras pro
emendo victualibus et ad predictam curiam deportandis accesserint seu victualia ipsa per
10 districtum et passus vestros ad curiam ipsam deferent aliunde, pretextu alicuius exactionis seu
ordi*nationis contrarie super hoc a vobis edite impedire seu detinere nullatenus presumatis,
quinimmo eis ad id detis auxilium, consilium et favorem, ita quod contra vos non habebimus
materiam gravius procedendi, set potius discretio vestra proinde merito valeat commendari.

Dat. apud Urbemveterem VIII. kal. Octobris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Spoleto, Prov. Perugia.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

319 (92)

Martin befiehlt dem Rektor im Patrimonium beati Petri, Adam Fourier, die Verantwortlichen der genannten Städte und anderer Orte unter Strafandrohung zu ermahnen, dass sie diejenigen, die Getreide verkaufen, anweisen, ihr Getreide dem päpstlichen Gesandten Deutalleve zu verkaufen und den ungehinderten Transport zur Kurie zu ermöglichen.

Orvieto, 1283 Oktober 6.

Reg. Vat. 42, fol. 63r

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Ade Forrerii¹ rectori Patrimonii beati Petri in Tuscia salutem etc.

5 Propter instantis temporis victualium caritiam undique multitudine ad Romanam curiam
egenorum et pauperum confluente, quorum indigentie subvenire piis affectibus cupientes tam
pro eorum alimoniis quam familie nostre usibus indigemus maxima victualium quantitate.

10 Cum itaque dilectum filium fratrem Deutalleuem, castellanum Abbatie ad Pontem², ad
nonnulla loca regimini tuo commissa pro emendis huiusmodi victualibus ad opus pauperum et
familie predictorum ac ad dictam curiam deportandis specialiter destinemus, volumus et
presentium tibi tenore firmiter precipiendo mandamus, quatinus potestatibus seu rectoribus,
consiliis et communitatibus Tuscanen.³, Corneti⁴, Centumcellarum⁵, Montisalti⁶, Canini⁷,
Aquependentis⁸, Radicofani⁹ et Preceni¹⁰ ac aliorum locorum Patrimonii, in quibus bladum ad
vendendum poterit reperiri, sub gravibus penis, de quibus videris expedire, districte precipias,

15 quod iidem potestates et rectores cum effectu precipiant et publice banniri faciant in singulis
terris suis, quod homines habentes bladum huiusmodi ad vendendum dicto fratri Deutalleue
vendant libere sine pena, ita quod idem frater Deutalleue libere absque alicuius exactionis
onere huiusmodi victualia possit emere et ad prefatam curiam ad opus eorundem pauperum et
familie destinare, mandatum nostrum sic efficaciter impleturus, quod ex tue diligentie studio
eisdem pauperibus et familie in huiusmodi victualium habundantia consequenda fructus
optatus proveniat tuaqua sollicitudo exinde possit de bono in melius commendari.

20 Dat. apud Urbemveterem II. non. Octobris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Adam Fourrier, vgl. zu ihm Nr. 11 Anm. 1.

² Kastellan der Abtei ‚al Ponte‘ bei Musignano

³ Tuscania, Prov. Viterbo.

⁴ Tarquinia, Prov. Viterbo.

⁵ Civitavecchia, Prov. Rom.

⁶ Montalto di Castro (Prov. Viterbo).

⁷ Canino (bei Tuscania, Prov. Viterbo).

⁸ Acquapendente, Prov. Viterbo.

⁹ Radicofani, Prov. Siena.

¹⁰ Gemeint ist Proceno (bei Acquapendente, Prov. Viterbo).

320 (93)

Martin befiehlt dem Kastellan von Badia al Ponte, Deutalleve, sich in die genannten Orte zu begeben und dort für die Armen und die päpstliche Familie Getreide und andere Lebensmittel zu kaufen und an die Kurie zu schicken.

Orvieto, 1283 Oktober 5.

*Reg. Vat. 42, fol. 63r
Siehe den vorhergehenden Brief.*

Martinus etc. Dilecto filio fratri Deutalleue castellano abbatie ad Pontem salutem etc.

Propter etc. usque quantitate.

5 Quare volumus et presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ad Tuscanellam, Cornetum, Centumcellis, Montemaltum, Caninum, Aquampendentem, Radicofanum, Procenum et alia loca Patrimonii beati Petri, in quibus victualia ad vendendum poterunt
reperiri, te personaliter conferens frumentum, ordeum et alia victualia pro pretio competenti
ad opus pauperum et familie predictorum emere et ad dictam curiam sollicite studeas
destinare, ita quod diligentie tue studium possimus ex hoc merito commendare.¹

Dat. apud Urbemveterem III. non. Octobris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Deutalleve hat diese Mission aus triftigem Grund nicht angetreten („impedimento legitimo prepeditus“), stattdessen wurde der päpstliche Kubikular Huguccio damit betraut, siehe unten Nr. 334 (1283 Oktober 27).

321 (94)

Martin befiehlt den genannten Orten, den Kastellan der Abtei ad Pontem, Deutalleve, beim Ankauf und Transport der für die Kurie bestimmten Lebensmittel zu unterstützen.

(Orvieto, 1283 Oktober 5).

*Reg. Vat. 42, fol. 63r
Siehe Nr. 319.*

Martinus etc. Dilectis filiis potestatibus seu rectoribus, consiliis et communibus Tuscanen., Cornetan. , Centucellen. , Montisalti, Canini, Aquependentis, Radicofani et Prozeni ac aliorum terrarum et locorum per Patrimonium beati Petri in Tuscia constitutis, ad quos littere iste perveniunt, salutem etc.

5 Propter etc. usque quantitate.

Quare dilecto filio fratri Deutalleue, castellano abbatie ad Pontem, nostris damus litteris in mandatis, ut ipse ad loca vestra, in quibus victualia ad vendendum reperiri poterunt, se personaliter conferens ipsa emere et ad opus pauperum et familie predictorum ad curiam ipsam destinare procuret.

10 Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus dicto fratri D. super hoc favorabiliter assistentes sibi ad requisitionem eius impendatis auxilium, consilium et favorem, ita quod devotionem vestram exinde valeamus merito in Domino commendare.

Data ut supra.

322 (95)

Martin befiehlt Richard von Ferentino, da die genannten Orte sich bisher geweigert haben, dem päpstlichen Befehl Folge zu leisten, sich persönlich dorthin zu begeben und sie und andere in der Gegend unter Strafandrohung zu bewegen, den Ankauf und Transport von Lebensmitteln, die für die Kurie bestimmt sind, nicht zu behindern.

Orvieto, 1283 Oktober 6.

Reg. Vat. 42, fol. 63r-v

Martinus etc. Dilecto filio Rizado de Ferentin.¹ capellano nostro canonico Compostellan. salutem etc.

Cupientes, ut curia nostra victualium gaudeat ubertate, pridem potestatibus, consiliis et communibus Spoletan.², Interampnen.³, Narnien.⁴, Ortan.⁵, Amelien.⁶ et Sancti Gemini⁷ ac nobilibus viris dominis castrorum * Arronis⁸, Luci et Labri⁹ sub certa pena et forma per litteras nostras mandavimus¹⁰, ut illos, qui cum testimonialibus litteris dilecti filii Berardi camerarii nostri¹¹ pro victualibus emendis et ad dictam curiam deferendis ad eorum partes accederent vel victualia ipsa per passus et districtus eorum ad curiam ipsam aliunde transducerent, pretextu alicuius statuti seu ordinationis contrarie super hoc ab eis vel eorum aliquibus edite impedire seu detinere nullatenus attemptarent.

10 Verum quia eisdem potestatibus, consiliis et communibus ac nobilibus mandatis apostolicis in hac parte contempnentibus seu negligentibus obedire, prefata curia nullum est exinde adhuc

15 commodum consecuta, nos non intendentes id equanimitèr sustinere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ad predicta civitates et castra necnon et alia loca districtuum et diocesium civitatum ipsorum, que ad iurisdictionem Romane ecclesie immediate pertinent et de quibus videris expedire, te personaliter conferens potestatibus, capitaneis, rectoribus, consiliis, communibus, nobilibus aliisque personis singularibus locorum ipsorum, prout et quotiens fuerit oportunum, ex parte nostra sub penis, de quibus videris expedire, districte precipias, ut emptores et portitores dictorum victualium deferentes
20 testimoniales litteras camerarii supradicti impedire seu detinere pretextu alicuius statuti seu ordinationis, que quoad hoc, etiamsi sint iuramento firmata, volumus et decernimus non valere aliquatenus, non presumant, quominus victualia ipsa libere emere ac deferre valeant ad curiam memoratam.

25 Nos enim, ut tibi, cui plenam super hoc auctoritate presentium concedimus facultatem, efficacius pareatur, sententias sive penas, quas spiritualiter vel temporaliter rite tuleris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari.

Dat. apud Urbemveterem II. non. Octobris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Richard von Ferentino, siehe zu ihm Nr. 111 Anm. 1. –Dass er ein Kanonikat in Santiago de Compostella besaß, wird nicht bei Göring, *Die Beamten*, 48 erwähnt.

² Spoleto, Prov. Perugia.

³ Terni.

⁴ Narni, Prov. Terni.

⁵ Orte, Prov. Viterbo.

⁶ Amelia, Prov. Terni.

⁷ San Gemini, Prov. Terni.

⁸ Arrone, Prov. Terni.

⁹ Labro, Prov. Rieti.

¹⁰ Siehe oben Nr. 293 (1283 Juli 28).

¹¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

323 (96)

Martin befiehlt den Podestà, den Räten und den Gemeinden der genannten Städte sowie die Herren von Arroni, Luci und Labri, Richard von Ferentino bei seiner Aufgabe zu unterstützen.

Orvieto, 1283 Oktober 4.

Reg. Vat. 42, fol. 63v - Zu den Namen siehe auch den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilectis filiis potestatibus, consiliis et communibus Reatin.¹, Interampnen. , Ortan., Amelien., Sancti Gemini ac nobilibus viris dominis castrorum Arronis, Luci et Labri salutem etc.

5 Cupientes etc. usque ubertate, pridem vobis sub certa pena et forma per litteras nostras mandavimus, ut illos etc. usque sustinere, dilecto filio Rizado de Ferentin., capellano nostro, canonico Compostellan., nostris damus litteris in mandatis, ut ad civitates vestras et castra necnon et alia loca districtuum et diocesium civitatum earundem, que ad iurisdictionem Romane ecclesie immediate pertinent et de quibus viderit expedire, se personaliter conferens vobis aliisque personis locorum ipsorum, prout et quotiens fuerit oportunum, ex parte nostra
10 sub penis, de quibus viderit expedire, districte precipiat, ut emptores et portitores dictorum

victualium deferentes testimoniales litteras camerarii supradicti impedire seu detinere pretextu alicuius statuti seu ordinationis, que quoad hoc, etiamsi sint iuramento firmata, volumus et decernimus non valere, nullatenus presumatis, quominus victualia ipsa libere emere ac deferre valeant ad curiam memoratam.

15 Ideoque universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eidem capellano super premissis sic devote et humiliter intendatis, quod indignationem nostram et sedis apostolice salubriter evitantes tanquam benedictionis filii per evidentiam operis comprobemini vos apostolicis beneplacitis in liberali promptitudine coaptare.

20 Alioquin sententias sive penas, quas idem propter hoc spiritualiter vel temporaliter rite statuerit in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari.

Dat. apud Urbemveterem III. non Octobris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Rieti. Für 1283 wird Guglielmo da Orvieto als Podestà genannt, vgl. Brentano, *A new world*, 22.

324 (97)

Martin befiehlt den Podestà, den Räten und den Gemeinden von Spoleto und Narni, Richard von Ferentino bei seiner Aufgabe zu unterstützen.

(Orvieto, 1283 Oktober 4).

Reg. Vat. 42, fol. 63v
Siehe Nr. 322.

Martinus etc. Potestatibus, consiliis et communibus Spoletan. et Narnien. spiritum consilii sanioris.

Cupientes etc. verbis competenter mutatis usque intendatis, quod indignationem nostram et sedis apostolice salubriter evitantes per evidentiam operis comprobemini etc. usque in finem.

5 Dat. ut supra.

325 (98)

Martin befiehlt dem Rektor Giffrid von Anagni, alle Orte und Personen der Mark Ancona unter Strafandrohung anzuweisen, den Ankauf und Transport von Lebensmitteln für die Kurie in keiner Weise zu behindern.

Orvieto, 1283 Oktober 6.

Reg. Vat. 42, fol. 64r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Giffrido capellano nostro litterarum contradictarum auditori Marchie Anconitan. rectori¹ salutem etc.

Propter etc. usque quantitate.²

5 Quare volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus universis communitatibus civitatum, castrorum aliorumque locorum necnon nobilibus et aliis singularibus personis per commissam tibi provinciam constitutis sub certa pena spirituali et temporali, de qua videris

expedire, districte precipias, ut illos, qui cum testimonialibus litteris dilecti filii Berardi camerarii nostri³ pro emendis victualibus et ad dictam curiam deportandis ad partes ipsas accesserint vel per partes ipsas huiusmodi victualia deferent aliunde, pretextu alicuius statuti
10 seu ordinationis contrarie a quibuscumque super hoc edite, que volumus et decernimus quoad hoc, etiamsi sint iuramento firmata, nullius existere firmitatis, impedire aliquatenus non presumant, quominus sine alicuius solutionis onere libere victualia ipsa emere et deferre valeant ad curiam supradictam.

Preceptum nostrum in hac parte sic sollicite ac efficaciter exequaris, quod per inflictionem
15 et exactionem pene circa id malignorum reprimatur audacia et, quem speramus, de tua diligentia super premissis fructum et commodum consequamur rescripturus nobis illos, qui super hoc mandatis tuis obedire contempserint ac quicquid circa premissa duxeris faciendum.

Dat. apud Urbemveterem II. non. Octobris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Nach Nr. 319 zu ergänzen.

³ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

326 (99)

Martin lobt den Podestà von Rimini, Malatesta de Verruchio, für die Unterstützung, die er dem Kapitan der päpstlichen Truppen in der Romagna, Guido von Montfort, im Konflikt mit Urbino gewährt und mahnt ihn, in seinem Eifer fortzufahren.

Orvieto, 1283 Oktober 4.

Reg. Vat. 42, fol. 64r

Baluze, Miscellanea III, 410 = Tonini, Rimini III, 639 = Franceschini, Documenti e regesti, Nr. 72 - Potthast 22065.

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Malateste de Verruco potestati Ariminen.¹ salutem etc.

Per tuas et dilecti filii, nobilis viri Guidonis de Montefori², capitanei exercitus Romane ecclesie in provincia Romaniole, intellecto^a, quod tu erga nos et eandem ecclesiam in solite devotionis constantia perseverans eidem capitaneo adversus homines de Urbino³, hostes ecclesie antiquatos, cum hominibus de Arimino, nostris et ecclesie prefate fidelibus, ferventer
5 et gratanter assistis ope et opere fructuosis, nos ex hoc tue devotionis studia in Domino commendantes nobilitatem tuam rogandam duximus attentius et hortandam tibi per apostolica scripta mandantes, quatinus circa vexationem et impugnationem predictorum hostium tui
10 tuorumque favoris presiduum sic vigorose continuare studeas eidem capitaneo favorabiliter et viriliter assistendo, quod in brevi Domino tribuente ipsorum rebellium conculcata superbia tibi et aliis devotis ecclesie partium earundem commodum et tranquillitas optate pacis proveniat et nichilominus tua devotio exinde de bonis in melius valeat comendari.

Dat. apud Urbemveterem III. non. Octobris pontificatus nostri anno tertio.

^a Davor litteras zu ergänzen.

¹ Malatesta de Verruchio, Podestà von Rimini, vgl. Nr. 56 Anm. 3.

² Guido von Monfort, vgl. Nr. 269 Anm. 2.

³ Urbino war das Zentrum der Ghibellinen in der Romagna, vgl. Waley, *Papal State*, 204.

327 (100)

Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona, Giffrid von Anagni, dafür zu sorgen, dass die Orte und Personen seines Amtsbezirkes, die dem aufständischen Urbino benachbart sind, diesem den Krieg erklären und das päpstliche Heer unter Guido von Montfort mit Lebensmitteln und Waffen bei dem Feldzug gegen Urbino unterstützen. Alle Abmachungen oder Verträge mit Urbino erklärt er für nichtig.

Orvieto, 1283 Oktober 4.

*Reg. Vat. 42, fol. 64r-v.
Siehe den vorhergehenden Brief.*

Martinus etc. Dilecto filio magistro Giffrido de Anagnia¹ capellano nostro auditori contradictarum Marchie Anconitan. rectori salutem etc.

Cum cives Urbinates ab olim in infidelitatis devio constituti et tamquam dampnationis filii in reprobum sensum dati ac in obstinate rebellionis contumacia persistentes ad devotionem
5 ecclesie, que redeuntibus filiis non claudit gremium pietatis, expectati diutius redire superbe contempserint et contempnant ac dilectus filius nobilis vir Guido de Monteforti, exercitus Romane ecclesie in provicia Romaniolo capitaneus generalis, ad eorum proterviam edomandam de nostro mandato potenter et viriliter se accingat, nos ipsius sollicitudinem in hac parte non inmerito commendantes ac volentes, quod hii, qui de commissa tibi provincia
10 dictis rebellibus sunt loci vicinitate propinqui, dicto capitaneo assistere debeant favoribus et auxiliis oportunis, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus universis nobilibus et universitatibus tam civitatum quam castrorum aliorumque locorum iurisdictionis tue circumpositis et vicinis rebellibus supradictis districte precipias et expresse iniungas, ut ad requisitionem prefati capitanei dictis Urbinatibus guerram faciant ac ei et genti sue victualia
15 subministrent necnon in presidio armatorum ac aliis favorabiliter et virilliter assistere studeant, prout fuerit oportunum, non obstante quavis con*federatione seu treuga inita seu habita cum Urbinatibus supradictis, etiamsi sit aliquibus penis seu iuramentis firmata, ad quorum observationem eos volumus non teneri, mandatum nostrum sic sollicite impleturus, quod diligentie tue studium super hoc valeamus in Domino merito commendare.

20 Dat. apud Urbemveterem III. non. Octobris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

(101)

Gleichlautender Befehl wie in Nr. 327 an Berard von Poggio, dem Rektor der Massa Trabaria.

(Orvieto, 1283 Oktober 4).

5 Item in eundem modum. Dilecto filio magistro Berardo de Podio¹ capellano nostro, rectori Masse Trabarie.

Cum cives Urbinates etc. usque mandamus, quatinus universis nobilibus ac hominibus communitatum, castrorum et aliorum locorum iurisdictionis tue etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

¹ Berard von Poggio (Bustone), vgl. Nr. 274 Anm. 1.

328 (102)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Cagli, den Kapitan des päpstlichen Heeres, Guido von Montfort, im Krieg gegen Urbino zu unterstützen und die Aufständischen zu bekämpfen.

Orvieto, 1283 Oktober 3.

*Reg. Vat. 42, fol. 64v.
Siehe Nr. 326.*

Martinus etc. Dilectis filiis .. potestati, consilio et communi Callen.¹ salutem etc.

Obstinate rebellionis perfidam^a et pertinaciam contumacie indurate, quibus perditionis filii, cives Urbinates, ab olim sanctam Romanam ecclesiam eiusque fideles gravibus provocarunt iniuriis et statum vestrum ac provinciarum Marchie et Romaniote perturbarunt, vos latere non
5 credimus, cum hec nedum vobis positis in vicino, set remotis etiam plenius innotescant. Et licet ipsius ecclesie consueta benignitas, que redeuntibus filiis non claudit viscera pietatis, ipsorum salutis anxia, eos diutius expectaret, ut abiectis operibus tenebrarum convertentur ad
10 Dominum et errore infideli relicto redirent ad devotionem ecclesie supradicte, ipsi tamen patientia sedis apostolice impie abutentes et tabescentes in sordibus peccatorum non solum ad nostra et ipsius ecclesie contempserunt redire mandata, set etiam offensas cumulantes offensis reliquias infidelium partium earundem receptant publice ac eis favendo exagerant gravius culpas suas.

Cum itaque dilectus filius nobilis vir Guido de Monteforti, exercitus, quem habet apostolica sedes in illis partibus, capitaneus generalis, ad opprimendam tantam ipsorum
15 Urbinatum proterviam de nostro mandato potenter et viriliter se accingat, nos eius in hac parte sollicitudinem commendantes universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eundem capitaneum, cum se ad partes vestras contulerit seu quoscumque alios destinaverit, benigne recipientes in victualibus et aliis, que ad edomandam dictorum Urbinatum superbiam faciunt, sic liberaliter et favorabiliter ei assistere
20 procuretis vivam guerram eisdem rebellibus faciendo, quod vestro et aliorum fidelium favore suffultus eorundem rebellium superbia conculcata Domino, cuius causa prosequimur, faciente toti provincie opulentia pacis adveniat nobisque, qui id ferventer appetimus, plenioris letitie incrementum ac vobis condigna relatio gratiarum; non obstante quevis confederatione seu treuga inita seu habita cum Urbinatibus supradictis, etiamsi sit aliquibus penis seu iuramento
25 firmata, ad quorum observationem vos volumus non teneri.

Dat. apud Urbemveterem V. non. Octobris pontificatus nostri anno tertio.

^a Für perfidiam.

Gleichlautender Befehl an Fano.

(Orvieto, 1283 Oktober 3?).

Item in eundem modum. Dilectis filiis .. potestati, consilio et communi Fanen.²

¹ Cagli, Prov. Pesaro e Urbino.

² Fano, Prov. Pesaro e Urbino.

Gleichlautender Befehl an Fossombrone.

(Orvieto, 1283) Oktober 6.

Item in eundem modum. Dilectis filiis nobili viro .. potestati, consilio et communi Forosinfronien.¹ Dat ^aII. non. Octobris^a.

^{a-a-} Über der Zeile.

¹ Fossombrone, Prov. Pesaro e Urbino.

Gleichlautender Befehl an Pesaro.

(Orvieto, 1283) Oktober 5.

Item in eundem modum. Dilectis filiis nobili viro .. potestati, consilio et communi Pesaurien.

5 Dat. III. non. Octobris.

Gleichlautender Befehl an die Einwohner der Massa Trabaria.

(Orvieto, 1283) Oktober 2.

Item in eundem modum. Dilectis filiis universitati hominum Masse Trabarie.¹

Dat. V. non. Octobris.

¹ Massa Trabaria, vgl. zu dieser Provinz Waley, *Papal State*, 93.

329 (103)

Martin unterrichtet die weltlichen Großen sowie die Städte in der Provinz Campagna et Marittima über die Vorfälle um Adenulf von Anagni und fordert sie auf, den Rektor bei seinem Vorgehen gegen diesen zu unterstützen.

Orvieto, 1283 Oktober 19.

Reg. Vat. 42, fol. 64v-65v - Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 425.

Martinus etc. Dilectis filiis nobilibus viris universis baronibus, potestatibus, rectoribus, militibus, communibus universitatibus et communitatibus tam civitatum quam castrorum aliorumque locorum per Campaniam et Maritimam constitutis salutem etc.

5 Offensas graves et enormes iniurias, quas privignantis filii, alumpni degeneris, Adenulfi¹ condam Mathie de Anagnia presumptuosa temeritas Romane ecclesie, matri vestre, irrogavit hactenus nec adhuc irrogare desistit, satis eritis plenarie, prout indubitanter credimus, ex vicinitate loci evidentia facti, ac divulgatis iam etiam in remotis fame relatibus didicistis. Ipse namque, ut loquamur expressius, reprobande ingratitude vitium non evitans factusque impudenter immemor beneficiorum pregrandium, que ab eadem ecclesia ipse ac progenitores
10 sui retro*actis temporibus percepisse noscuntur, cum, sicut liquet apertius clarisque indiciis innotescit, idem Adenulfus uberum eiusdem ecclesie sit^a nutritus, locuplectatus divitiis, gratiis exaltatus ad castrum Frusinon.², quod ad eiusdem ecclesie dominium pleno iure non est dubiu^b pertinere, post illius crudelis et horrende necis exitium, quam in quondam Johannis Capocii et Pandulfi, militum dicti castri, personas per iniquitatis filium sevitieque ministrum
15 Johannem dictum Scotum suosque in hac parte complices nequissime perpetrare³, cum non modica militum et peditum quantitate se conferens illud non est veritus occupare, nonnullas ipsius castri domos dirui et quosdam dicti castri homines temerarie faciens forbanniri. Et excessus excessibus coacervans officiales et familiares dilecti filii magistri Andree Spiliati⁴,

20 Campanie Maritimeque rectoris, capellani nostri, in castro ipso regimen specialiter et
 generaliter exercentis, ausu nephario expulit dictumque rectorem de Terracena, ad quam pro
 quibusdam servitiis ecclesie predictae perrexerat, ad castrum ipsum fiducialiter redeuntem illud
 ingredi non permisit, procurans nichilominus sibi per homines dicti castri usque ad viginti
 annos rectoriam castri memorati concedi sibi que fidelitatis iuramenta prestari faciens ab
 eisdem in grave ipsius ecclesie preiudicium, manifestam iniuriam et contemptum.

25 Unde nolentes tam notorios et presumptuos excessus multos aliquatenus pertransire
 prefato Adinulfo sub excommunicationis, quam eo ipso eum incurrere volumus, si nostrum in
 hac parte mandatum adimplere coterperet, necnon confiscationis bonorum suorum ac
 privationis feudorum, honorum, privilegiorum, si qua ab eadem Romana seu quibusvis aliis
 ecclesiis obtinet, penis per nostras litteras districte iniunximus, ut infra decem dierum
 30 spatium post presentationem litterarum ipsarum, quos ei pro preemtorio termino duximus
 assignandos, prefatum castrum Frusinon. salvo iure, si quod sibi adversus homines dicti castri
 competeret, sublata difficultate qualibet eidem rectori restituens in pace tenendum et
 regendum per eum sicut prius ante occisionem militum predictorum, personaliter coram nobis
 comparere curaret super premissis precise nostris mandatis et beneplacitis pariturus. Alioquin
 35 contra eum ad inflictionem predictarum penarum et alias gravius spiritualiter et temporaliter,
 prout videremus expediens, procedere curaremus. At idem Adenulfus, licet eadem littere sibi
 fuerint presentate, per abrup[ta] indevotionis exorbitans et ad inobedientiam temere se
 convertens huiusmodi mandatis nostris omnino contemptis nec dominium castrum rectori
 memorato restituit neque in prefixo sibi termino se nostro conspectui presentavit, propter
 40 quod dictus Adenulfus prefatam sententiam excommunicationis incurrit.

Cumque postmodum predictus Adenulfus super eadem sententia et super eo quod, sicut
 premittitur, in statuto termino coram nobis comparere contempsit necnon et super quibusdam
 excessibus, quos contra eundem rectorem et ecclesiam supradictam ac etiam nonnullos
 homines regionis asseritur commisisse, ad sedem apostolicam se personaliter contulisset
 45 demum de stando et parendo precise nostris et ecclesie Romane mandatis per nos vel per alios
 semel vel pluries faciendis eidem corporaliter prestitit iuramentum, prout in instrumento
 publico inde confecto plenius continetur, unde sepefato rectori nostris sub certa forma
 dedimus litteris in mandatis, ut eidem Adinulfo ex parte nostra preciperet in virtute prestiti
 iuramenti, ut iamdictum castrum ipsi rectori recipienti nostro et ecclesie predictae nomine
 50 cuiusvis obstaculo dilationis amoto restitueret ac dimitteret liberum et quietum tenendum et
 regendum per eum, sicut illud tenere ac regere noscebatur, priusquam dicti milites necarentur.
 Prefatus autem Adenulfus ad propria remeans et predictarum litterarum rectori directarum
 eidem malitiose preveniens missionem, ad castrum se contulit supradictum. Set licet tandem
 per dilectum filium Johannem de Scrin., canonicum ecclesie sancti Stephani Alatrin.⁵, cui
 55 super hoc dictus rector commiserat vices suas,⁶ eidem Adinulfo in castro tunc existenti
 prefato expresse iniunctum fuerit, ut castrum ipsum memorato rectori recipienti nostro et
 Romane ecclesie nomine restitueret ac dimitteret liberum et quietum in pace, nichilominus
 tamen predictus Adinulfus contra iuramentum ab ipso prestitum dampnabiliter veniens, non
 solum castrum ipsum eidem * rectori restituere non curavit, verum etiam quosdam ab
 60 hominibus dicti castri recipiens obsides, domos nonnullas fecit temere demoliri castrum
 predictum detinendo taliter occupatum non sine multa nostra et ecclesie Romane predictae
 iniuria et contemptu, anime sue preiudicio et gravi scandalo regionis.

Opus est itaque, filii, hora venit, tempus instat, necessitas imminet, ut illius sincerissime
 vestri devotionis affectum, quam de maternis visceribus sumitis, quam vobis insitam ortus

65 vester producit in lucem, quave pre ceteris eiusdem Romane ecclesie filiis singulari quodam radio prefulgetis per operis demonstretis effectum, per facti evidentia ostendatis.

Cum itaque tantam insolentiam, tantamque Adenulfi prefati superbiam urgente nos conscientia pati nullatenus intendamus, universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente nichilominus vobis per apostolica scripta^c sub debito fidelitatis, quo ecclesie Romane
70 predictae tenemini, districte precipiendo mandantes, quatinus diligentius attendentes, quod eidem Romane ecclesie utpote matri vestre, que vos generat in visceribus caritatis, in tante necessitatis articulo cunctis favoribus cunctisque auxiliis adesse debetis ac circa eam solide vestre fidelitatis constantiam nullis umquam turbinibus temporum conquassandam, effectibus studiis exercere ad reducendum ad manus ecclesie prefatum castrum Frusinonis necnon et
75 depopulandum^d castra, terras et alia bona predicti Adenulfi eiusque sequacium et fautorum, que in Campania Maritimeque consistunt, eidem rectori ad requisitionem ipsius vel nuntiorum eius generaliter et specialiter iuxta sue dispositionis arbitrium per exercitum vel alias, prout expedire cognoverit, potenter, ferventer et viriliter assistatis, ut vestro mediante suffragio tam gravis iniuriarum et offensarum irrogatio eorundem, quas moleste ferre vos convenit, utpote
80 contra matrem vestram et dominam multa temeritate presumptas, condignam et debitam non effugiat ultionem ac superbientis adversus illam, quam multipliciter gratiosam et beneficam sibi sensit, dura cornua conterantur nosque provide vestre devotionis promptitudinem, quam in hac parte invenire cupimus, efficacem plenius in Domino laudibus attolamus. Ut autem mandatum apostolicum celeriter super hoc sortiatur effectum, prefato rectori compellendi
85 contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque conditionis aut status existant, per penas privationis honorum, bonorum, feudorum, gratiarum et privilegiorum, que a Romana et quibuslibet aliis tenent vel habent ecclesiis, quasquidem penis omnes et singulos contrarium facientes incurrere decernimus ipso facto, ac alias spiritualiter et temporaliter, prout expedire viderit, et specialiter barones, nobiles, communitates et universitates civitatum, castrorum et
90 locorum comisse sibi provincie, ut ad exequendum predictum negotium sibi, sicut premittitur, viriliter et potenter assistant, plenam concedimus per alias nostras litteras potestatem.

Dat. apud Urbemveterem XIII. kal. Novembris pontificatus nostri anno tertio.

^a Über der Zeile.
eingefügt

^b Verschrieben für dubium

^c Über der Zeile

^d Am Rand, durch Zeichen

¹ Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

² Frosinone.

³ Die Gebrüder Capocci waren als Anhänger des Papstes im Frühjahr 1283 von Johannes Scotti und seinen Komplizen ermordet worden, s. o. Nr. 242.

⁴ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

⁵ Wohl jener *presbiter Iohannes scriniarius canonicus ecclesie Sancti Stephani de Alatro*, der auch als Prokurator der Gattin des Landulf Ceccano fungiert, vgl. Caetani, *Regesta chartarum I*, 56.

⁶ Der Rektor Andrea Spiliati scheint sich bei der Verwaltung seiner Provinz hauptsächlich auf Kanoniker der Kirche S. Stefano in Alatri gestützt zu haben, so läßt er auch eine Verschwörung im Kloster Fossanova von einem Kanoniker dieses Stiftes untersuchen, vgl. Archivio Vaticano, *Instrumenta miscellanea*, Nr. 194.

330 (104)

Martin befiehlt Andrea Spiliati, die Regierenden in den Städten und Dörfern der Campagna und Marittima unter Strafandrohung zu ermahnen, ihn in dem Konflikt mit Adinulf von Anagni zu unterstützen. Bei den Auseinandersetzungen soll er keine Kosten und Mühen

scheuen und eilig vorgehen. Alle Abmachungen zwischen Andrea und Adinulf erklärt er für nichtig und stattet Andrea mit umfassenden Vollmachten aus, um gegen die sich ihm Widersetzenden vorzugehen.

Orvieto, 1283 Oktober 19.

Reg. Vat. 42, fol. 65v-66r

Martinus^a etc. Dilecto filio magistro Andree Spiliati¹ Campanie Maritimeque rectori capellano nostro salutem etc.

Excessus notorios et superbos, quos inobedientie filius Adenulfus quondam Mathie de Anagnia² contra Romanam ecclesiam et te hactenus^b commississe dinoscitur et adhuc
5 continuata malitia committtere non veretur, tenore presentium tibi non duximus referendos, cum illos tua discretio non ignoret.

Cum igitur ad ipsius Adenulfi superbiam et nequitiam edomandas sollicitis studiis intendentes barones, potestates, rectores, milites, communia, universitates et communitates tam civitatum quam castrorum aliorumque locorum Campanie et Maritime per nostras litteras,
10 quas tibi per latorem presentium destinamus, monendos, rogandos attente duxerimus et hortandos eis nichilominus sub debito fidelitatis, quo ecclesie predictae tenentur, districtius iniungentes,³ ut ipsi ad requisitionem tuam vel nuntiorum tuorum generaliter et specialiter iuxta tue dispositionis arbitrium per exercitum aut alias, prout expedire cognoveris, ad reducendum ad manus ecclesie prefatum castrum Frusinon.⁴ necnon et depopulandum castra,
15 terras et alia bona eiusdem Adenulfi eiusque sequacium et fautorum consistentia * in Campania et Marittima supradicta tibi assistant ferventer, viriliter^c et potenter, discretioni tue per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus prefatis baronibus, potestatibus et aliis predictas litteras per te vel per alium seu alios viros ydoneos et discretos quamtotius diligenter exponens ipsos iuxta datam tibi a Deo prudentiam attente moneas et
20 inducas eis nichilominus sub certis penis spiritualibus et temporalibus, de quibus expedire videris, districtius iniungendo, ut ipsi, tanquam devotissimi et fidelissimi filii, ad vindicandas eiusdem ecclesie, matris sue, iniurias et offensas promptis animis exurgentes procedere studeant una tecum ad huiusmodi negotium efficaciter exequendum.

Tu vero ad id omnem sollicitudinem omnemque diligentiam adhibens ac sollicite
25 intrepideque procedens non parcas laboribus et expensis, cum nolimus omnino eiusdem executionem negotii ob defectum pecunie impediri quomodolibet vel differri. Studeas autem super hoc cum summa festinatione procedere, cum tam gravis excessus enormitas celerem expetat ultionem; non obstantibus quibuscumque tractatibus, concordiiis, conventionibus sive pactis inter te ac eundem Adenulfum sub quavis forma super hoc habitis seu litteris sub
30 quacumque expressione sive tenore verborum in hac^d parte confectis, per que huiusmodi mandati nostri executio impediri possit quomodolibet vel differri.

Ceterum, ut mandatum apostolicum eo potentius et efficacius exequi valeas, quo maiori fueris auctoritate nostra munitus, compellendi contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque conditionis aut status existant, per penas privationis honorum, bonorum,
35 feudorum, gratiarum et privilegiorum, que a Romana vel quibuslibet aliis tenent vel habent ecclesiis, quas quidem penas^e omnes et singulos contrarium^e facientes incurrere decernimus ipso facto, ac alias spiritualiter et temporaliter, prout expedire videris, et specialiter barones, nobiles, communitates et universitates civitatum, castrorum et locorum commisse tibi provincie, ut ad exequendum predictum negotium tibi, sicut premittitur, viriliter et potenter
40 assistant, plenam tibi concedimus auctoritate presentium potestatem.

Quod autem in hac parte fieri contingerit, nobis frequenter et plene per tuas litteras studeas intimare.

Dat. apud Urbemveterem XIII. kal. Novembris pontificatus nostri anno tertio.

^a Paragraphenzeichen ähnelt einem Finger ^b Am Rand, durch Zeichen eingefügt ^c Über der Zeile nachgetragen ^d Über der Zeile nachgetragen ^{e-c} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

³ Siehe den vorhergehenden Brief (Nr. 329)

⁴ Frosinone.

331 (105)

Martin zeigt sich gegenüber Adam Fourrier erfreut über die termingemäße Zerstörung des Ortes Montecocozon. Er befiehlt ihm, den Ort und die zugehörigen Gebiete sowie den früheren Ort Montefistule in Besitz zu nehmen. Denjenigen, die Rechte an Monticocozon oder an den Lehen beanspruchen, verspricht er, zu ihrem Recht zu verhelfen.

Orvieto, 1283 Oktober 12.

Reg. Vat. 42, fol. 66r

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Ade dicto^a Forrerio¹ rectori Patrimonii beati Petri in Tuscia salutem etc.

Recepimus litteras tuas, per quas nobis inter cetera significare curasti, quod heri die Lune undecima videlicet presentis mensis Octobris generalis destructio castri Montis Cocozon.² debuit, ut tuis verbis utamur, esse completa.

Nos itaque tuam in hac parte sollicitudinem commendantes volumus et per apostolica tibi scripta mandamus, quatinus absque more dispendio possessionem predicti castri et sui ac etiam quondam castri Montisfistule³ tenimentorum et pertinentiarum ipsorum nostra et ecclesie Romane nomine recipere ac sollicite retinere procures nobis, quod super hoc feceris, quamtotius rescripturus. Si que vero fuerint, qui se in castro Montiscacozon. vel tenimentis aut pertinentiis supradictis asserant ius habere, parati sumus exhibere ipsis iustitie complementum.

Dat. apud Urbemveterem III. Id. Octobris pontificatus nostri anno tertio.

^a über der Zeile nachgetragen

¹ Adam Fourrier, vgl. Nr. 11 Anm. 1.

² Monte Cocuzzone (zerstört), zwischen Vetralla und Bieda (Prov. Viterbo), vgl. Silvestrelli, *Città*, II, 725 f.

³ Nicht identifiziert.

332 (106)

Martin ernennt Jean d'Eppe zum Befehlshaber des päpstlichen Heeres in dem Konflikt mit Adinulf von Anagni und seinen Anhängern.

Orvieto, 1283 Oktober 23.

Reg. Vat. 42, fol. 66r-67v
Theiner, Codex diplomaticus, Nr. 425. - P 22070.

Dilecto filio nobili viro Johanni de Epa¹ capitaneo generali totius exercitus Romane ecclesie contra Adinulfum quondam Mathie de Anagnia² eiusque sequaces et fautores rebelles ipsius ecclesie in Campania et Maritima congregandi salutem etc.

Offensas graves et enormes iniurias, quas privignantis filii, alumpni degeneris, Adenulfi
5 quondam Mathie de Anagnia, presumptuosa temeritas Romane ecclesie, matri sue^a, super
occupatione et detentione castris Frusinon.³, quod ad plenum dominium ipsius ecclesie non est
dubium pertinere, irrogavit hactenus nec adhuc irrogare presumit, satis ex^b vicinitate loci
evidentia facti ac divulgantis etiam in remotis fame relatibus didicisti. Ipse namque, ut de sue
pravitatis actibus aliqua prosequamur, ingratitude vitio non vitato factus est immemor
10 beneficiorum pregrandium, que ab eadem ecclesia ipse suique progenitores retroactis
temporibus percepisse noscuntur. Cum sicut liquet * apertius clarisque indiciis innotescit,
idem Adenulfus uberum eiusdem ecclesie lacte nutritus locuplectatus divitiis et gratiis
exaltatus ad occupationem domini dicti castris affectibus dampnate cupiditatis illectus post
illius horrende crudelitatis exitum, quam in quondam Johannem Capocii et Pandulfi militum
15 dicti castris personas perdicionis filius Johannes Scotti per se suosque complices nequiter
perpetravit⁴, cum non modica militum et peditum quantitate ad castrum ipsum se celeriter
conferens illud non est veritus occupare quampluribus inibi domibus de mandato ei dirutis et
hominibus forbannitis. Ac dilectum filium magistrum Andream^c Spiliati⁵ capellanum nostrum
Campanie Maritimeque rectorem tunc temporis de Terracen.⁶, ad quam pro quibusdam
20 obsequiis ecclesie prefate perrexerat, ad predictum castrum cuius specialiter et generaliter
exercebat regimen, redeuntem illud ingredi non permisit. Et licet per eundem rectorem ac
nostras speciales litteras sub certa pena et forma sibi directas fuerit requisitus, ut eidem rectori
nostro et ipsius ecclesie nomine castrum restitueret memoratum, ipse tamen prioribus peiora
adiciens et anime sue periculum non evitans post prestitum iuramentum in curia Romana
25 nostra tribus ex fratribus nostris super hoc deputatis a nobis de stando precise mandatis nostris
super ipsius castris occupatione ac excommunicationis sententia, quam ea occasione
incurrerant, necnon quibusdam aliis offensis, quas dicebatur in eadem provincia contra
honorem ecclesie commisisse, ipsum castrum ad mandatum nostrum sibi factum per rectorem
prefatum non solum restituere non curavit, verum etiam post predicta plures domos ibi dirui
30 faciens quamplures recepit obsides ab hominibus dicti castris.

Cum itaque tantam insolentiam tantamque ipsius Adinulfi superbiam urgente nos
conscientia pati ulterius nullatenus intendamus ac eidem rectori sub certa forma per nostras
speciales litteras iniungamus, quod ad reducendum ad manus ecclesie prefatum castrum seu
Frusinonis necnon ad depopulandum castra, terras et alia bona predicti Adinulfi eiusque
35 sequacium et fautorum, que^d in Campania Martimaque consistunt, generaliter et specialiter
iuxta sue dispositionis arbitrium per exercitum vel alias, prout expedire cognoverit, efficaciter
procedere non postponat. Nos tue probate probitatis titulos, quibus pollere dignosceris, tueque

solide fidelitatis constantiam diligentius attendentes generalem capitaniam et regimen ipsius
exercitus necnon militum, equitum et omnium, qui tam de terris ecclesie quam locis aliis
40 quibuscumque ad exercitum ipsum convenerint, tibi presentium auctoritate committimus tue
providentie studio exercendam usque ad nostrum beneplacitum voluntatis, nobilitatem tuam
rogantes et hortantes attente, per apostolica scripta tibi nichilominus iniungentes, quatinus pro
apostolice sedis et nostre persone reverentia huiusmodi honoris sarcinam humeris propriis
45 excipiens preferendam commissum, tibi in hac parte negotium ad laudem divini nominis et
honoris sic prudenter et viriliter exequaris, quod, prout speramus, in brevi dextra domini
faciente virtutem superbientes repressis conatibus et cornibus conculcatis apud retributionem
bonorum omnium eterne salutis premium et a nobis condigni favoris et gratie benivolentie ex
hoc uberius valeas promereri. Nos enim sententias sive penas, quas temporaliter rite tuleris vel
50 statueris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem
condignam appellatione remota inviolabiliter observari.

Dat. apud Urbemveterem X. kal. Novembris pontificatus nostri anno tertio.

^a Über der Zeile nachgetragen ^b et vor Korrektur. ^c Danach 'Spi' (für Spiliati) gestrichen
^d Daneben am Rand von anderer Hand castrum Frusinonis

¹ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

² Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

³ Frosinone.

⁴ Siehe oben Nr. 242.

⁵ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

⁶ Terracina, Prov. Latina.

(107)

*Martin verkündet allen weltlichen Personen und Institutionen in der Campagna und
Marittima die Ernennung von Jean d'Eppe zum Kapitan des gegen Adinulf von Anagni
versammelten Heeres und fordert sie auf, ihm Gehorsam zu leisten.*

5 *(Orvieto, 1283 Oktober 23).*

Item in eundem modum scriptum fuit verbis competenter mutatis dilectis universis
nobilibus, potestatibus seu rectoribus, communitatibus et universitatibus ceterisque personis
secularibus civitatum et castrorum per Campaniam et Maritimam constitutis ac aliis laicis
undecumque et quibuscumque contra Adinulfum Mathie de Anagnia eiusque sequaces et
10 fautores in servitium Romane ecclesie processuris.

Offensas etc. ut supra verbis competenter mutatis usque postponat. Nos dilecti filii nobilis
viri Johannis de Eppe, capitanei generalis totius exercitus Romane ecclesie in Campania et
Maritima congregandi, experte probitatis titulos, quibus pollere dinoscitur, eiusque solide
fidelitatis constantia ipsius attendentes etc. usque nostre beneplacitum voluntatis.

15 Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis per apostolica scripta
mandantes, quatinus eidem Johanni tamquam generali capitaneo dicti exercitus in hiis, que ad
ipsius capitanie spectant officium, obediatis humiliter et efficaciter intendatis * eidem rectori
nichilominus in omnibus, que ad huiusmodi negotium pertinent, cum efficacia debita parituri.

20 Alioquin sententias sive penas, quas temporaliter idem capitaneus propter hoc rite tulerit
vel statuerit in rebelles etc. usque observari.

Dat. ut supra.

(108)

Martin verkündet dem Rektor in der Campagna und Marittima, Andrea Spiliati, die Ernennung von Jean d'Eppe zum Kapitan des gegen Adinulf von Anagni versammelten Heeres und fordert ihn auf, ihn bei seiner Aufgabe zu unterstützen und die Einwohner seiner
5 *Provinz anzuhalten, ihm zu gehorchen.*

(Orvieto, 1283 Oktober 23).

Item in eundem modum. Dilecto filio magistro Andree Spiliati capellano nostro Campanie Maritimeque rectori.

10 Offensas etc. usque intendamus ac tibi sub certa forma per nostras alias speciales litteras iniungamus, quod ad reducendum ad manus ecclesie etc. verbis competenter mutatis usque efficaciter procedere non postponas. Nos dilecti filii etc. usque voluntatis.

15 Quocirca discretioni^a per apostolica scripta mandamus, quatinus huiusmodi negotium unacum dicto capitaneo sic animose et utiliter prosequaris omnes de tua iurisdictione ad parendum et obediendum eidem in hiis, que ad suum spectant officium, spiritualiter et temporaliter potestate tibi tradita compellendo, quod prefatum negotium Deo propitio in brevi finem laudabilem sortiatur et diligentiam tuam possimus merito commendare, ita quod, si qua negligentia per te circa ipsum negotium est habita usque modo, per subsequentem sollicitudinem et promptitudinem corrigatur.

Dat. ut supra.

^a Zu ergänzen tue.

(109)

Martin verkündet dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Ferentino die Ernennung Jean d'Eppe zum Kapitan des gegen Adinulf von Anagni versammelten Heeres und fordert sie auf, ihm Gehorsam zu leisten.
5

Orvieto, 1283 Oktober 23.

Item in eundem modum. Dilectis filiis . . . potestati, consilio et communi Ferentinat.¹ verbis competenter mutatis usque intendamus, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente vobis sub debito fidelitatis, quo ecclesie predicte tenemini, et pena privationis honorum, bonorum, feudorum, gratiarum et privilegiorum, que ab eadem Romana vel quibuslibet aliis tenetis vel habetis ecclesiis, quam quidem penam ipso facto vos et commune vestrum incurrere volumus, si secus in hac parte feceritis, et nichilominus sub aliis penis spiritualibus et temporalibus iuxta nostrum vobis arbitrium inferendis per apostolica scripta districte precipiendo mandantes, quatinus provide attendentes, quod eidem Romane ecclesie utpote matri vestre, que vos gerit in visceribus caritatis, in tante necessitatis articulo cunctis favoribus cunctisque auxiliis adesse debetis, ad conatus tam temerarios elidendos et superbientis cornua conterenda per efficaciam operis liberales ad reducendum ad manus ecclesie prefatum castrum Frusinon. necnon et depopulandum castra, terras et alia bona predicti Adinulfi eiusque sequatium et fautorum, que in Campania Maritimaque consistunt, eidem rectori ad requisitionem suam vel nuntiorum eius generaliter et specialiter iuxta sue dispositionis arbitrium per exercitum vel alias, prout expedire cognoverit, sic potenter, ferventer et viriliter assistatis, ut vestro et aliorum fidelium ipsarum partium mediante suffragio tam gravis iniuriarum et offensarum irrogatio eorundem condignam et debitam non

effugiat ultionem nosque proinde innate vobis devotionis et fidelitatis promptitudinem
condignis laudum preconiis attolamus et nichilominus in hiis, que honorem et profectus
25 vestros et terre vestre respiciunt, reddamur vobis suo loco et tempore promptiores.

Dat. apud Urbemveterem X. kal. Novembris pontificatus nostri anno tertio.

Brief gleichen Inhalts [wie 109] an Podestà, Rat und Gemeinde von Alatri, Segni und Terracena.

Item in eundem modum. .. potestati, consilio et communi Alatrin.²
30 Item in eundem modum. .. potestati, consilio et communi Segnin.³
Item in eundem modum. .. potestati, consilio et communi Terracenen.⁴

¹ Ferentino, Prov. Frosinone.

² Alatri, Prov. Frosinone.

³ Segni, Prov. Rom.

⁴ Terracina, Prov. Latina.

(110)

Brief gleichen Inhalts [wie 109] an Podestà, Rat und Gemeinde von Piperno, Veroli, Sezze und Anagni.

(Orvieto, 1283 Oktober 23).

5 Item in eundem modum. .. potestati, consilio et communi Pipernen.
Item in eundem modum. .. potestati, consilio et communi Verulan.¹
Item in eundem modum. .. potestati, consilio et communi de Septia.²
Item in eundem modum. Dilectis filiis . . potestati, consilio et communi Anagnin.³
Offensas graves etc. usque irrogare presumit satis tam ex vicinitate loci evidentia facti ac
10 divulgantes etiam in remotis fama relatibus, quam ex nostrarum series^a litterarum, quas super
hoc sub certa forma vobis dudum nos direxisse meminimus, didicistis. Ipse namquam etc. ^but
supra^b usque precipiendo mandantes, quatinus nullum eidem Adinulfo in huiusmodi
contumacia et pertinacia persistenti communiter vel divisim per vos vel alios auxilium,
consilium et favorem impendere presumatis et, si quod impendistis eidem, absque more
15 dispendio revocare cum effectum sollicitate procuretis provide attendentes etc. usque liberales ^cad
reducendum ad manus ecclesie prefatum castrum Frusinonis necnon et ad diruendum domos^c
ac depopulandum castra, terras et alia bona predicti Adinulfi eiusque sequacium et fautorum,
que in Campania Marittimaque consistunt, eidem rectori etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Über der Zeile nachgetragen für serie.
Zeichen hier eingefügt

^{b-b} Über der Zeile nachgetragen

^{c-c} Am Rand, durch

20 *Brief gleichen Inhalts [wie 109] an Giovanni Conti und seinen Sohn Adinolfo.*
(Orvieto, 1283 Oktober 23).

Item in eundem modum. Dilectis filiis nobilebus viris Johanni Comitis et Adenulfo⁴ filio
eius. Offensas graves * etc. usque intendamus, nobilitatem vestram rogamus et hortamur
attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus provide attendentes, quod eidem
25 Romane ecclesie etc. ut in superiori littera directa illis de Ferentino usque ultionem. Nosque
proinde innate vobis devotionis, quam ad nos et apostolicam sedem habere vos credimus,

promptitudinem condignis laudum preconiiis attolamus et nichilominus in hiis, que honorem et profectus vestros respiciunt, reddamur vobis suo loco et tempore promptiores.

Dat. ut supra.

¹ Veroli, Prov. Frosinone.

² Sezze, Prov. Latina.

³ Anagni, Prov. Frosinone.

⁴ Giovanni II aus der Familie der Conti (gest. nach 1287) und sein Sohn Adinulfo I (gest. 1295 – 1300), vgl. Stammtafel bei Carocci, *Baroni*, 381.

(111)

Brief gleichen Inhalts [wie 109] an den Bischof von Tripolis.

(Orvieto, 1283 Oktober 23).

In eundem modum. Venerabili fratri . . . episcopo Tripolitan.¹

5 Offensas etc. verbis competenter mutatis usque intendamus.

Fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandantes, quatinus provide attendentes, quod eidem Romane ecclesie etc. verbis competenter mutatis usque cunctis favoribus cunctisque auxiliis adesse debes, per te ac alios ipsarum partium, qui tuo dominio sunt subiecti, ad conatus tam
10 temerarios etc. usque viriliter procures assistere, ut tuo et aliorum etc. usque ultionem. Nosque proinde innate tibi devotionis, quam ad nos et apostolicam sedem habere te credimus, promptitudinem condignis etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

¹ Paulus, OFM, seit 1261 Bischof von Tripolis, war mit wichtigen Missionen für die Kurie tätig, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 498; warum er Adressat dieses Briefes ist, ist nicht ersichtlich.

(112)

Brief gleichen Inhalts [wie 109] an Guglielmo und Riccardo de Ceccano.

(Orvieto, 1283 Oktober 23).

In eundem modum. Dilectis filiis Guillelmo capellano nostro et Riccardo clerico filiis
5 quondam Landulfi de Ceccano¹ salutem etc. Offensas etc. usque intendamus, discretionem vestram rogamus, monemus et hortamur attente vobis sub excommunicationis pena, quam, si secus feceritis, ipso facto vos et quemlibet vestrum incurrere volumus, per apostolica scripta districte precipeindo mandantes, quatinus usque ultionem. Nosque proinde innate vobis
10 devotionis, quam ad nos et apostolicam sedem vos habere credimus, promptitudinem condignis laudum preconiiis attollamus et nichilominus in hiis, que honorem et profectus vestros respiciunt, reddamur vobis suo loco et tempore promptiores.

Dat. ut supra.

¹ Landolfo war verheiratet mit einer Schwester des Kardinals Riccardo Annibaldi, vgl. Carocci, *Baroni*, 317 (Stammtafel der Annibaldi).

333 (113)

*Brief gleichen Inhalts [wie 109] an die Herren von Ceccano, Giovanni und Annibaldo.
Orvieto, 1283 Oktober 21.*

Reg. Vat. 42, fol. 67v-68r

5 *Vgl. Savio, Gli Annibaldi di Roma, 360.*

Item. Dilectis filiis nobiles viris Johanni et Anibaldo dominis de Ceccano¹ salutem etc. Offensas etc. usque intendamus. Nobilitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente vobis sub debito fidelitatis, quo ecclesie prefate tenemini, et pena privationis honorum, bonorum, feudorum, gratiarum et privilegiorum, que ab eadem Romana vel quibuslibet aliis tenetis vel habetis ecclesiis, quam quidem penam ipso facto vos et quoslibet vestrum incurrere volumus, si secus in hac parte feceritis, et nichilominus sub aliis penis spiritualibus et temporalibus iuxta nostrum vobis arbitrium inferendis per apostolica scripta districte precipiendo mandantes, quatinus provide attendentes etc., ut in proximo usque ultionem. Nosque innate vobis devotionis et fidelitatis promptitudinem condignis etc. usque promptiores.

10

Dat. apud Urbem veterem XII. kal. Novembris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Giovanni war der Sohn von Landolfo Ceccano, Annibaldo war sonst nicht nachweisbar.

(114)

Briefe gleichen Inhalts [wie 109] an die genannten Herren.

Item in eundem modum. Dilectis filiis nobiles viris Jordano, Calgano et Perrucio dominis de Sculcula.¹

5

Dat. ut supra.

Item in eundem modum. Dilecto filio nobili viro Petro domino de Pileo² mutatis mutandis.

Dat. X. kal. Novembris.

Item in eundem modum. Dilecto filio nobili viro Balduino domino de Supino.³ Dat. ut supra.

10

Item in eundem modum. Dilectis filiis nobiles viris Johanni, Odoni et Landolfo dominis de Columpna.⁴

15

Offensas etc. usque attente vobis nichilominus sub excommunicationis et privationis ac amissionis omnium privilegiorum, gratiarum, honorum, feudorum, quam ab eadem et aliis tenetis et habetis ecclesiis, penis, quas vos et quemlibet vestrum ipso facto incurrere volumus, si secus feceritis, per apostolica scripta districte precipiendo mandantes, quatinus eidem Adinulfo in huiusmodi contumacia persistenti nullum prorsus exhibeatis per vos vel alium seu alios auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, si quod presidium impendistis eidem in gente vel equis aut armis sine difficultatis obstaculo absque more dispendio totaliter revocando, ita quod prudenter pena vitata predictam culpam alienam in vobis non videamini retorquere, sed de obedientie merito devotio vestra penes nos et sedem apostolicam, matrem vestram, possit de bono in melius commendari.

20

Dat. ut supra.

Item in eundem modum. Dilectis filiis nobiles viris Nicolao Comitibus⁵ civi Roman. verbis competenter mutatis Dat. ut supra.

25 Item in eundem modum. Mathie de sancto Eustachio⁶ civi Roman.

Item in eundem modum. Nobili viro Riccardo quondam Mathie Anibaldi⁷ civi Roman. spiritum consilii sanioris. Offensas etc. usque totaliter revocando, ita quod prudenter * pena vitata predictam culpam alienam in te retorquere minime videaris, sed potius possit exinde tua discretio commendari. Dat. ut s.

30 Item in eundem modum. Dilecto filio Maheo^a de Columpna⁸ canonico Carnoten.

Offensas etc. usque intendamus, discretionem tuam rogamus et hortamur attente tibi nichilominus sub pena excommunicationis, quam te, si secus feceris, ipso facto incurrere volumus, per apostolica scripta districte precipiendo mandantes, quatinus eidem Adinulfo in huiusmodi contumacia persistenti etc. usque minime videaris, sed potius de obedientie merito devotio tua penes nos et sedem apostolicam, matrem tuam, possit de bono in melius commendari.

Dat. ut supra.

^a Für Matheo.

¹ Sgurgola, Prov. Frosinone.

² Nicht nachweisbar.

³ Balduino de Supino, vgl. Nr. 53 Anm. 6.

⁴ Giovanni Colonna, aus der röm. Adelsfamilie (Linie Palestrina, vgl. Stammtafel bei Rehberg, *Kirche und Macht*, 544), Senator in Rom 1262 und 1279, 1288 Rektor der Mark Ancona, Anhänger der Anjou, vgl. zu ihm Waley, *Colonna, Giovanni*, DBI 27, 331 f.; Oddone di Oddone (gest. um 1318); Landolfo di Oddone (gest. 1300), vgl. auch Carocci, *Baroni*, 366.

⁵ Nicola I, Sohn von Giovanni di Poli aus der Familie der Conti, mehrfach Senator in Rom, gest. 1304, vgl. Carocci, *Baroni*, 379 f.

⁶ Mattia di Tebaldo aus der Adelsfamilie Sant'Eustachio, seit 1269 belegt, gest. vor Oktober 1294, vgl. Carocci, *Baroni*, 411.

⁷ Riccardello Annibaldi, Neffe des gleichnamigen Kardinals († 1276), Teilnehmer an der Schlacht von Tagliacozzo auf Seiten Konradins, 1281-1283 Podestà von Viterbo, hier als Gegner der Orsini entscheidend an der Wahl Martins zum Papst beteiligt, 1288/89 und 1300 Senator von Rom, vgl. De Donatis, *Annibaldi, Riccardo*, DBI 3, 351 f.; Savio, *Gli Annibaldi di Roma*, 357 ff.

⁸ Matteo di Oddone aus der Familie der Colonna, Propst in Saint-Omer, Kanoniker in Beauvais, Laon und Chartres, zwischen 1264 und 1327 belegt, vgl. Carocci, *Baroni*, 366.

334 (115)

Martin befiehlt den Regierenden der genannten Orte, den päpstlichen Kubikular, den Templer Huguccio beim Ankauf und Transport von Lebensmitteln und Getreide für die Kurie zu unterstützen und erklärt alle Abmachungen, die dem entgegenstehen, für nichtig.

Orvieto, 1283 Oktober 27.

Reg. Vat. 42, fol. 68r

Martinus etc. Dilectis filiis potestatibus seu rectoribus, consiliis et communitatibus Tuscanen.¹, Balneoregen.², Cornetan.³, Centumcellen.⁴, Vetralle⁵, Montisalti⁶, Canini⁷, Aquependentis⁸, Radicofani⁹ et Procene¹⁰ ac aliorum locorum et terrarum per Patrimonium beati Petri in Tuscia constitutis, ad quos littere iste pervenerint, salutem etc.

5 Quia propter instantis temporis victualium caristiam undique ad Romanam curiam
pauperes in multitudine confluerunt pro eorum alimoniis ac familie nostre usibus indigemus
maxima victualium quantitate, nos autem eorundem pauperum inopie subvenire paternis
affectibus cupientes pridem dilecto filio Deutealleue, castellano abbatie ad Pontem, sub certa
10 vendendum huiusmodi victualia, se personaliter conferens, frumentum, ordeum et alia
victualia pro pretio competenti ad opus pauperum et familie predictorum inibi emere et ad
predictam curiam destinare sollicitate procuraret.

Verum quia idem frater Deutealleue huiusmodi mandati nostri executioni vacare non
posset impedimento legitimo prepeditus, dilectum filium fratrem Uguicionem¹² domus militie
15 Templi, cubicularium nostrum, de cuius fidelitate plene confidimus, propter hoc ad partes
vestras duximus specialiter destinandum iniuncto sibi per nostras litteras, ut circa hoc
adhibens diligentiam et sollicitudinem oportunitatem predicta victualia emere et ad dictam
curiam, ut predictur, transmittere studeat, prout celerius et utilius viderit faciendum.

Quocirca universitati vestre per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatinus
20 prefatum cubicularium in locis vestris prefata victualia libere emere et transmittere ad prefatam
curiam permittatis sibi circa premissa, cum oportunitatem fuerit, impendentes auxilium,
consilium et favorem, non obstantibus aliquibus statutis seu ordinationibus^a contrariis super
hoc a vobis vel vestrum aliquibus editis, que quoad hoc, etiamsi sint iuramentis, penis vel
quibuscumque aliis firmitatibus roborata, nullius esse volumus firmitatis, vos et quemlibet
25 vestrum ab observatione iuramentorum huiusmodi nichilominus absolventes, preceptum
nostrum in hac parte sic efficaciter impleturi, quod devotionem vestram proinde possimus in
Domino merito commendare.

Alioquin contrarium presumentes, prout ipsorum culpa exegerit, spiritualiter et
temporaliter, sicut expedire viderimus, puniemus.

30 Dat. apud Urbem veterem VI. kal. Novembris pontificatus nostri anno tertio.

^a ordinati vor Korrektur.

¹ Tuscania, Prov. Viterbo.

² Bagnoregio, Prov. Viterbo.

³ Tarquinia, Prov. Viterbo.

⁴ Civitavecchia, Prov. Rom.

⁵ Vetralla, Prov. Viterbo.

⁶ Montalto di Castro, Prov. Viterbo.

⁷ Canino (bei Tuscania, Prov. Viterbo).

⁸ Acquapendente, Prov. Viterbo.

⁹ Radicofani, Prov. Siena.

¹⁰ Proceno (bei Acquapendente, Prov. Viterbo).

¹¹ Siehe oben Nr. 320 (1283 Oktober 5).

¹² Huguicio de Vercelli, vgl. Nr. 193 Anm. 1.

*Martin befiehlt dem Rektor im Patrimonium beati Petri, Adam Fourier, die
Verantwortlichen der genannten Städte zu zwingen, den Ankauf und Transport von Getreide
und Lebensmitteln für die Kurie durch den Kubikular Huguccio nicht durch Zölle oder
sonstwie zu behindern und ersucht ihn, den Kubikular bei seiner Aufgabe zu unterstützen.*

5 *(Orvieto, 1283 Oktober 27).*

Item ^a in eundem modum. Dilecto filio nobili viro Ade dicto Forrerio¹ rectori^b Patrimonii
beati Petri in Tuscia salutem etc. usque paternis affectibus cupientes, pridem tibi nostris

litteris in mandatis, ut potestatibus seu rectoribus, consiliis et communibus Tuscae,
 Balneoregii, Corneti, Centumcellarum, Vetralle, Montisalti, Canini, Aquependentis,
 10 Radicofoni^c et Prozeni ac aliorum locorum Patrimonii, in quibus bladum ad vendendum
 reperitur, sub gravibus penis, de quibus te expediens videretur, preciperes, quod iidem
 potestates et rectores cum effectu precipere et cum^d publice banniri facerent in singulis terris
 suis, quod homines, qui haberent bladum huiusmodi ad vendendum dilecto filio, fratri
 Deutealleue, castellano abbacie ad Pontem, vendent libere sine pena, ita quod ipse, quem
 15 propter^e ad partes ipsas specialiter miseramus, libere absque alicuius exactionis onere
 huiusmodi victualia posset emere et ad opus eorundem pauperum et familie ad dictam curiam
 destinare.²

Verum quia idem frater D. circa id vacare non potest impedimento legitimo prepeditus
 nosque propter hoc dilectum filium, fratrem Uguicionem³, fratrem militie Templi,
 20 cubicularium nostrum, ad partes ipsas specialiter destinemus, tibi presentium tenore firmiter
 precipiendo mandamus, quatinus eosdem potestates, rectores et communitates locorum
 ipsorum ad faciendum et exequendum omnia supradicta iuxta tenorem litterarum nostrarum,
 quas eis propter hoc specialiter destinamus, potestate tibi tradita, qua convenit, districtione
 compellas * etc. usque infirmitatis nichilominus eos et eorum quemlibet ab observatione
 25 iuramentorum huiusmodi absolventes et alias eidem cubiculario in omnibus, que oportuna
 fuerint, circa premissa sic favorabiliter procures assistere ac cetera, que ad huiusmodi negotii
 plenam et felicem expeditionem pertinent, vigorose prosequi ac per effectum operis celeri
 executioni mandare, quod de negligentia reprehendi nequeas, set potius de prompte
 sollicitudinis^f valeas commendari.

30 Dat. ut supra.

^a Zählung am Rand: 115 ^b Durch Zeichen umgestellt: rectori nach Tuscia vor Korrektur ^c Für
 Radicofani. ^d Verschrieben ^e zu ergänzen: hoc ^f hier fehlt ein Wort.

¹ Adam Fourrier, vgl. Nr. 11 Anm. 1

² Siehe Nr. 319.

³ Hugutio de Vercelli, vgl. Nr. 193 Anm. 1.

*Martin beauftragt seinen Kubikular Huguccio anstelle des verhinderten Kastellans
 Deutealleve, im Patrimonium b. Petri für die Kurie bestimmtes Getreide und Lebensmittel zu
 kaufen und dorthin zu transportieren.*

(Orvieto, 1283 Oktober 27).

5 In eundem modum. Dilecto filio, fratri Huguicioni domus militie Templi, cubiculario
 nostro.

Quia propter instantis temporis victualium caritiam undique ad Romanam curiam
 pauperes in multitudine confluerunt, pro eorum alimoniis ac familie nostre usibus indigemus
 maxima victualium quantitate. Nos autem eorundem pauperum inopie subvenire paternis
 10 affectibus cupientes, pridem dilecto filio fratri Deutealleve castellano abbacie ad Pontem sub
 certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut ad Tuscanellam, Balneoregum, Cornetum,
 Centumcellas, Vetrallam, Montemaltum, Caninum, Aquependentem, Radicofonum^a et
 Prozenam ac alia loca Patrimonii beati Petri, in quibus reperiuntur victualia ad vendendum, se
 personaliter conferens frumentum, ordeum et alia victualia pro pretio competenti ad opus
 15 pauperum et familie predictorum emere et ad dictam curiam destinare sollicitate procuraret.

Verum quia idem frater D. huiusmodi mandati nostri executioni vacare non potest
 impedimento legitimo prepedivis,^b te, de cuius fidelitate plene confidimus, propter hoc ad

partes ipsas specialiter destinantes presentium tibi tenore mandamus, quatinus circa id
adhibens diligentiam et sollicitudinem oportunam predicta victualia in predictis locis emere et
20 ad dictam curiam, ut predicatur, transmittere studeas, prout celerius et utilius videris expedire,
ita quod diligentie tue studium possimus exinde merito in Domino commendare.

Dat. ut supra.

^a Für Radicofanum.

^b Verschrieben für prepeditus

(116, 132^a)

*Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Ancona unter Androhung
einer Strafe von 1000 Silbermark bei Zuwiderhandeln, das Getreide aus Apulien, das sich auf
einem Schiff in ihrem Hafen befindet und das der Überbringer dieses Scheibnes, der Hostiar
5 Blancucio, zur Kurie transportieren soll, nicht mit Zöllen zu belegen, sondern den Transport
durch ihr Gebiet zu unterstützen.*

Orvieto, 1283 November 1.

Item in eundem modum. Dilectis filiis . . potestati, consilio et communi Anconitan.¹

Cum dilectus filius Dinus Johannis², mercator camere nostre de societate Thomasi Spiliati
10 et Hugonis Spine de Florentia, quadringentas septuaginta unam saumas frumenti ad
mensuram regni Sicilie, quas habet in quadam navi, que de partibus Apulie nuper ad portum
vestrum applicuit, venditionis titulo camere nostre usibus duxerit concedendas, nosque pro
huiusmodi frumento ad nostram curiam transducendo dilectum filium Blancucium, hostiarium
15 nostrum³, latorem presentium, specialiter destinemus, universitatem vestram rogamus et
hortamur attente vobis sub pena mille marcarum argenti, quam, si secus feceritis in hac parte,
vos ipso facto incurrere volumus, per apostolica scripta firmiter precipiendo mandantes,
quatinus eundem hostiarium extrahendi huiusmodi predicti frumenti quantitatem de portu et
districtu vestro sine alicuius exactionis et solutionis onere libere permittatis et alias, si
oportunum fuerit, circa id impendatis ei auxilium, consilium et favorem, non obstantibus
20 aliquibus statutis seu ordinationibus contrariis a vobis editis, que quoad hoc, etiamsi sint
iuramentis, penis vel quibuscumque firmitatibus aliis roborata, decernimus nullius existere
firmitatis, vos ab observatione iuramentorum et penarum huiusmodi nichilominus
absolventes, preces et mandatum nostrum in hac parte taliter impleturi, quod pena vitata
predicta devotionem vestram possimus exinde dignis in Domino laudibus merito
25 commendare.

Dat apud Urbem veterem kal. Novembris pontificatus nostri anno tertio.

^a Zählung von anderer Hand.

¹ Ancona. – Vgl. zu Ancona Leonhard, *Die Seestadt Ancona im Spätmittelalter*, hier vor allem 169 ff.

² Vgl. zu ihm Nr. 92.

³ Blancucius de Luca, vgl. Nr. 183 Anm. 1.

335 (117)

*Martin befiehlt dem Rektor des Patrimonium b. Petri, Adam Fourier, den Podestà von
Aquapendente, Johannes Marchosanus aus Salerno, der sich trotz ausdrücklichen Verbots des*

Kämmerers, der gegen ihn ermittelte, von der Kurie entfernt hat, gefangenzunehmen und dem apostolischen Stuhl zu übergeben.

(Orvieto, 1283) Oktober 31.

Reg. Vat. 42, fol. 68v-69r.

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro A. Forrerii¹ rectori Patrimonii beati Petri in Tuscia salutem. etc.

Intellecto pridem, quod Johannes dictus Marchosanus de Salerno², miles, potestas castri Aquependentis³, Guidoctum quondam Tancredi, laicum Urbevet.⁴, pro eo, quod bladum de dicto castro extraxerat et ipsum apud Urbemveterem⁵, ubi nos cum nostra curia commoramur, detulerat ad vendendum, temere in certa quantitate pecunie ac rebus aliis condempnavit, prout nobis constituit per publicum instrumentum, nos dilecto filio Berardo^a, camerario nostro⁶, mandavimus, ut prefatum Johannem ad suam presentiam evocans summarie et de plano huiusmodi examinaret negotium et veritatem inquirere procuraret.

Dicto autem camerario super eodem negotio procedente eidem Johanni tenorem prefati condempnationis huiusmodi legi fecit, qui te presente coram eodem camerario est confessus, quod predictae condempnationis sententiam protulit ex quarumdam ordinamentarum forma, * que universitatem ipsam asseruit condidisse occasione quarumdam litterarum apostolicarum, quas, ut dicebat, prefate communitati super huiusmodi negotio miseramus. Et licet dictus Johannes per camerarium ipsum fuerit requisitus, si aliquas volebat excusationes proponere super eodem negotio coram ipso, respondit, quod nichil aliud ad sui defensionem producere intendebat, nisi solum apostolicas litteras et ordinationes predictas, quas ordinationes eadem die in vesperis sponte se obtulit producturum. Postmodum autem iamdictus camerarius mandavit eidem, ut de civitate Urbevetan. discedere absque ipsius licentia non deberet, prout ea omnia in actis camere sunt conscripta.

Cum autem sepedictus Johannes ordinationibus huiusmodi, sicut dixerat, non productis de dicta civitate, tamquam sibi male conscius, recesserit non obtenta licentia nec petita nosque tantam eiusdem Johannes temeritatem et contemptum sustinere conniventibus oculis nullatenus intendamus, tibi sub pena gratie nostre districte per apostolica scripta mandamus, quatinus prefatum Johannem, ubicumque reperiri contigerit, capias ipsumque captum ad nostram presentiam absque more dispendio sub fida custodia mittere non postponas, presens mandatum nostrum sic efficaciter impleturus, quod ipsius Johannis culpam in te retorquere minime videaris, set potius te possimus de sollicitudine merito commendare.

Dat. . .^b II. kal. Novembris.

^a Berar. vor Korrektur.

^b So im Text, zu ergänzen wäre apud Urbemveterem.

¹ Adam Fourier, vgl. Nr. 11 Anm. 1.

² Aus Salerno, sonst nicht nachgewiesen.

³ Acquapendente, Prov. Viterbo.

⁴ Nicht nachgewiesen.

⁵ Orvieto,

⁶ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

336 (118)

Martin teilt dem Rat und den Bewohnern Roms die Übersendung von 5000 Goldflorenen mit, die zur Überwindung der dortigen Lebensmittelknappheit verwandt werden sollen und teilt ihnen mit, wie das Geld verwendet werden soll.

Orvieto, 1283 November 5.

Reg. Vat. 42, fol. 69r-v
Theiner, Codex temporalis, Nr. 426 - Potthast 22073

Martinus etc. Dilectis filiis consilio et populo Roman.¹

Etsi cunctorum fidelium ubilibet in orbe degentium in^a subseptione pontificalis officii universaliter nobis extiterit sollicitudo commissa, Romani tamen populi specialiter credita cura fuit. Nam quamvis summus pontifex, Christi vicarius, totius sit Christianitatis antistes,
5 specialis tamen esse^b dinoscitur episcopus Romanorum. Propter quod circa vestrum urbisque statum, ut absque intermissionis instantia successibus prosperis fecundetur et pacis stabilis commodis affluat, dissensionum quarumlibet nubilo profligato vigilamus attentius, ferventer intendimus operamque sollicitam plenis studiis impertimur. Vos enim, ut vera loquamur^c, noster populus peculiaris existitis intima nobis affectione dilectus, vos estis alumpni Romane
10 ecclesie speciales, quos paterni favoris plenitudine confovemus, vos eius filii preelecti, claris devotionis et fidei titulis insigniti, quorum honoris et commodi cumulum votis ferventibus affectamus, quorum nos perturbat adversitas, prosperitas non inmerito reficit affluentia gaudiorum.

Sane nuper ad nostram presentiam vestros ambassatores et nuntios accedentes libenter
15 vidimus et affectione paterna recepimus benignam illis audientiam concedendo, qui nobis inter alia prudenter ab ipsis proposita ex parte vestra humiliter supplicarunt, ut, cum propter sterilitatem temporis nimiam, que in nonnullis provinciis invaluisse asseritur, victualibus Roma non affluat, quinimmo non modicam illorum penuriam partiatur, vobis alicuius subventionis auxilium preberemus. Nos autem, qui de statu vestro libentissime nova grata
20 percepimus, tam ingratis rumoribus intellectis turbati fuimus vehementer et pectoris nostri precordia dolor ingens perstrinxit. Quis enim pater benivolus in adversitate non doleat filiorum aut in eorum turbationibus non turbetur? Cuius genitoris animum dispendiosa natorum necessitas quasi quodam diro telo non sauciet? Profecto patris ad filios veram non haberi convincitur caritatem, nisi et gaudeat ipsis in prosperis et participet pariter in adversis.
25 Porro prefatis nuntiis per nos et nonnullos ex fratribus nostris respondimus, quod super hoc cogitare sollicite volebamus, ut consideratis attentius, que consideranda occurrerint, efficacius possemus procedere in hac parte. Verum licet ob grandium onera sumptuum, quos, prout ad vestram credimus audientiam pervenisse, pro recuperandis et manutenendis eiusdem ecclesie iuribus predictae fecisse dinoscimur, camera nostra, ultra quam credi posset, proculdubio sit
30 gravata, nos tamen vobis utpote carissimis filiis in huiusmodi non volentes nec valentes articulo viscera claudere pietatis aut quovis modo deesse, sed potius ex benigne compassionis affectu indigentiae vestre defectui subventionis dexteram intendentes extendere per effectum vobis iuxta subscriptum modum decrevimus subvenire. Ecce igitur dilectum filium, magistrum Angelum de Fulgineo², camere nostre clericum, et iudicem Citadinum de
35 Urbeveteri³, latores presentium, de quorum probitate confidimus^d, ad vos duximus destinandos, qui iuxta nostrum sibi factum in hac parte mandatum quinque milia florenorum *

aureorum ad emendum pro vobis frumentum dilectis filiis magistro Alberto de Parma⁴, canonico basilice principis apostolorum, et Jo. Basili, fratri hospitalis sancti Spiritus in Saxia de Urbe⁵, ex parte nostra facient assignari, qui huiusmodi recepta pecunia eam aliquibus
 40 personis fidelibus et discretis de vestro expresse consilio et assensu semel vel pluries eligendis totaliter exhibebunt per eas in emptionem frumenti in partibus regni Sicilie, ubi melius forum, ut creditur, haberi poterit, fideliter convertendam. Predictum vero frumentum, cum deferetur ad Urbem, prefatis canonico et fratri ac personis predictis vel aliis de vestro consilio et
 45 assensu, ut predicatur, eligendis communiter volumus assignari vendendum ab eis particulariter pro pretio competenti. Nostre autem voluntatis existit, ut iidem canonicus et frater pecuniam, quam de dicto frumento recipient, iterato personis assignent eisdem, que de dicta pecunia frumentum pro vobis in partibus ipsis ement deportandum ad Urbem et canonico et fratri et aliis supradictis integre assignandum ac vendendum per eos pro pretio
 50 supradicto. Hoc enim tamdiu de prefata pecunia fieri volumus, donec in Urbe presentis necessitas caristie perdurabit.

Et, ut facilius et commodius predictum valeat haberi frumentum, dilecto filio nobili viro Carolo, principi Salernitan.⁶, primogenito carissimi in Christo filii nostri Caroli, Sicilie regis illustris, ac eius in regno Sicilie vicario generali, nostras affectuosas dirigimus litteras, ut vobis in eodem regno victualibus, sicut asseritur, opulente emendi frumentum ac extrahendi
 55 de ipso libere, quotiens prefata caristia ingruente videritis expedire, benignam et liberalem licentiam largiatur.

Prefati autem magister Angelus et iudex de benivolo et sincero circa vos et Urbem predictam nostri cordis affectu vos poterunt plenius informare.

Dat. apud Urbem veterem III. non. Novembris pontificatus nostri anno tertio.

^a Daneben am Rand registretur (siehe Einleitung). ^b Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.....^c Am Rand super victualibus. ^d Davor non vor Korrektur.

¹ Rom.

² Angelo di Foligno, vgl. Nr. 144 Anm. 1.

³ Citadino von Orvieto, vgl. Nr. 73 Anm. 1.

⁴ Albert von Parma, wohl identisch mit jenem Schreiber, der 1245 – 1272 in der Papstkanzlei tätig war und als päpstlicher Gesandter nachweisbar ist, unter Gregor X. als Kanoniker von St. Peter belegt, übte er dort das Amt des Elemosinars aus, 1289 zum letzten Mal genannt, vgl. Nüske, *Untersuchungen*, I, 159 ff.

⁵ Frater des Hospitals S. Spirito in Sassia (Rom), sonst nicht nachgewiesen.

⁶ Karl II. von Anjou, vgl. Nr. 310 Anm. 1. - Zu dem hier erwähnten Schreiben siehe unten Nr. 338.

337 (119)

Martin teilt Alberto von Parma, Kanoniker in S. Peter, und Jo. Basili, Bruder in Santo Spirito in Sassia, die Übersendung von 5000 Goldflorenen zum Ankauf von Lebensmitteln für die Stadt Rom mit und unterrichtet sie darüber, wie sie das Geld zu verwenden sollen.

(Orvieto, 1283 November 5).

*Reg. Vat. 42, fol. 69v
 Bullarium Vaticanum I, 203 - Potthast 22074.
 Zu den Namen siehe den vorhergehenden Brief.*

Martinus^a etc. Dilectis filiis magistro Alberto de Parma canonico basilice principis apostolorum et Johanni Basili fratri hospitalis sancti Spiritus in Saxia.

Nuper nobis dilecti filii consilium et populus Romanus per suos speciales nuntios humiliter
5 articulo exhibere subsidium dignaremur. Nos autem super hoc eidem populo nobis utique
predilecto compatientes ab intimis et volentes in hac^a parte innuere votis suis sibique pietatis
viscera reserare vobis per dilectum filium magistrum Angelum de Fulgineo, camere nostre
clericum, et iudicem Matheum Citadini de Urbeveteri, latores presentium, de quorum
10 probitate confidimus, pro emendo frumento ad opus eiusdem populi quinque milia florenorum
mandamus fiducialiter assignari. Licet camera ipsa occasione multiplicium expensarum, quas
pro recuperandis et manutenendis Romane ecclesie iuribus fecisse dinoscimur,
quamplurimum sit gravata, volumus autem, ut huiusmodi summa pecunie apud aliquos viros
providos et fideles de predictorum consilii et populi expresse consilio et^c assensu^c semel vel
15 pluries eligendos totaliter deponatis, per eos in emptionem frumenti in regno Sicilie, ubi
melius forum, ut creditur, haberi poterit, fideliter convertendam. Predictum vero frumentum,
cum deferetur^d ad Urbem, vobis ac personis eisdem vel aliis de predictorum consilii et populi
consilio et assensu, sicut predictur, eligendis volumus assignari vendendum per vos et eos
particulariter pro pretio competenti. Nostre autem voluntatis existit, ut pecuniam, quam de
20 frumento recipietis eodem, iterato prefatis viris assignare curetis, qui de prefata pecunia pro
iamdicto populo ement in regno memorato frumentum deferendum et ad Urbem ac vobis et
aliis supradictis integre assignandum et^e vendendum^e per vos et illos pro pretio supradicto.
Hoc enim tamdiu de prefata pecunia fieri volumus, donec in Urbe instantis caristie indigentia
perdurabit. Et ut facilius ac commodius predictum valeat frumentum haberi, dilecto filio
nobili viro Carolo, principi Salernitan., primogenito carissimi in Christo filii Caroli, regis
25 Sicilie illustris, nostras affectuosas litteras pro habenda emendi frumentum in eodem regno ac
illud extrahendi de ipso libere licentia destinamus.

Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus huiusmodi
sollicitudinis onus devotis et promptis animis assumentes sic prudenter et sollicite vos super
hoc gerere studeatis, ut exinde non inmerito commendari possitis et nostram ac sedis
30 apostolice gratiam uberius promereri.

Volumus autem, ut nobis frequenter per vestras litteras intimetis, qualiter in huiusmodi
negotio procedatur.

Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand registretur (siehe Einleitung). ^b Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt. ^{c-c}
Über der Zeile nachgetragen. ^d defertur vor Korrektur. ^{e-c} Am Rand, durch Zeichen hier
eingefügt.

338 (120, 136^a)

Martin ersucht Karl von Salerno, den Gesandten der Stadt Rom, wo großer Mangel herrscht, zu gestatten, solange wie nötig im Regno Weizen zu kaufen und nach Rom zu transportieren. Er soll jemanden einsetzen, der sich um diese Angelegenheit kümmert.

(Orvieto, 1283 November 5).

*Reg. Vat. 42, fol. 70r
Siehe zu den Namen Nr. 336.*

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Carolo principi Salernitan. primogenito carissimi in Christo filii nostri Caroli Sicilie regis illustris.

Precurrentes fame relatibus ad tuam, ut credimus, audientiam iam pervenit, quod sterelitate
nimia temporis faciente, que in nonnullis provinciis invaluisse dicitur, Urbi Rome, quamvis
5 agris dotate feracibus et victualibus affluere consuete, non modica frumenti penuria noscitur
imminere. Unde, cum nuper Romanus populus suis ad nostram presentiam nuntiis destinatis
subveniri sibi a nobis in tante necessitatis articulo subpliciter postulasset, nos super hoc
populo compatiens eidem et benigne volentes annuere votis suis sibique, utpote filiis
predilectis, pietatis viscera reserare, quinque milia florenorum aureorum certis personis ad
10 emendum frumentum ad opus eiusdem populi fecimus assignari, quamvis camera nostra
occasione magnorum sumptuum, quos^b pro recuperandis et manutenendis ecclesie iuribus
duximus faciendos, quamplurimum sit gravata.

Cum igitur in regno Sicilie frumenti copia, prout letanter accepimus, habeatur, nobilitatem
tuam rogamus et hortamur attente, quatinus diligenter attendens, quantum carissimo in Christo
15 filio nostro Carolo, illustri regi Sicilie, patri tuo et tibi, presertim temporibus modernis,
expediat, ut in ipsius devotione patris et tua prefatus populus conservetur, prudenter quoque
considerans, quod propter hoc specialiter eidem populo huiusmodi gratiam duximus
faciendam, nos et predictam cameram non modicum in hac parte gravantes, prelibato populo
emendi libere frumentum ad opus suum in predicto regno ac de ipso etiam extrahendi,
20 quotiens, dum in eadem Urbe instans caristia perdurabit, expedire viderint, benignam et
liberalem licentiam largiaris discretum super hoc aliquem deputando, ad quem prefati populi
nuntii, quos propter hoc destinari contigerit, de facili, si oportuerit, valeant habere recursum,
sic te in hoc benignum et favorabilem habiturus, ut idem populus iamdicto patri et tibi
reddatur devotior ex devoto nosque proinde prudentiam et devotionem tuam condignis
25 laudibus attollamus.

Dat. ut supra.

^a Zählung von anderer Hand ^b Danach quibus gestrichen

339 (121)

*Martin befiehlt seinem Kämmerer Berard, dafür zu sorgen, dass die Kaufleute der
Sozietät 'de Crusolis' aus Montpellier 5000 Goldflorenen aus dem Kreuzzugszehnten den
genannten Kaufleuten der Kammer oder deren Mitgesellschaftern übergeben und erteilt ihm
die Vollmacht, die Auszahlung zu quittieren.*

Orvieto, 1283 November 4.

*Reg. Vat. 42, fol. 70r
Jordan, De mercatoribus, 87.*

Martinus^a etc. Dilecto filio Berardo camerario nostro¹ salutem etc.

Cum de speciali mandato nostro facto tibi a nobis oraculo vive vocis procedat, ut de
pecunia decimarum collectarum pro subsidio Terre Sancte, quam dilecti filii^b Berardus Carini
de Figiato et Guillelmus de Fagis de societate Johannis Guillelmi et Bertrandi de Crusolis,
5 mercatorum Montispesulan.², seu quivis alius socius eorundem in quibuscumque monetis in
depositum habere noscuntur, dilectis filiis Dino Johannis³ de Thomasii Spiliati et Hugonis
Spine, Ammanato Rote de Pulicum et Rimbertainorum de Florentia, Thure Bonamiki⁴ de
Bonaventure Bernardini de Senis et Vanti Honesti⁵ de Riczardarum de Luca societatibus
mercatoribus camere nostre, vel aliis ex sociis eorundem recipientibus nostro et ecclesie

10 Romane ac Terre Sancte nomine quinque milia floreni aurei presentialiter assignentur,
volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus a dictis Bernardo et Guillelmo de
Fagis vel altero ipsorum seu quocumque alio ex sociis eorundem in Romana curia
commorante huiusmodi quinque milia florenos facias eisdem mercatoribus camere nostre vel
15 aliis ex sociis ipsorum prefato nomine sine dilationis obstaculo assignari et de assignatione
huiusmodi confici publicum instrumentum.

Nos enim faciendi eisdem Bernardo et Guillelmo de Fagis vel alteri eorum seu alii
recipienti pro eis et sociis eorundem de prefata pecunie quantitate, quam, sicut premititur,
eisdem mercatoribus camere feceris assignari, refutationem et quitationem ydoneam nostro et
20 predictarum Romane ecclesie ac Terre Sancte nomine tibi plenam concedimus auctoritate
presentium facultatem.

Dat. apud Urbemveterem II. non. Novembris pontificatus nostri anno tertio.

^a *Daneben am Rand* de decimis ^b *Daneben am Rand* de solutione facta mercatoribus camere de
pecunia missa ad urbem? pro predicta caristia?.

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Die Mitglieder der Sozietät 'de Crusolis' aus Montpellier waren vor allem in Dänemark und Schweden
tätig.

³ Dinus Johannis, vgl. Nr. 92.

⁴ Ventura Bonamici, vgl. Nr. 92.

⁵ Vantis Honesti, vgl. Nr. 94.

340 (122)

*Martin befiehlt Guillaume Durand, - der deswegen beim Kämmerer nachgefragt hatte,-
die Einkünfte aus dem Salzhandel Cervias, die erbeuteten Güter der Aufständischen sowie die
sonstigen Einkünfte in der Romagna dem dorthin gesandten päpstlichen Thesaurar im Namen
der Kammer zu übergeben und ihn, den Papst, über Art der Gegenstände, Menge und
Zeitpunkt der Übergabe zu unterrichten.*

Orvieto, 1283 November 6.

Reg. Vat. 42, fol. 70r-v

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro decano Carnoten.
rectori in temporalibus provincie Romaniolae salutem etc.

5 Ex tenore litterarum tuarum, quas nuper dilecto filio Berardo, camerario nostro²,
transmissisti, accepimus, quod tu de nostro beneplacito certifieri desideras, videlicet cui
proventus salis Cervie³ ac bona reperta in depositis rebellium ecclesie Romane in provincia
tibi commissa debeas nomine nostre camere assignare.

Nos igitur volentes huiusmodi proventus et bona, et quecumque alia ob*venerint de iuribus
ipsius Romane ecclesie in provincia supradicta, . . thesaurario nostro⁴ inibi deputato integre
assignari, presentium tibi tenore mandamus, quatinus eidem thesaurario prefatos proventus et
10 bona et cetera, que de predictis iuribus ex quacumque causa ad manus tuas pervenerint,
nomine predictae camere nostre integraliter assignes et facias assignari ac diligenter conscribi
huiusmodi assignata pro cautela camere supradicte, ita quod de hiis suo loco et tempore plena
et fidelis ratio reddi possit, rescripturus nobis sollicite, quid et quantum et quando eidem
thesaurario de predictis duxeris assignandum.

15 Dat. apud Urbemveterem VIII. id. Novembris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

³ Cervia, Prov. Ravenna.

⁴ Wohl jener 'Ranuccinus Bonacolti', der 1285 als Thesaurar in der Romagna belegt ist, siehe unten Nr. 341, Waley, *Papal State*, 324.

341 (123)

Martin befiehlt dem Thesaurar in der Romagna, Cino, die Einnahmen aus dem Salzhandel Cervias, die erbeuteten Güter der Aufständischen sowie die sonstigen Einkünfte in der Romagna, vom Rektor Guillaume Durand einzufordern, das Empfangene sorgfältig aufzubewahren und darüber Buch zu führen. Außerdem soll er davon dem Rektor für seine bisherige und zukünftige Tätigkeit 4 Pfund kleinere Turnosen pro Tag auszahlen.

(Orvieto, 1283 November 6).

Reg. Vat. 42, fol. 70v

Martinus etc. Dilecto filio Cino¹ thesaurario Romane ecclesie in provincia Romaniolo salutem etc.

Ex tenore litterarum, quas dilectus filius magister Guillelmus Duranti², capellanus noster, decanus Carnoten., rector in temporalibus provincie Romaniolo, nuper dilecto filio Berardo, camerario nostro³, transmisit, accepimus, quod ipse rector de beneplacito nostro certificari desiderat, videlicet cui proventus salis Ceruie ac bona reperta in depositis rebellium Romane ecclesie in commissa sibi provincia debeat assignare. Nos igitur ei nostris damus litteris in mandatis⁴, ut proventus dicti salis et bona depositorum rebellium predictorum ac cetera alia, que de iuribus ipsius Romane ecclesie in eadem provincia ad manus suas provenerint, tibi camere nostre nomine integraliter assignet et faciat assignari ac huiusmodi assignata diligenter conscribi pro cautela camere supradicte.

Quocirca presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus huiusmodi proventus, et bona et quicquid de predictis iuribus ad manus ipsius rectoris pervenerit, sollicito ab ipso exigas, recipias et conserves ad opus camere supradicte et recepta diligenter conscribas, ita quod plenam possis exinde reddere rationem.

Ceterum volumus, ut eidem rectori a tempore, quo cepit commissum sibi regimen in ipsa provincia exercere ac in posterum exercebit, quatuor libras Turonen. parvorum pro suis et familie sue stipendiis singulis diebus de proventibus supradictis persolvas usque ad nostre beneplacitum voluntatis.

Dat. ut supra.

¹ Siehe den vorhergehenden Brief Anm. 4.

² Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

³ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

⁴ Siehe den vorhergehenden Brief.

342 (124)

Martin lobt Andrea Spiliati und Jean d'Eppe, dass sie Adinulf von Anagni das von ihm besetzte Frosinone wieder entrissen haben und befiehlt ihnen, die Strafen, die gegen Adinulf und seine Anhänger wegen der Besetzung verhängt worden waren, einzufordern.

Orvieto, 1283 November 9.

Reg. Vat. 42, fol. 70v

§^a Martinus etc. Dilectis filiis magistro Andree Spiliati¹ Campanie Maritimeque rectori capellano nostro et nobili viro Johanni de Epa² capitaneo exercitus nostri in Campania et Maritima salutem etc.

Gaudemus in Domino, qui sacrosanctam ecclesiam, sponsam suam, ex alto benigne
5 prospiciens eam continua propinatione custodit et incessabili prosequitur pietate, quod, sicut
misse nobis vestre littere continebant, die Jovis proximo precedente Adenulfus³ quondam
Mathie de Anagnia castrum Frusinon.⁴, quod ausu dampnabili occuparat, vobis nostro et
ecclesie Romane nomine castro ipso exercitus nostri multitudine circumcinto restituit, cum
illud, ut credimus, retinere ulterius non valeret. Et iam tenetis libere castrum ipsum eodem
10 Adenulfo cum suis complicibus et fautoribus exinde recedente. Commendamus itaque
vestram multiplicem probitatem, studium efficax et sollicitudinem dilligentem, que non sine
multe tue, fili Johannes, et nostrorum in Campania stipendiariorum strenuitatis vigore in
huiusmodi negotio^b apertius demonstratis.

Verum ne prefati Adenulfus, complices et fautores de sua possint malitia gloriari et impune
15 se in hac parte deliquisse letentur, volumus et per apostolica vobis scripta districte
precipiendo mandamus, quatinus ad exigendas condempnationes et penas, quas occasione
occupationis predicti castri et detentionis ipsius dicti Adenulfus, complices et fautores
incurrisse noscuntur, potenter et viriliter procedatis sic vos in hoc efficaciter habituri, ut
laudabile vestrum principium finis laudabilior subsequatur ac iidem Adenulfus et alii
20 experimento discant, quantum nos et predictam ecclesiam in occupatione et detentione
temeraria dicti castri hactenus perturbant.

Datum apud Urbemveterem V. id. Novembris pontificatus nostri anno tertio.

^a Daneben am Rand ein X ^b Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25. Anm. 8

³ Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1. Er hatte Frosinone vor dem 1. April 1283 besetzt, siehe oben Nr. 239.

⁴ Frosinone.

343 (125)

Martin befiehlt Andrea Spiliati, beim Ankauf von Häusern in Frosinone, den schon sein Vorgänger Nikolaus (III.) mit Edlen dieses Ortes vereinbart hatte, umsichtig vorzugehen und

zur Schätzung des Preises Experten heranzuziehen. Die nötigen Geldmittel läßt er ihm durch
5 die Kammer zukommen.

Orvieto, 1283 November 12.

Reg. Vat. 42, fol. 70v-71r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Andree Spiliati¹ capellano nostro Campanie
Maritimeque rectori salutem etc.

Sic tuam discretionem ignorare non credimus, ab olim nobiles castri Frusinonis², quod ad
dominium Romane ecclesie pertinet pleno iure, domos et casalina, que habent in mota³ ipsius
5 castri, ecclesie * Romane vendere cupientes pro pretio competenti tempore felicis
recordationis Nicolai pape⁴, predecessoris nostri, super hoc tractatu de venditione huiusmodi
habuerunt. Verum quia dictus tractatus tunc effectum non habuit, nuper iidem nobiles super
huiusmodi domorum et casalinorum venditione facienda per eos ecclesie supradicte
resumentes tractatum ad hoc institerunt plurimum et insistunt.

10 Nos igitur considerantes, quod ex hoc bono statui ac paci earundem partium providetur
utiliter et futuris periculis obviatur, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus ad
emendum nostro et ecclesie predictae nomine huiusmodi domos et casalina eorundem nobilium
consistentia in mota predicta caute et secrete procedas cum consilio aliquorum fidelium, de
quibus posses plene considerare quique nobis et dicte ecclesie sint devoti. Et ne in solutione
15 pretii camera nostra quomodolibet circumveniri possit vel decipi, attente provideas, quod ad
extimationem huiusmodi pretii faciendam tales assumantur persone, que dictum preoculis
habeant et ipsorum domorum et casalinorum presenti statu et valore ac temporis conditione et
aliis circumstantiis, que circa hec fuerint attendende, pensatis predictae camere nostre statum
reddant, in quantum honeste poterunt meliorem. Nos autem pro dicto pretio persolvendo
20 faciemus tibi ab eadem camera oportunam pecuniam assignari ratum habituri et firmum,
quicquid ad profectum ipsius camere super hoc utiliter duxeris nostro et prefate Romane
ecclesie nomine faciendum. Recipias quoque, si contigerit huiusmodi negotium cum effectu
procedere, sufficientem cautelam et ydoneam cautionem a dictis venditoribus confectis super
hiis publicis instrumentis ipsis postmodum quamtotius ac eandem cameram transmittendis,
25 rescripturus nobis tuis litteris, quicquid per te factum fuerit in premissis.

Dat. apud Urbemveterem II. Idus Novembris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Frosinone.

³ Wohl mit 'Berg, Hügel' zu übersetzen, vgl. Du Cange IV, 531.

⁴ Nikolaus III., Papst 1277 - 1280.

344 (126)

*Martin befiehlt Jean d'Eppe, obwohl sich Adinulf Mathie ergeben hat, weiter mit seinen
Leuten den Rektor der Campagna und Marittima, Andrea Spiliati, zu unterstützen.*

Orvieto, 1283 November 24.

5 *Reg. Vat. 42, fol. 71r*
Siehe Nr. 342.

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Johanni de Epa capitaneo exercitus nostri in
Campania et Marittima generali salutem etc.

Licet pridem pro faciendo exercitu contra Adinulphum Mathie de Anagnia pro eo, quod castrum Frusinonis, quod est Romane ecclesie spetiale, detinebat in contemptum nostrum et
5 preiudicium Romane ecclesie occupatum, te cum stipendiariis gallicis, qui tecum morantur, ad partes Campanie ac Maritime duxerimus spetialiter destinandum, quia tamen dictum castrum divina favente gratia tuoque cooperante studio ad liberum dominium nostrum et ipsius Romane ecclesie est reductum¹ idemque Adinulphus in ipsius rectoris manibus precise iuravit et promisit super hiis et quibusdam aliis offensis, quas contra honorem nostram et Romane
10 ecclesie dicitur commisisse, mandatis nostris libere obedire, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus circa alia, que pro honore nostro et eiusdem ecclesie ac pro statu nostrarum partium pacifico imminent inibi facienda, eidem rectori ad requisitionem eius cum gente tua viriliter et potenter assistas consiliis et favoribus fructuosis, prout fuerit oportunum, ita quod probitatis et sollicitudinis tue diligentiam possimus exinde de bono in melius
15 commendare.

Dat. apud Urbemveterem VIII. Kal. Decembris pontificatus nostri anno tertio.

¹ 1283 November 7 hatten sich die Einwohner Frosinones wieder der Kirche unterworfen und den Rektor Andrea Spiliati zu ihrem Podestà gewählt, vgl. Zappasodi, *Anagni*, 365.

345 (127)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Ancona zum wiederholten Mal unter Androhung einer Strafe von 2000 Silbermark, dem Hostiar Blancuccio zu gestatten, das Getreide, das Dinus Johannes der Kammer verkauft hat und das sich auf einem Schiff in ihrem Hafen befindet, ungehindert zur Kurie zu transportieren. Anderenfalls wird er den Rektor der Mark Ancona, G(iffrid von Anagni) veranlassen, sie dazu zu zwingen.

Orvieto, 1283 November 24.

Reg. Vat. 42, fol. 71r-v

Martinus etc. Dilectis filiis . . potestati, consilio et communi Anconitan.¹ salutem etc.

Cum dilectus filius Dinus Johannes², mercator camere nostre, quadringentas septuaginta unam saumas frumenti ad mensuram regni Sicilie, quas habebat in quadam navi, que de partibus Apulie ad portum vestrum fortuito casu applicuit, camere nostre venditionis titulo
5 duxerit concedendas nosque pro huiusmodi frumento ad nostram curiam transducendo dilectum filium Blancutum³, hostiarium nostrum, spetialiter destinantes vobis sub certa pena et forma nostris litteris firmiter dedimus in preceptis⁴, ut eundem hostiarium huiusmodi quantitatem frumenti de portu et districtu vestro sine alicuius exactionis et solutionis onere libere permetteretis extrahere aliasque, si oportunum foret, circa id impenderetis sibi auxilium,
10 consilium et favorem, vos, sicut accepimus, mandatum nostrum super hoc surdis auribus transeuntes id efficere non curastis asserentes vos propter hoc velle ad nostram presentiam spetiales nuntios destinare, de quo non sine gravi turbatione miramur, cum nedum de extrahendo huiusmodi blado de portu et terra vestris aliunde quesito et camere nostre debito, ut predicatur, titulo emp*tionis debueritis preceptis apostolicis aliquatenus contraire, verum si
15 tantam quantitatem bladi de nostro proprio peteremus, credebamus devotionem vestram nostris desideriis spetialius in liberali promptitudine obedire.

Nolentes igitur sub dissimulatione tantam vestram inobedientiam preterire, universitati vestre sub pena duorum milium marcarum argenti, quam, si secus egeritis, eo ipso vos

20 incurrere volumus, per iterata scripta districte precipiendo mandamus, quatinus memoratum
hostiarium predictam quantitatem frumenti iuxta priorum litterarum nostrarum tenorem libere
permittatis extrahere absque obice tarditatis.

Alioquin dilecto filio G., rectori Marchie⁵, nostris damus litteris in mandatis, ut vos ad id
per exactionem dicte pene et alias spiritualiter et temporaliter, prout viderit expedire,
appellatione remota compellat.

25 Dat. apud Urbemveterem VIII. Kal. Decembris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Ancona.

² Vgl. Nr. 92.

³ Blancucius de Luca, vgl. Nr. 183 Anm. 1.

⁴ Siehe oben Nr. 334 (116, 132; 1283 November 1).

⁵ Giffrid von Angani, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

(128)

*Martin befiehlt Giffrid von Anagni die besagte Strafe von 2000 Silbermark einzufordern
und mit geistlichen und weltlichen Mitteln gegen den Podestà, den Rat und die Kommune von
Ancona vorzugehen, wenn diese sich weigern, den obigen Befehl zu befolgen.*

5 *Orvieto, 1283 November 22.*

In eundem modum. Dilecto filio G. rectori Marchie Anconitan.

Cum dilectus filius Dinus Johannis etc. ut supra verbis competenter mutatis usque
preterire, eisdem potestati, consilio et communi sub pena duorum milium marcarum argenti,
quam, si secus egerint, eo ipso incurrere volumus, per iterata scripta districte precipiendo
10 mandamus, ut memoratum hostiarium predictam quantitatem frumenti iuxta priorum
litterarum nostrarum tenorem libere permittant extrahere absque obice tarditatis.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si dictis^a potestas,
consilium et commune mandatum nostrum in hac parte neglexerint adimplere, tu eos ad id per
exactionem dicte pene et alias spiritualiter et temporaliter, prout expedire videris, appellatione
15 remota compellas.

Dat. apud Urbemveterem X. Kal. Decembris anno tertio.

^a Verschieden für dicti.

346 (129)

*Martin befiehlt dem Podestà, dem Kapitan, dem Rat und der Gemeinde von Camerino
unter Androhung einer Strafe von 1000 Silbermark bei Zuwiderhandeln,, dem Hostiar
Blancucio den Transport von Getreide, das der Rektor G(iffrid) in bestimmten Orten der
Mark Ancona kauft, ohne Erhebung von Zöllen zu gestatten und erklärt alle
entgegenstehenden Abmachungen und Bestimmungen für nichtig.*

Orvieto, 1283 November 25.

Reg. Vat. 42, fol. 71v

Martinus etc. Dilectis filiis .. potestati, .. capitaneo, consilio et communi Camerinen.¹
salutem etc.

Cum dilectus filius magister G., rector Marchie Anconitan.², de mandato nostro ad opus
5 elemosine ac familie nostre in nonnullis locis ipsius Marchie ac districtu vestro certam bladi
emerit quantitatem nosque pro huiusmodi blado ad nostram curiam transducendo dilectum
filium Blancum³, hostiarium nostrum, ad partes ipsas spetialiter duxerimus transmittendum,
universitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis sub pena mille marcharum argenti
per apostolica scripta districte precipiendo mandantes, quatinus eundem hostiarium et alios,
10 quos ipse ad hoc duxerit deputandos, per passus et districtum vestros cum dicto blado exire ac
transire sine alicuius solutionis onere libere permittatis, non obstantibus statutis seu
ordinationibus contrariis a vobis editis, que quoad hoc, etiamsi sint iuramentis, penis vel
quibuscumque firmitatibus aliis roborate, decernimus nullius existere firmitatis, vos ab
observatione iuramentorum et penarum huiusmodi nichilominus absolventes.

Preces autem et mandatum nostrum in hac parte studeatis sic efficaciter adimplere, quod
15 propter hoc aliud adhibere remedium non cogamur, set potius devotionem vestram possimus
exinde merito commendare.

Dat. apud Urbemveterem VII Kal. Decembris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Camerino, Prov. Macerata.

² Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

³ Verschieden: gemeint ist der oben (Nr. 345) erwähnte Blancucius de Luca.

347 (130)

Martin befiehlt dem Bischof (Nicolas) von L'Aquila, die genannten Bürger seiner Bistums, die den päpstlichen Elemosinar Johannes, der dort Getreide gekauft hatte, mit dem Leben bedroht, seine Familie verfolgt und seine Träger mißhandelt hatten, peremptorisch zur Kurie zu zitieren, wo sie innerhalb von zehn Tagen nach der Zitation erscheinen sollen, um sich den päpstlichen Anweisungen zu unterwerfen. Sollten sie diesen Befehl mißachten, soll er sie exkommunizieren und solange als exkommuniziert verkünden, bis sie seinem Befehl nachkommen.

Orvieto, 1283 November 10.

Reg. Vat. 42, fol. 71v-72r

Martinus etc. Venerabili fratri . . episcopo Aquilen.¹ salutem etc.

Ad audientiam nostram pervenit, quod nuper, dum dilectus filius frater Johannes,
elemosinarius noster², certam quantitatem bladi, videlicet grani et ordei, quam emerat ad opus
elemosine et familie nostre in civitate Aquilen. et circumpositis locis, ad que propter hoc
5 ipsum spetialiter miseramus, apud Introductum³ faceret apportari exinde ad nostram curiam
transmittendam, perdicionis filii . . prepositus sancti Benedicti in Pirello, . . archipresbyter de
Paganito, Thomas Allieti, Lucas et Gregorius Dominici, Berardus Batelle, Johannes Jacobi de
Turribus, Nicolaus Pauli, Petrus Clementis, Nicolaus Ferrarius, Placitus Apoliti, Gentilis de
Esculo Ferrarius, Johannes de Sancto Auso, Thomas Johannis et Lucas Donadei⁴ predictae
10 civitatis in eadem civitate alios contra ipsum elemosinarium ad iracundiam concitantes,
nequitie furore succensi, in familiam predicti elimosinarii et portitores dicti bladi publice
fecerunt insultum eosdem portitores percutiendo turpiter et familiam insequendo ipsosque
alias minis gravibus et actibus iniuriis provocando et, quod gravius est, eundem fratrem
Johannem comminati sunt offendere in persona, propter quod iusto timore perter*ritus ad

15 locum Predicatorum predictae civitatis pro sua securitate applicuit ibique compellitur latitare, ex quo fuit a Deo impeditus, quod dictum bladum non potuit, prout in votis gerimus, transmittere ad curiam supradictam.

Cum itaque talia mentem nostram vehementer turbarint nec ea, utpote votis nostris contraria et aliis perniosa exemplo, sub dissimulatione inulta dimittere ullatenus intendamus, fraternitati tue per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatinus omnibus supradictis ex parte nostra sub pena excommunicationis precipias et iniungas, quod infra decem dies, quos eis pro peremptorio termino assignamus, post huiusmodi citationem sive mandatum tuum immediate sequentes personaliter compareant coram nobis, de tanto excessu parituri nostris beneplacitis et mandatis.

25 Alioquin illos, qui huiusmodi precepto tuo, immo potius apostolico, parere contempserint, auctoritate nostra vinculo excommunicationis astringas et tamdiu excommunicatos publice nunties per tuam civitatem et diocesim et facias nuntiari, donec ad apostolicam sedem veniant super premissis nostris mandatis et beneplacitis parituri.

30 Diem vero citationis et formam et quicquid feceris in premissis, nobis per tuas litteras harum seriem continentes quamcitus rescribere non postonas.

Dat. apud Urbemveterem III. Id. Novembris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Nicolas de Sinizio, Bischof von L'Aquila 1267 - 1294, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 98.

² Nicht nachgewiesen.

³ Wohl verschrieben.

⁴ Nicht nachweisbar.

348 (131)

Martin befiehlt Guillaume Durand gemeinsam mit dem Kardinallegaten (Bernardo) zu veranlassen, dass den französischen Söldnern, deren Sold aufgrund der Lebensmittelknappheit nicht mehr ausreicht, ein höherer Sold gezahlt wird.

Orvieto, 1283 November 24.

Reg. Vat. 42, fol. 72r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro decano Carnoten. rectori in temporalibus provincie Romaniolae salutem etc.

Nuper ad audientiam nostram pervenit, quod gallici stipendiarii, qui ad nostrum et ecclesie Romane servitium in commissa tibi provincia inmorantur, de stipendiis, que ab hominibus provincie predictae recipiunt, propter imminentem victualium caritiam non possunt commode sustentari. Nos attendentes, quod dicta provincia in pacis tranquillitate non est a Deo solidata, quin sint ibi stipendiarii oportuni, ne propter defectum stipendiorum aliqui ex eis recedere compellantur, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, eisdem stipendiariis de consilio et assensu venerabilis fratris nostri . . . episcopi Portuen.², apostolice sedis legati, ampliora stipendia, sicut expedire videritis, facias exhiberi usque ad nostre beneplacitum voluntatis.

Dat. apud Urbemveterem VIII Kal. Decembris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

² Bernardo da Languissel, vgl. Nr. 35 Anm. 2.

349 (132)

Martin befiehlt dem Rektor Andrea Spiliati und Jean d'Eppe, von Adinulf von Anagni zusätzliche Sicherheiten zu verlangen, und zwar sowohl Gold, Silber und andere Wertgegenstände als auch Orte und befestigte Plätze, die der Rektor auf Kosten Adinulfs bewachen lassen soll. Anderenfalls sollen sie gegen Adinulf und seine Anhänger militärisch vorgehen.

Orvieto, 1283 November 24.

Reg. Vat. 42, fol. 72r

Martinus etc. Dilectis filiis magistro Andree Spiliati¹ capellano nostro Campanie Maritimeque rectori et nobili viro Johanni de Epa² exercitus nostri in Campania et Maritima capitaneo generali salutem etc.

5 Ex transmissarum nobis vestrarum serie litterarum accepimus, quod ab Adinulpho Mathie, cive Anagnin.³, super excessibus commissis per eum occasione occupationis castri Frusinonis⁴ ac quibusdam aliis excessibus, quos contra honorem nostrum et Romane ecclesie noscitur commississe, tu, fili rector, de parendo mandatis nostris et eiusdem ecclesie iuramentum recepisti et fideiussorias cautiones, set, qualiter debeatis ulterius contra dictum Adinulphum procedere, nostrum beneplacitum per easdem litteras postulastis.

10 Nos igitur ipsius Adinulphi quantitatem et qualitatem excessuum attendentes per ampliores et sufficientiores securitates adhuc exhibendas ab eo volumus nobis et Romane ecclesie esse cautum.

15 Quare presentium vobis tenore firmiter precipiendo mandamus, quatinus preter cautiones predictas vobis ab eodem Adinulpho bona in auro, argento^a ac in aliis rebus decentibus manualia pignora, prout expedire videritis, et quecumque castra seu munitiones in partibus ipsis habere dignoscitur, faciatis absque dilationis obstaculo in vestris manibus assignari per te, fili rector, munitiones et castra ipsa custodienda in eius expensis usque ad nostre beneplacitum voluntatis.

20 Alioquin contra eum suosque complices et fautores ac ipsorum castra, munitiones et bona, quecumque in Campania et Maritima noscuntur habere, per cavalcatas et generalem exercitum, si oportunum fuerit, prout magis expediens esse videritis, viriliter procedatis, ita quod nostris parere mandatis penitus compellantur et vestrum sollicitudinis et promptitudinis studium possimus in Domino merito commendare.

Dat. apud Urbemveterem VIII. Kal. Decembris ^bpontificatus nostri anno tertio^b *.

^a Über der Zeile nachgetragen ^{b-b} am unteren Seitenrand

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8

³ Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

⁴ Frosinone.

350 (133)

Martin erteilt nach Beratung im Kardinalskollegium dem Kardinallegaten B(ernardo) Auskünfte bezüglich der Stadt Forlì. Sie beziehen sich auf die Wahl des Podestà, die Einsetzung früherer Richter und Notare, die Zulassung von Bürgern zum Amt des Podestà bzw. anderer öffentlicher Ämter sowie den Verbleib der durch die Kirche beschlagnahmten Ländereien und Dörfer und die Rückführung der Vertriebenen in ihren Besitz.

Orvieto, 1283 Dezember 1.

Reg. Vat. 42, fol. 72v

Martinus etc. Venerabili fratri B. episcopo Portuen.¹ apostolice sedis legato salutem etc.

Tua nobis fraternitas intimavit, quod, cum Forolivien.² fuerint hactenus iurisdictione, honore, districtu, privilegiis, feudis et omni libertate auctoritate nostra privati, non permittuntur potestatem nec solitos officiales eligere nec generale consilium neque modum
5 habere regiminis consuetum, set . . comes Romaniolo ipsis de rectore providit, qui per officiales suos de mandato et ordinatione tua et eiusdem comitis regit illos. Unde, cum hoc gravissima videantur eisdem, sepe sepius supplicarunt, ut ad statum pristinum restaurentur, presertim cum multi non fuerint culpabiles ex eisdem, set bona sua omnia relinquentes ecclesie Romane nuntiis paruerunt vivam guerram hostibus faciendo et sustinendo etiam
10 patienter civitatis fortelicias_dirui et foncas complanari, propter quod videtur, ut asseres, fidelibus et devotis pro statu provincie meliori ad eam in devotione et obedientia ecclesie conservandam, ut eisdem Forolovien. ad sue consolationis remedium, quod solito more consilium et officiales communis habere valeant, de spetiali concedere gratia curaremus.

Nos autem super premissis sic tibi tenore presentium respondemus, quod non negamus
15 absolute, quod petitur in hac parte. Verum tamen nobis et nostris fratribus non videtur, ut in novitatis huius initio, cum nondum sit status provincie plenius solidatus, huiusmodi Forolivien. ipsorum petitio ad gratiam debeat exauditionis admitti. Super eo autem, quod petitur, ut videlicet legiste, qui vulgariter iudices nuncupantur, et tabelliones cives civitatis Forolivii, olim rebellionis occasione privati iudicatus et tabellionatus officiis et ad ea inhabiles
20 redditi sive facti, ad predicta restituantur officia et quod etiam alii cives Forolivien. ad potestarias et alia officia publica possint assumi, tibi taliter duximus respondendum, quod placet nobis et volumus, ut hii dumtaxat ex legistis sive iudicibus et tabellionibus supradictis ad sua restituantur officia et ut illi etiam ex dictis civibus ad potestarias aliaque officia publica libere assumi valeant, qui prefate rebellionis tempore fuerunt extra civitatem predictam.
25 Ceterum terras, castra et villas Forolivien. per ecclesie nuntios apprehensa et foncas etiam complanatas volumus nostro et ecclesie Romane nomine retineri. Placet tamen nobis, ut hiis, qui predicto tempore fuerunt extrinseci, bonorum suorum, que dicte favee^b occupant, restitutio primitus plena fiat.

Responiones autem nostras super premissis omnibus tibi de fratrum predictorum consilio
30 duximus favendas.

Dat. apud Urbemveterem. Kal. Decembris pontificatus nostri anno tertio.

^a *Am linken Rand drei Finger auf ein Kreuz deutend, oberhalb der Seite in Großbuchstaben ROMANIOLI.* ^b *Wohl so im Text, ergibt aber keinen Sinn.*

¹ Bernardo da Languissel, vgl. Nr. 35 Anm. 2.

² Forlì. - Forlì war eines der Zentren des Widerstandes gegen die päpstliche Herrschaft in der Romagna. Bernard hatte die Mauern der Stadt schleifen lassen, vgl. Waley, *DBI*, 9, 273.

351 (134)

Martin antwortet nach Absprache mit den Kardinälen dem Legaten auf Fragen, die den Verkauf der Güter Aufständischer in Bologna und Guidos von Montefeltro und seiner Anhänger betreffen. Über die Befestigungen in Bertinoro und in Cesena wird er noch

5 *entscheiden.*

(Orvieto, 1283 Dezember 1).

Reg. Vat. 42, fol. 72v-73r

Eidem.

Te nuper accepimus intimante, quod Bononien.¹ intrinseci asserentes, quod Lambertacii² pacem fregerunt et ammissi^a propterea omnia bona sua, requirunt instanter, quod bona ipsa vendantur et pretii eorum medietas cedat ecclesie ac medietatem reliquam intrinseci habeant

5 supradicti, prefatis Lambertaciiis asserentibus ex adverso, quod iidem intrinseci ab eis huiusmodi fracta pace penam noscuntur appositam incurrisse. Videtur tamen nonnullis, ut asseris, ut bonorum ipsorum venditionem huiusmodi precedat expeditio questionis. Creditur tamen potius expedire, ut differatur, quam quod acceleretur venditio supradicta, nam post illam minus obedient minusque timebunt intrinseci, prout apparere asseritur per inditia

10 manifesta, set ad aliorum terrorem poterunt aliquorum in rebellione principalium bona vendi, quod multum, ut dicis, placebit intrinsecis et minus exinde extrinseci desperabunt.

Nos itaque super hoc fraternitati tue taliter duximus respondendum, quod nostre voluntatis existit, ut diligenter inquiras, per quos pax huiusmodi fracta fuit, nec adhuc ad huiusmodi venditionem procedas, set nobis, quod in hac parte inveniri contigerit, studeas plenius

15 intimare. Ceterum de prudentium et fidelium procedit consilio, sicut dicis, ut bonorum Guidonis³ et aliorum nobilium de Montefeltro, qui dicuntur observare confinia, venditio differatur adpresens, nam si eis bonorum ipsorum subtrahi proventus contigeret, unde possent observare confinia, non haberent et, tamquam desperati, aliqua circa * turbationem provincie attemperarent. Placet itaque nobis, ut predictorum bonorum venditio differatur. De fortelliciiis

20 autem, que iuxta consilium sapientum, ut asseris, essent in Bretenorio,⁴ meditullio utique Romaniolle, ac in civitate Cesene⁵, in loco videlicet, ubi castrum imperatoris fuisse dicitur, ad securitatem totius provincie per ecclesiam faciendam deliberabimus et ordinabimus, prout viderimus faciendum.

Super premissis autem de fratrum nostrorum consilio tibi curavimus respondere.

25 Dat. ut supra.

^a Vor Korrektur ammissio.

¹ Bologna.

² Die Lambertazzi waren die Anführer der Guelfen in Bologna und 1279 aus der Stadt vertrieben worden, vgl. Hessel, *Geschichte der Stadt Bologna*, 518 ff.

³ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

⁴ Bertinoro, Prov. Forlì.

⁵ Cesena, Prov. Forlì.

352 (135)

Martin teilt dem Legaten mit, dass er bei der Frage, wie mit den konfiszierten Gütern der Aufständischen in der Romagna zu verfahren sei, den Vorschlägen seiner Ratgeber folgen soll. Über sein Vorgehen soll er ihm detailliert berichten und mit den Rebellen in Cesena, Forlimpopuli, Bertinoro, Montefeltro und anderen Orten genauso verfahren.

(Orvieto, 1283 Dezember 1).

Reg. Vat. 42, fol. 73r

Eidem.

Nuper nos tue sollicitudinis studium requisivit, ut, cum omnia bona rebellium Romaniolae sint ecclesie confiscata et difficile plurimum videatur, ut tanta exheredetur penitus multitudo, nostrum super hoc aperire beneplacitum curaremus. Videtur tamen, ut asseris, sapientibus fidedignis ad ipsius desperationem multitudinis evitandam, ut cuiuslibet civitatis vel alterius loci rebellibus aliqua tollerabilis summa pecunie imponatur per diversos terminos pro expensis et iniuriis ecclesie persolvenda. Principales autem aliqui de qualibet civitate vel loco insigni exheredantur omnino et perpetuo exilio deputentur ad terrorem presentium et memoriam futurorum.

Nos itaque de fratrum nostrorum consilio super premissis tibi taliter respondemus, quod nostre voluntatis existit, ut super hiis de fidedignorum et devotorum consilio pensatis diligenter, que in hac parte fuerint attendenda, ordines, prout utilius videris expedire, et quod ordinari contigerit ac etiam illorum, qui exheredandi et qui restituendi fuerint, nomina expressim distincte et aperte non generaliter, set specialiter nobis studeas intimare, ut certificatione super hoc habita pleniori totius et melius possit super hoc haberi processus. Ceterum hoc idem circa rebelles Cesene¹ et Foropopuli² civitatum ac Bretenorii,³ Montisferetri⁴ et aliorum locorum per te volumus observari.

Dat. ut supra.

¹ Cesena, Prov. Forlì. Bernard hatte die Mauern der Stadt schleifen lassen, vgl. Waley, *DBI*, 9, 273.

² Forlimpopoli, Prov. Forlì.

³ Bertinoro, Prov. Forlì.

⁴ San Leo, Prov. Pesaro e Urbino.

353 (136)

Martin befiehlt dem Legaten, die Mißstände bei der Auszahlung des Soldes, deretwegen sich der Kapitän des päpstlichen Heeres in der Romagna, Guido von Montfort, an den Papst gewandt hatte, nach Beratung mit dem Rektor zu beheben.

Orvieto, 1283 Dezember 2.

Reg. Vat. 42, fol. 73r

Eidem. Nuper accepimus dilecto filio nobili viro Guidone de Monteforti¹ generali exercitus ecclesie in Romaniola capitaneo intimante, quod stipendiarii nostri ob defectum solutionis eis de ipsorum stipendiis faciente coguntur equos et arma pignori obligare, oportet etiam ipsos

5 tam pro receptione stipendiorum ipsorum quam etiam pro restitutione seu emenda equorum
habendis trium vel quatuor dierum iter agere, priusquam ad locum, in quo dilectus filius
magister Guillelmus Duranti², decanus Carnoten., rector Romaniole, capellanus noster, morari
dicitur, valeant pervenire, propter quod interdum per octo, interdum vero per dies quindecim
moram trahunt, antequam ad eundem capitaneum revertantur. Sicque contigit, quod, cum
10 capitaneus ipse ad partes aliquas pro utilitate sibi commissi negotii cum eisdem stipendiariis
se conferre proponit, non posset ipsos tum propter obligationem huiusmodi, tum etiam propter
talem absentiam eorundem extrahere de ipsorum hospitiiis neque habere paratos tempore
oportuno. Super quo dictus capitaneus per nos humiliter petiit provideri.

Cum igitur ex premissis, si veritate nitantur gravia, de spetiali valeant dispendia generari,
volumus et presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus habito super hoc cum predicto
15 rectore colloquio, cui super hoc scribimus, sic in hac parte studeas providere, ut decetero talia
non contingant.

Dat. apud Urbemveterem III. Non Decembris anno tertio.

(137)

20 *Brief an den Rektor der Romagna, Guillaume Durand, in der obigen Angelegenheit.*
(Orvieto, 1283 Dezember 2).

In eundem modum. Dilecto filio magistro Guillelmi Duranti decano Carnoten. rectori
Romaniole capellano nostro etc. verbis competenter mutatis usque ad locum, in quo morari
diceris, valeant pervenire, propter quod etc. usque generari, volumus et presentium tibi
auctoritate mandamus, quatinus habito super hoc cum venerabili fratri nostro . . episcopo
25 Portuen.³, apostolice sedis legato, cui super hoc scribimus, colloquio diligenti, sic in hac parte
una cum ipso providere procures, ut decetero talia non contingant.

Dat. ut s.

¹ Guido von Montfort, vgl. Nr. 269 Anm. 2.

² Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

³ Bernardo da Languissel, vgl. Nr. 35 Anm. 2.

354 (138)

*Martin teilt dem Kardinallegaten auf dessen Anfrage hin mit, dass er den Mitgliedern des
Dominikaner- und Franziskanerordens sowie anderer Orden untersagt in Urbino öffentlich
Messe zu lesen, da diese Stadt dem Interdikt unterliegt. Anderslautende Privilegien erklärt er
für ungültig, Kirchen, die heimlich geöffnet werden, soll der Kardinallegat dem Interdikt
unterwerfen und gegen Zuwiderhandelnde vorgehen.*

Orvieto, 1283 Dezember 2.

Reg. Vat. 42, fol. 73r-v
Sbaralea, Bullarium Franciscanum III, Nr. 57 - Potthast 22084.

Idem. Venerabili fratri B. episcopo Portuen.¹ apostolice sedis legato.

Intimante nobis tua prudentia circumspecta didicimus, quod Predicatorum et Minorum
ordinum fratres et quidam alii religiosi civitatis Urbini² privilegia sedis apostolice asserunt se
habere, ut certis festivitibus possint divina officia publice^a celebrare tempore interdicti, ac

- 5 ipsi non solum in eisdem * festivitibus, verum etiam per decem dies post quamlibet festivitatum ipsarum publice huiusmodi celebrare officia non verentur nec dubitantes in fraudem agere interdicti, quam plura in ecclesiarum portis foramina faciunt, ut populus etiam clausis ianuis possit interius sacra prospicere ac liberius audire divina, super quibus petiisti per sedem apostolicam provideri³.
- 10 Nos itaque non indigne volentes, ut iidem predicatorum et minores ac alii religiosi puniantur in eo, in quo delinquere dinoscuntur, prefatis predicatoribus et minoribus ac religiosis aliis memoratis predictorum privilegiorum usum quoad civitatem eandem et eius districtum, quamdiu in rebellione permanserint, auctoritate presentium expresse interdicens tibi districtius iniungentes, ut illorum ecclesias, in quarum portis foramina ipsa fiunt, si ad ea
- 15 iidem operam dederint, auctoritate nostra ecclesiastico subicias interdicto contra foraminum ipsorum actores alias nichilominus processurus, prout qualitas facti exegerit et videris expedire.

Dat. apud Urbemveterem III non. Decembris pontificatus nostri anno tertio.

^a Über der Zeile nachgetragen

¹ Bernardo da Languissel, vgl. Nr. 35 Anm. 2.

² Urbino.

³ Die hier erwähnten Öffnungen ermöglichten es, bei der Wandlung die 'elevatio' der Gestalten zu sehen, vgl. K. Schlemmer, *Papst Innozenz III. und die Frömmigkeitsformen des Mittelalters*, in: T. Frenz, *Papst Innozenz III. Weichensteller der Geschichte Europas*, Stuttgart 2000, 154.

355 (139, VII^a)

Martin wünscht, dass der Legat mit Guido von Montefeltro, der um die Absolution gebeten hatte, aber die versprochenen Bürgen nicht gestellt hat, zum Wohl der Kirche verfährt. Außerdem teilt er ihm mit, dass er die Orte in der Mark Ancona und der umliegenden Gegend aufgefordert hat, Urbino den Krieg zu erklären, und den geforderten Brief an Città di Castello abschickt.

(Orvieto, 1283 Dezember 2).

Reg. Vat. 42, fol. 73v

Eidem.

- Tua nobis insinuatio patefecit, quod, licet Guido de Montefeltro¹ procuratorem duxerit ordinandum ad petendum absolutionem et dandum fideiussores, pro ipso dictus tamen procurator asserit se non posse fideiussores huiusmodi invenire, propter quod idem Guido
- 5 nondum est absolutionis beneficium assecutus.
- Gerentes itaque de tue circumspeditionis industria fiduciam plenioram, volumus, ut super hoc facere studeas id, quod honori nostro et utilitati ecclesie videris expedire, maxime, cum idem Guido pro multis manifestis offensis sit excommunicationis vinculo innodatus. Verumtamen verisimile non videtur, quod pro eodem Guidone fideiussores inveniri non
- 10 possint, cum multos habere dicatur consanguineos et amicos.
- Ceterum non ignorare te volumus, quod nos super facienda viva guerra Urbinatibus ad civitates et loca Marchie Anconitan. et ad alia etiam circumposite regionis, de quibus vidimus expedire, iamdiu nostras duximus litteras destinandas. Et quia Civitati Castelli,² cui scribi

15 postulas, nondum super hoc scripsimus, nostras ad eam super hoc ad presens mittimus litteras
spetiales.

Dat. ut s.

^a *Hier beginnt eine neue Zählung*

¹ Guido von Montefeltro, vgl. Nr. 13 Anm 3.

² Città di Castello, Prov. Perugia.

356 (140, VIII)

5 *Martin teilt dem Legaten nach Beratung im Kardinalskollegium mit, dass er zuerst Urbino
seinen Besitz entreißen soll, dann werde er seiner Forderung nachkommen und die Rektoren
der einzelnen Provinzen veranlassen, den Besitz Urbinos in ihren Provinzen der Verwaltung
der päpstlichen Kammer zu unterstellen.*

(Orvieto, 1283 Dezember 2).

Reg. Vat. 42, fol. 73v

Eidem.

5 Nuper tua diligentia postulavit, ut . . . Anconitan. Marchie¹ ac aliarum provinciarum
iurisdictioni ecclesie subiectarum rectoribus per nostras litteras iniungamus, ut possessiones,
bona et iura Urbinatum, qui tam in Marchia ipsa quam aliis terris ecclesie obtinere multa
dicuntur, capere et camere nostre applicare procurent.

Super quo sic tibi de fratrum nostrorum consilio duximus respondendum, ut Urbinates
eosdem possessionibus, bonis et iuribus supradictis prius privare studeas, prout et quando
videris expedire, ac postmodum fieri mandabimus, quod petisti.

Dat. ut s.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

357 (141, IX)

*Martin erteilt dem Kardinallegaten die Vollmacht, die Einwohner Urbinos und die Stadt
all ihrer Rechte und Besitzungen, die sie von der Kirche innehaben, zu berauben.*

(Orvieto, 1283 Dezember 2).

Reg. Vat. 42, fol. 73v

Eidem.

5 Ad conterendam superbiam civium Urbinatum, qui per indevotionis devium oberrantes, ad
nostra et ecclesie mandata redire contempnunt, condignis studiis intendentes et nolentes, ut de
tanta ipsorum nequitia gloriantur, fraternitati tue de fratrum nostrorum consilio privandi
comune ac homines civitatis Urbinatis quibuscumque privilegiis, libertatibus, feudis,
honoribus, officiis et aliis omnibus, que a Romana et aliis quibusvis habent et tenent ecclesiis,
plenam et liberam auctoritate presentium concedimus potestatem.

Dat. ut s.

358 (142, X)

Martin befiehlt dem Legaten, den Unehelichen, der die Güter der Kirche von Comacchio entfremdet und die Gunst des Markgrafen (Obizzo) von Este genießt, durch einen geeigneten Hirten zu ersetzen.

(Orvieto, 1283 Dezember 2).

*Reg. Vat. 42, fol. 73v
Ganzer, Papsttum und Bistumsbesetzungen, 332.*

Eidem.

Intimasti nobis, quod bona Comaclen.¹ ecclesie vacantis ad presens per quendam spurium dissipantur, qui ob favorem . . . marchionis Esten.² postulatus ad eam tenet ipsam taliter impeditam, credens, quod obtentu marchionis eiusdem dispensationem possit in nostra curia
5 obtinere.

Nos itaque de tue circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus predicto spurio ab ipsius ecclesie administratione prorsus amoto ipsi ecclesie hac vice de pastore idoneo, si forte ad nos eius sit provisio devoluta, providere procures.

10 Dat. ut supra. *

¹ Comacchio, Prov. Ferrara.

² Obizzo (II.), Markgraf von Este, vgl. Nr. 210 Anm. 1.

359 (143, XI)

Martin teilt dem Legaten mit, dass er über seine Anregung, einen neuen Bischof in Urbino einzusetzen, nachdenken wird und das Notwendige veranlassen wird.

(Orvieto, 1283 Dezember 2).

*Reg. Vat. 42, fol. 74r
Ganzer, Papsttum und Bistumsbesetzungen, 329.*

Eidem.

Sollicitavit nos tua discretio circumspecta, ut, cum ecclesia Urbinas sit pastoris solatio destituta, curaremus de bono et fideli pastore ipsi ecclesie providere.¹

Super quo sic tibi duximus respondendum, quod super hoc deliberavimus et quod expedire
5 viderimus, faciemus.

Dat ut s.

¹ Der bisherige Bischof Guido Brancaleoni war im Laufe des Jahres 1283 gestorben (vgl. Ligi, *I vescovi*, 57), Martin IV. ernannte aber keinen Nachfolger mehr, erst Honorius IV. (ebd. 59).

360 (144, XII)

Martin teilt dem Legaten auf dessen Anfrage hin mit, dass dem Florentiner Ritter Stoldus für die Ausübung des Podestàamtes in Forlì ein angemessenes Gehalt gezahlt werden soll und Guido de Polenta durch die Güter von Huguccio und Botio aus Bertinoro zufriedengestellt wird. Ferner möchte er dem Bischof von Arezzo und den Kommunen von Arezzo und San Sepolcro schreiben, dass sich die Rebellen in ihr Gebiet zurückziehen und fordert deshalb den Legaten auf, ihm deren Namen mitzuteilen. Den Rektor der Massa Trabaria wird er anweisen, die Rebellen, die sich nach 'Castrum Novum' begeben haben, gefangenzunehmen.

Orvieto, 1283 Dezember 2.

10 *Reg. Vat. 42, fol. 74r*

Eidem.

A nobis tua fraternitas^a petiit, ut super stipendiis dilectorum filiorum nobilis viri Guidonis de Polenta¹ et Stoldi² militis Florentin. intimare tibi nostre voluntatis beneplacitum curaremus.

5 Super quo sic tue prudentie duximus respondendum, ut eidem Stoldo pro potestaria Forlivii³ salarium competens statuatur ac idem Guido gratia, quam sibi per te super possessionibus et bonis immobilibus Hugutionis et Botii de Bretenorio⁴ per alias nostras litteras mandamus fieri, sit contentus.

10 Ceterum, ut venerabili fratri nostro . . . episcopo Aretin.⁵ et Aretii⁶ ac Burgi Sancti Sepulcri⁷ communibus efficacius scribere valeamus, ne receptent in terris suis rebelles, nobis aliquorum ipsorum rebellium nomina, ut de certis personis, prout expedire viderimus, scribamus eidem, per litteras tuas studeas intimare.

Scribimus autem⁸ . . . rectori Masse Trabarie, ut petisti, ut rebelles ecclesie, qui se ad Castrum Novum⁹ ipsius Masse Trabarie duxerint conferendos, capi faciat et usque ad nostrum beneplacitum detineri.

15 Dat. apud Urbemveterem II. Non Decembris pontificatus nostri anno tertio.

^a Für fraternitas.

¹ Guido Riccio, 'Signor' von Polenta (Prov. Forlì - Cesena) 1266 - 1293 und von Comacchio 1275 - 1293, vgl. Vasina, *I Romagnoli*, 437.

² Stoldus de Jacob, siehe Nr. 137 Anm. 3.

³ Forlì.

⁴ Aus Bertinoro (Prov. Forlì - Cesena).

⁵ Guilelmus de Pazzis, Bischof von Arezzo 1248 - 1249, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 104.

⁶ Arezzo.

⁷ Sansepolcro, Prov. Arezzo.

⁸ Siehe den nachfolgenden Brief.

⁹ Nicht identifiziert.

361 (145, XIII)

Martin befiehlt dem Rektor (Berard) der Massa Trabaria, die Rebellen aus der Romagna, die sich in 'Castrum Novum' versteckt halten, gefangenzunehmen und ihre Namen ihm mitzuteilen.

Orvieto, 1283 Dezember 2.

Reg. Vat. 42, fol. 74r

Martinus etc. Dilecto filio . . . rectori¹ Masse Trabarie salutem etc.

Ad nostrum pervenit auditum, quod nonnulli rebelles ecclesie de Romaniolo partibus ad Castrum Novum² Masse Trabarie temere accedentes latenter inibi se receptant.

Volumus igitur et mandamus, quatinus rebelles eosdem, qui se in castro receptaverint
5 supradicto, capere ac detinere procures usque ad nostre beneplacitum voluntatis nobis
huiusmodi captivorum nomina per tuas litteras intimando.

Dat. apud Urbemveterem IIII. Non Decembris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Berardo de Poggio, vgl. Nr. 274 Anm. 1.

² Nicht identifiziert.

362 (146)

Martin beauftragt den Kardinallegaten B(ernardo), mit den genannten Besitzern der Burg Modigliana über den Kauf oder Tausch der Burg oder ein anderes Vorgehen in dieser Angelegenheit einen Vertrag zu schließen und ihn über das Weitere zu unterrichten.

(Orvieto, 1283 Dezember 2).

Reg. Vat. 42, fol. 74r

Martinus etc. Venerabili fratri B. episcopo Portuen.¹ apostolice sedis legato salutem etc.

Ex tua insinuatione didicimus, quod, cum comites de Mutiliana² ad mandata venerunt, inter
eos et . . . vicarium³ ac . . . comitem actum extitit, quod . . . comes Salvaticus roccam de Mutiliana
teneret.⁴ Expresse etiam actum fuit et per eundem comitem Salvaticum comitibus promissum
5 prefatis, quod, postquam Forlivium⁵ et Cesena⁶ terreque alie in rebellione manentes ad
mandata venissent, ipse predictam roccam eisdem comitibus restituere teneretur. Porro
universos de provincia clamare asseris, quod bene in tuto dicta provincia non existit, quamdiu
destructa non fuerit rocca ipsa. Verum tamen dictus comes Salvaticus requisitus non vult eam
contra promissionem suam rectori provincie tradere. Sed nec rector ipse videt, ut asseris,
10 qualiter contra ea, que per ipsum promissa fuerunt, honeste repetere possit illam. Super quo
congruum per nos adhiberi remedium postulasti. Adiecisti autem, quod comes de Bettifole⁷ in
rocca ipsa obtinet quartam partem et placet ei, ut rocca eadem destruat. Comes etiam
Manfredus⁸, Guidonis Novelli filius, qui rebellis est nec vult ad deputata sibi confinia se
transferre, habet in eadem rocca similiter quartam partem. Reliqua vero medietas ad quosdam
15 alios comites, quorum aliqua^a semper mali et nullus bonus fuisse dicuntur, noscuntur
pertinere. Adiecisti etiam, quod priusquam comites de Mutiliana predicti ad mandata venirent,

bona eorum erant per vicarii comitisque sentantias publicata, nec obtinuerunt restitutionem^b postmodum eorundem.

20 Gerentes itaque de tue circumspeditionis industria fiduciam plenioram, volumus et presentium tibi auctoritate committimus, ut cum dominis dicte rocce de emptione vel permutatione ipsius aut de alia via, prout tua discretio viderit faciendum, tractatum habeas diligentem, et quod inveneris et feceris in hac parte, nobis rescribere non omittas.

Dat. ut supra.

^a *Verschrieben für* aliqui.

^b *Verschrieben für* restitutionem.

¹ Bernardo da Languissel, vgl. Nr. 35 Anm. 2.

² Modigliana, Prov. Forlì - Cesena.

³ Gemeint ist wohl Guillaume Durand, vgl. zu ihm Nr. 13 Anm. 1.

⁴ Die Grafen von Modigliana hatten im Januar 1282 Frieden mit der Kirche geschlossen, und die gleichnamige Burg war im Februar 1282 dem Guelfen Guido Salvatico vorübergehend übergeben worden, vgl. Davidsohn, *Geschichte*, S. 235.

⁵ Forlì.

⁶ Cesena.

⁷ Nicht indentifiziert.

⁸ Nicht nachgewiesen; er fehlt in der Stammtafel der 'Guidi da Modigliana' bei Vasina, *I Romagnoli*, 429. Sein Vater Guido Novello (gest. 1293) galt als Anhänger der Ghibellinen.

363 (147)

Martin befiehlt Guillaume Durand dem Kardinallegaten alle Briefe auszuhändigen, in denen Petrus de Molan. den Empfang des Soldes für die französischen Söldner quittiert hat und die Abschriften davon, die der Kardinallegat ihm zurücksendet, sorgfältig aufzuheben.

Orvieto, 1283 Dezember 5.

Reg. Vat. 42, fol. 74r-v

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ decano ecclesie Carnoten. rectori Romaniolae capellano nostro salutem etc.

Intelleximus, quod dilectus filius nobilis vir Petrus * de Molanis² super singulis pecuniarum summis, quas pro stipendiis militum et aliorum, quos ipse ac dilecti filii nobilis
5 vir Colardus, frater eius, et magister Galterus de Fontan.³, prepositus de Ingreyo in ecclesia Carnoten., capellanus noster, pridem duxerunt de Francia, a te recepit, tibi singulas litteras suo sigillo signatas concessit. Unde, cum prefatus Petrus de predictis summis venerabili fratri nostro B., episcopo Portuen.⁴, apostolice sedis legato, sicut nosse te credimus, reddiderit rationem, prout ipse legatus per suas nobis litteras intimavit, eidem legato per alias litteras
10 nostras iniungimus, ut omnes predictas ipsius Petri litteras tibi concessas a te recipiens eas transcribi faciat et ipsarum transcriptum suo sigillo munitum tibi exhibere procuret a te in solutionum earundem pecuniarum per te factarum testimonium conservandum prefatas litteras dicti Petri certo ipsius nuntio assignando.

Volumus igitur et presentium tibi tenore mandamus, quatinus predictas litteras eidem
15 legato absque obstaculo difficultatis exhibeas et earum transcriptum eius sigillo munitum retineas ab eodem illud sollicito conservando. Nos enim volumus, ut super hoc huiusmodi cautionis remedio sis contentus.

Dat. apud Urbemveterem Non Decembris pontificatus etc.

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

² Vgl. zu den Brüdern Petrus und Colardus de Molanis oben Nr. 198 Anm. 6.

³ Gualterus de Fontanis, vgl. Nr. 248 Anm. 2.

⁴ Bernardo da Languissel, vgl. Nr. 35 Anm. 2.

364 (148)

Martin befiehlt dem Kardinallegaten, die Briefe, in denen Petrus de Molanis gegenüber Guillaume Durand die Zahlung des Soldes quittiert hat, abschreiben zu lassen und die Abschriften an Guillaume zur Aufbewahrung zu senden, die Originale aber dem Gesandten des Petrus zu übergeben.

Orvieto, 1283 Dezember 2.

Reg. Vat. 42, fol. 74v

Siehe dem vorhergehenden Brief. - Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 440 - Potthast 22086.

Martinus^a etc. Venerabili fratri B. episcopo Portuen. apostolice sedis legato salutem etc.

Sicut alias tibi plenius scripsisse recolimus, dilectus filius nobilis vir Petrus de Molan. super singulis pecuniarum summis, quas pro stipendiis militum et aliorum, quos ipse ac dilecti filii, nobilis vir Colardus, frater eius, et magister Galterus de Fontan., prepositus de Ingreyo in
5 ecclesia Carnoten., capellanus noster, pridem duxerunt de Francia, a dilecto filio magistro Guillelmo Duranti, decano Carnoten., rectore Romaniolle, capellano nostro, recepit, singulas litteras suo sigillo signatas eidem magistro Guillelmo concessit.

Cum autem prefatus Petrus de predictis summis te reddiderit rationem, prout nobis per tuas
10 litteras intimasti, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus omnes predictas litteras ipsius Petri eidem magistro Guillelmo concessas ab ipso recipiens et eas transcribi faciens diligenter, transcriptum ipsarum tuo sigillo munitum eidem magistro Guillelmo exhibeas ab eo in solutionum predictarum pecuniarum per ipsum factarum testimonium sollicitate conservandum. Et volumus, quod in hac parte dictus magister Guillelmus, cui super
15 hoc scribimus,¹ huiusmodi cautionis remedio sit contentus. Predictas vero litteras nuntio eiusdem Petri restituere non omittas.

Dat. apud Urbemveterem IIII Non Decembris pontificatus nostri anno tertio.

^a *Daneben am Rand* legato.

¹ Siehe den vorhergehenden Brief.

365 (149)

Martin antwortet dem Legaten nach Beratung mit den Kardinälen, dass er über die Verbannung, Enterbung und Verkauf der Güter der Rebellen in den Städten Ravenna, Imola, Faenza und Bagnacavallo nach eigenem Gutdünken entscheiden soll. Darüber, wie der Erlös aufzuteilen ist, soll er in Übereinstimmung mit dem apostolischen Stuhl entscheiden.

Orvieto, 1283 Dezember 5.

Reg. Vat. 42, fol. 74v-75r

Eidem.^a

Significasti nobis, quod de Ravennat.¹ et Imolen.² civitatum rebellibus, qui nemine compellente, set spontanee de predictis civitatibus recesserunt et frangentes pacem adhererant rebellibus, videtur, ut asseris, quod omnes, qui perseveranter in rebellione fuerant, deputari
5 exilio et exheredari ac bona vendi debeant eorundem, maxime cum pauci sint et iniqui. Et hoc etiam de Faventie³ et Bagnavalli⁴ videtur rebellibus, sicut dicis.

Super quo de fratrum nostrorum consilio sic tibi duximus respondendum, quod placet nobis, ut huiusmodi exulatio^b et exheredatio^b ac venditio affectui^c demandetur.

Super eo autem, quod civitates predictae medietatem in bonis rebellium per venerabilis
10 fratris nostri L., Ostien. episcopi⁵, et dilecti filii, nobilis viri Bertholdi de filiis Ursi de Urbe⁶, sententias asserunt se habere et hodie etiam, ut tuis verbis utamur, medietatem obtinent quoad fructus et thesaurius^d noster medietatem aliam, sicut dicis, nos cum eodem episcopo locuti fuimus diligenter, qui constanter asseruit, quod super hoc nullam umquam sententiam tulerat nec credebat, quod idem nobilis aliquam super eo duxerit proferendam. Possibile tamen est,
15 sicut idem episcopus retulit, quod per pactionem aliquam hactenus habitam * inter partes ita extitit ordinatum, ut pars rebellans amitteret bona sua inter ecclesiam et partem non rebellantem equis portionibus dividenda. Quam quidem portionem servari volumus, dummodo tibi constiterit eam fuisse per sedem apostolicam approbatam.

Dat. apud Urbemveterem Non Decembris pontificatus nostri anno tertio.

^a Daneben am Rand ein senkrechter Strich effectui. ^{b-b} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt. ^c Für ^d Für thesaurarius.

¹ Ravenna.

² Imola, Prov. Bologna.

³ Faenza, Prov. Ravenna.

⁴ Bagnacavallo, Prov. Ravenna.

⁵ Latinus Frangipani, seit 1278 Kardinalbischof von Ostia, gest. 1294, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 9.

⁶ Bertoldo di Gentile Orsini, vgl. Nr. 282 Anm. 2.

366 (150)

Martin befiehlt dem Legaten, mit dem aufständischen Ritter Burgaldus, der Reue zeigt, nach eigenem Gutdiinken zu verfahren.

Orvieto, 1283 Dezember 2.

Reg. Vat. 42, fol. 75r

Eidem.

Excessus multiplices et enormes, quos miles ille Burgaldus¹ nomine in pravis actibus militans et in operibus reprobis se exercens asseritur commisisse, ad nostram notitiam per tuas litteras perduxisti. Profecto predictos excessus eo molestius ferimus, quo cunctorum fidelium
5 et spetialiter in terris ecclesie consistentium iniurias et gravamina propensius haboremus^a.

Cum autem prefatus miles ad te, sicut accepimus, sit reversus, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus contra eum procedas et procedi facias, prout tua discretio viderit faciendum.

Dat. apud Urbemveterem IIII Non Decembris pontificatus nostri anno tertio.

^a Verschrieben für aboremus, 'h' über der Zeile nachgetragen

¹ Nicht identifiziert.

367 (151)

Martin befiehlt dem Legaten ihn über die Verhältnisse im Dorf 'Castrum Novum' in der Diözese Ravenna genauer zu unterrichten, ehe er ihm genauer antworten wird.

Orvieto, 1283 Dezember 5.

5 *Reg. Vat. 42, fol. 75r*

Eidem.

Quia de conditionibus Castri Novi¹ venerabilis fratris nostri, . . . archiepiscopi Ravennat.², quas nobis exponi seu exprimi voluisti, certificari sive instrui plene nequivimus, licet illas a nonnullis duxerimus exquirendas, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus

5 conditiones predictas per tuas litteras plenarie nobis insinuare procures et postmodum tibi super castro respondebimus supradicto.

Dat. apud Urbemveterem Non Decembris pontificatus ut s.

¹ Nicht identifiziert.

² Bonifacio Fieschi di Lavagna, O.P., Neffe Innozenz' IV., Erzbischof von Ravenna 1275 - 94.

368 (152)

Martin erteilt nach Beratung mit den Kardinälen dem Legaten die Vollmacht, die Einwohner Urbinos aller Privilegien, Rechte, Lehen, Ehren und Ämter und alles Übrigen, das sie von der Kirche erhalten haben, zu berauben.

5 *Orvieto, 1283 Dezember 2.*

Reg. Vat. 42, fol. 75r

Eidem.

Ad conterendam superbiam civium Urbinatum¹, qui per indevotionis devium oberrantes ad nostra et ecclesie mandata redire contempnunt, condignis studiis intendentes et nolentes, ut de tanta ipsorum nequitia gloriantur, fraternitati tue de fratrum nostrorum consilio privandi

5 commune ac homines civitatis Urbinatis quibuscumque privilegiis, libertatibus, feudis, honoribus, officiis et aliis omnibus, que a Romana et aliis quibusvis habent et tenent ecclesiis, plenam et liberam auctoritate presentium concedimus potestatem.

Dat. apud Urbemveterem IIII Non Decembris pontificatus ut supra.

¹ Urbino.

369 (153)

Martin befiehlt Andrea Spiliati und Jean d'Eppe unter Androhung des Verlustes seiner Gnade, gegen die Anhänger Adinulfs von Anagni schärfer vorzugehen.

Orvieto, 1283 Dezember 5.

Reg. Vat. 42, fol. 75r

Dilectis filiis magistro Andree Spiliati¹ capellano nostro Campanie Maritimeque rectori et nobili viro Johanni de Epa² exercitus Romane ecclesie in Campania et Maritima capitaneo generali.

Licet pridem per nostras speciales litteras sub certa forma vobis duxerimus iniungendum,
5 ut contra Adinulfum Mathie de Anagnia³ eiusque complices et fautores pro puniendis tam
gravibus contumaciis ac excessibus, quos in captione et detentione castris Frusinonis⁴, quod est
Romane ecclesie speciale, ac super interfectione quondam Johannis Capocii et Pandulfi
militum ac expulsionem et^a dirutionem domorum hominum dicti castris commisisse noscuntur,
viriliter procedere curetis, tamen in exigendis penis et exequendis processibus memorate,
10 maxime contra eosdem complices et fautores, prout audivimus, remisse ac tepide vos habetis.

Quare volumus et sub pena nostre gratie vobis firmiter precipiendo mandamus, quatinus ad
exactionem penarum et condempnationum, quas iidem complices et fautores^b, presertim
contra illos, qui eidem Adinulfo in predicti castris occupatione ac detentione personaliter
astiterant^c, cuiuslibet negligentie corpore abiecto nulli ex eis alicuius consideratione seu
15 contemplatione aliquatenus deferendo sic intrepide et viriliter procedatis, quod omnino in hoc
nostris satisfiat desideriis et beneplacitis pareatur iidemque acerbitate pene defleant se
inde votis et rebellibus Romane ecclesie favorem vel auxilium prestitisse ac alii partium
earundem metu pene ipsorum attemptare similia ulterius non presumant vos quoque
indignatione nostra, quam ex tepiditate huiusmodi possetis incurrere, consultius evitata
20 apostolici favoris et gratie augmentum comprobemini exinde potius promereri.

Dat. apud Urbem veterem Non Decembris anno tertio. *

^a Über der Zeile.

^b Hier fehlt ein Verb!

^c 'i' einkorrigiert

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

³ Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

⁴ Frosinone.

370 (154)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Città di Castello, den Kapitan des päpstlichen Heeres, Guido von Montfort, im Krieg gegen Urbino zu unterstützen und die Aufständischen zu bekämpfen.

Orvieto, 1283 Dezember 2.

Reg. Vat. 42, fol. 75v.

Der Brief ist nach Nr. 328 zu ergänzen.

Martinus episcopus etc. .. potestati, .. capitaneo, consilio et communi Civitatis Castelli¹ spiritum consilii sanioris.

Obstinate rebellionis perfidiam et pertinaciam contumacie indurate, quibus perditionis filii cives Urbinat. ab olim contra sanctam Romanam ecclesiam eiusque fideles etc. ut supra in illa
5 littera de eadem materia, que dirigitur . . potestati, consilio et communi Callen.² usque ad quorum observationem vos volumus non teneri.

Dat. apud Urbemveterem IIII. Non Decembris pontificatus nostri anno tertio.

¹ Città di Castello, Prov. Perugia.

² Cagli, Prov. Pesaro.

371 (155)

Martin befiehlt dem Kämmerer Berard, den Gesandten Karls von Salerno für die Verteidigung des Königreichs Sizilien aus dem Kreuzzugszehnten, der in den genannten Gebieten gesammelt worden war, 16000 Unzen, und zwar im Wert von 5 Goldflorenen pro Unze, zu leihen und dazu die Kaufleute, die diese Einnahmen verwalten, zur Auszahlung des Geldes zu bewegen.

Orvieto, 1283 November 30.

Reg. Vat. 42, fol. 75v

Martinus^a etc. Dilecto filio Berardo camerario nostro¹ salutem etc.

Cum dilectus filius, nobilis vir Carolus², primogenitus carissimi in Christo filii nostri C., Sicilie regis illustris, princeps Salernitan. et in regno Sicilie vicarius generalis, habens sub certa forma ab eodem rege potestate accipiendi mutuo a nobis et^b Romana ecclesia usque ad
5 summam centum milium unciarum auri, prout in regiis litteris super hoc confectis³ vidimus contineri, dilectos filios Lotharii de Bathoriis et Hugonem de Bonvilla, familiares suos, ad recipiendum mutuum a nobis et Romana ecclesia infra dictam summam usque ad illam quantitatem pecunie, quam nobis mutuare placeret, per suas litteras suo sigillo munitas procuratores spetialiter deputarit nobis cum instantia supplicans per eosdem, ut ei pro
10 defensione dicti regni magna quantitate pecunie indigenti subvenire de huiusmodi mutuo de benignitate apostolica curaremus, nos inspectis tenoribus huiusmodi litterarum regis et principis eorundem volentes ei in tam patenti quam necessaria causa non solum suis quam etiam predictae Romane ecclesie profectibus in hac parte paterne diligentie studiis providere, tibi presentium auctoritate mandamus, quatinus de pecunia decimarum concessarum subsidio
15 Terre Sancte in predicto et Ungarie⁴ regnis et in terris Provincie⁵ eidem regi subiectis et Sardinie ac Corsice⁶ insulis apostolica auctoritate collecta, que a nonnullis mercatoribus in Romana curia commorantibus vel aliis, ubicumque fuerint, in depositum seu quocumque alio nomine conservatur, sexdecim milia unciarum quinque Florenis auri pro uncia qualibet computandis nostro nomine et prefate Romane ecclesie mutues procuratoribus supradictis
20 reddenda nobis vel sucesoribus nostris et dicte ecclesie, sicut et quando nobis placuerit, in curia supradicta.

Dictos autem mercatores, si opus fuerit, ad solutionem huiusmodi quantitatis per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas faciens pro nostra et ipsius ecclesie Romane cautela de huiusmodi mutuo confici publicum instrumentum in archivis nostre camere
25 conservandum.

Dat. apud Urbemveterem II. Kal. Decembris pontificatus nostri anno tertio.

^a Daneben am Rand de mutuo ^b Daneben am Rand de mutuo facto principi.

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Karl II. von Anjou, vgl. Nr. 310 Anm. 1.

³ 1283 Juli 14 hatte Karl I. seinem Sohn erlaubt, Kredite in der Höhe von 100000 Goldunzen aufzunehmen (RA 26, 138 Nr. 240), vgl. Kieseewetter, *Anfänge*, 135.

⁴ Ungarn.

⁵ Provence.

⁶ Sardinien und Korsika.

372 (156)

Martin befiehlt dem Rektor Andrea Spiliati, die Bürger, die Anagni aufgrund des Prozesses gegen Adinulf von Anagni gestellt hat, besser zu behandeln. Außerdem soll er von Anagni weitere Sicherheiten verlangen, diese aber nicht ohne ausdrückliche päpstliche Erlaubnis erzwingen.

Orvieto, 1283 Dezember 19.

Reg. Vat. 42, fol. 75v

Martinus etc. Dilecto filio magistro Andree Spiliati¹ capellano nostro Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

Nuper ad nostrum pervenit auditum, quod fideiussores, qui de parendo mandatis nostris et Romane ecclesie se tibi recipienti nostro et ipsius ecclesie nomine ad instantiam communis Anagnie² obligarunt pro eo, quod ipsum commune super certis processibus per nos et te ipsum contra Adinulphum Mathie de Anagnia³ habitis occasione excessuum per eum olim in captione et detentione castri Frusinonis⁴ et alias contra nos et dictam ecclesiam commissorum obedire tuis mandatis dicuntur contumaciter contempsisse in una domo^a morari constringis et domum ipsam per certos custodes faciens custodiri iussisse diceris fenestras et hostium eiusdem domus muro concludi et dubitatur, ne ad arcem fumonis ibi moraturos sub custodia transmittas eosdem, de quo non inmerito causam admirationis habentes mandamus, quatinus, si est ita, processum huiusmodi in personis ipsorum fideiussorum habitum sic caute et provide studeas revocare, quod in personis per modum huiusmodi non graventur, sed obligati absque indebito gravamine remaneant sicut prius.

Ut autem predicti Anagnini ad obediendum nostris mandatis et tuis super hiis fortius astringantur, volumus, quod preter memoratos fideiussores ampliores et magis ydoneas cautiones iuxta tue discretionis arbitrium exigas et recipias ab eisdem. Et, si circa id tibi prompte ac devote commune predictum obedire curaverint, ad exactionem penarum, quas propter hoc incurisisse noscuntur, per eorundem fideiussorum coactionem vel alias absque nostro spetiali mandato aliquatenus non procedis. Intendimus enim per hoc interim experiri, si predicti Anagnin. super executionibus faciendis contra prefatum Adinulfum suosque complices et fautores ad tuum mandatum promptos se exhibeant et devotos. Super quo, qualiter * obediant, frequenter nobis studeas tuis litteris intimare.

Dat. apud Urbemveterem XIII kal. Ianuarii pontificatus nostri anno tertio.

^a Vor Korrektur donus

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Anagni, Prov. Frosinone.

³ Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

⁴ Frosinone.

373 (157)

Martin ermahnt Johann und Landulf Colonna unter Androhung von Exkommunikation und Verlust aller Privilegien, keinesfalls Adenulf von Anagni, der zunächst zur Kirche zurückgekehrt war, dann aber seinen Eid gebrochen hatte, zu unterstützen.

Orvieto, 1283 Dezember 18.

Reg. Vat. 42, fol. 76r-v

Siehe zu den Namen auch den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilectis filiis nobilibus viris Johanni¹, Odoni et Landulfo² dominis de Columpna salutem etc.^a.

Dudum Adenulfus condam^b Mathie de Anagnia, suis finibus non contentus et beneficiorum multiplicium ab eo et progenitoribus suis a Romana ecclesia perceptorum oblitus, castrum
5 Frusinon. ad ipsius ecclesie dominium pertinens post occisionem horrendam quondam
Johannis Capocii et Pandulfi, militum dicti castrum, per iniquitatis filium Johannem dictum
Soctum suosque in hac parte complices nequiter perpetrata, temere occupavit nonnullas
ipsius castrum domos dirui et quosdam homines faciens forbanniri, officiales et familiares dilecti
10 filli, magistri Andree Spiliati, Campanie Maritimeque rectoris, capellani nostri, qui spetialiter
et generaliter ipsius castrum regimen exercebat, ibidem inventos ausu nephario expellendo nec
permittendo etiam rectorem ipsum de Terracen.³ tunc temporis redeuntem castrum ingredi
supradictum, et procurando nichilominus sibi per ipsius castrum homines usque ad viginti annos
15 rectoriam dicti castrum concedi sibique ab illis faciendo fidelitatis iuramenta prestari non sine
gravi eiusdem ecclesie preiudicio, manifesta iniuria et contemptu. Unde nolentes tam notorios
et presumptuos excessus multos aliquatenus pertransire, prefato Adenulfo sub
excommunicationis, quam eo ipso eum incurrere volumus, si nostrum in hac parte mandatum
adimplere contempneret, necnon et confiscationis bonorum suorum ac privationis feudorum,
honorum, privilegiorum, si qua ab eadem Romana seu quibusvis aliis ecclesiis obtinet, penis
20 litterarum ipsarum, quos ei pro peremptorio termino duximus assignandos, predictum castrum
Frusinon. salvo iure, si quod sibi competeret adversus homines dicti castrum, difficultate
submota qualibet rectori restituens prelibato in pace tenendum et regendum per eum, sicut
prius ante mortem militum predictorum, compareret personaliter coram nobis super premissis
precise nostris mandatis et beneplacitis pariturus, alioquin contra eum ad inflictionem
25 predictarum penarum et alias gravius spiritualiter et temporaliter, prout videremus expediens,
procedere curarem. Set licet predictae littere prefato Adenulfo fuerint presentate, ipse tamen
ad indevotionem et inobedientiam temere se convertens huiusmodi mandatis nostris penitus
vilipensis nec dictum castrum rectori sepefacto restitui neque in termino sibi prefixo se nostro
30 conspectui presentavit^c, propter quod iamdictus Adenulfus premissam sententiam
excommunicationis incurrit. Cumque postmodum prefatus Adenulfus super eadem sententia
et super eo, quod, sicut premittitur, in statuto termino coram nobis comparere contempsit,
necnon et super quibusdam excessibus, quos contra rectorem et ecclesiam supradictos ac

etiam nonnullos homines regionis asseritur commisisse, ad sedem apostolicam personaliter accessisset demum de stando et parendo precise nostris et ecclesie predictae mandatis per nos
 35 vel per alios semel vel pluries faciendis eidem, corporaliter prestitit iuramentum, prout instrumento publico inde confecto plenius continetur. Quare memorato rectori nostris sub certa forma dedimus litteris in mandatis, ut eidem A. ex parte nostra preciperet in virtute prestiti iuramenti, ut dictum castrum prefato rectori, recipienti nostro et ipsius ecclesie nomine, cuiusvis obstaculo dilationis amoto restitueret ac dimitteret liberum et quietum
 40 tenendum et regendum per eum, sicut illud tenere et regere noscebatur, antequam essent predicti milites interfecti. Prefatus autem Adenulfus ad propria remeans et predictarum litterarum rectori directarum eidem malitiose preveniens missionem ad castrum se contulit supradictum. Set licet tandem per dilectum filium Johannem de Scrin.⁴, canonicum ecclesie Sancti Stefani Alatrin., cui super hoc rector ipse comiserat vices suas, eidem A. in castro tunc
 45 existenti prefato expresse iniunctum fuerit, ut castrum ipsum dicto rectori, recipienti nostro et ipsius ecclesie nomine, restitueret ac dimitteret liberum * et quietum in pace, nichilominus tamen predictus A. contra iuramentum a se prestitum temere veniens non solum castrum ipsum eidem rectori restituere non curavit, verum etiam quosdam ab hominibus dicti castri recipiens obsides domos nonnullas fecit nequiter demoliri castrum ipsum detinendo taliter
 50 occupatum.

Nos autem tantam insolentiam tantaque temeritatem illius nolentes aliquatenus sustinere, vos per alias nostras sub certa forma litteras monendos, rogandos attente duximus et hortandos vobis nichilominus sub excommunicationis et privationis ac ammissionis omnium privilegiorum, gratiarum, honorum et feudorum, que ab eadem Romana et aliis tenetis et
 55 habetis ecclesis, penis, quas vos et quemlibet vestrum ipso facto incurrere volumus, si secus per vos factum existeret, districte precepimus, ut eidem A. in huiusmodi contumacia persistenti nullum prorsus exhiberetis per vos vel per alium seu alios auxilium, consilium et favorem publice vel occulte, et, si aliquod presidium impendissetis eidem in gente vel equis aut armis, absque more dispendio revocare totaliter curaretis. Porro licet prefatus rector castrum recuperaverit memoratum et dictus Adenulfus prestito ab eo corporaliter iuramento
 60 de stando precise super premissis et singulis premissorum sub certa pena nostris et eiusdem ecclesie beneplacitis et mandatis nonnullos quamvis minus sufficientes fideiussores dederit, de penis et condemnationibus, quas occasione predictorum incurrisse dignoscitur, persolvendis, ipse tamen contra huiusmodi iuramentum dampnabiliter veniens et preteritis excessibus non contemptus ad resistendum mandatis nostris, sicut nuper accepimus, se pro iuribus parare non metuit gentem sollicite congregando.

Quocirca nobilitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente ac nichilominus vobis sub premissis excommunicationis, privationis et ammissionis omnium privilegiorum, gratiarum, honorum et feudorum, que a predicta et aliis tenetis et habetis ecclesiis^d, penis, quas vos et vestrum quemlibet, si contrarium feceritis, incurrere volumus ipso facto, per
 70 apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus prefato Adenulfo in huiusmodi contumacia persistenti nullum impendatis omnino per vos vel per alium seu alios auxilium, consilium vel favorem publicum vel occultum. Et si forte aliquod sibi in gente vel equis^e aut armis presidium tribuistis, illud quamtotius totaliter revocetis sic prudenter et devote vos in hac parte gerentes, ut penam huiusmodi evitetis, quinimmo de obedientie ac devotionis promptitudine^f non inmerito commendari possitis et nostram ac sedis apostolice gratiam, quam libenter ad filios devotos extendimus, uberius promereri.

Scire namque vos volumus et pro certo tenere, quod sic excessus Adenulfi memorati corrigere sic procedere intendimus contra eum, ut nullum exinde personis aliis super

80 quibuscumque bonis et iuribus suis preiudicium generetur, quinimmo ea ipsis omnino servari volumus mediante iustitia integra et illesa.

Dat. apud Urbemveterem XV. Kal. Ianuarii pontificatus nostri anno tertio.

^a Daneben am Rand drei Finger auf einen Strich deutend ^b Für quondam ^c Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt ^d Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt, ecclesiasticis gestrichen. ^e
equitibus vor Korrektur. ^f Für promptitudine.

(158, 175^a)

Briefe gleichen Inhalts wie oben an die genannten Adeligen.

85 *(Orvieto, 1283 Dezember 18).*

In eundem modum dilecto filio nobili viro Mathie de Sancto Eustachio⁵ civi Roman. Dat. ut supra.

In eundem modum dilecto filio nobili viro Nicolao de Comite⁶ civi Roman. Dat. ut supra.

90 In eundem modum Riccardo quondam Mathie Anibaldi⁷ civi Roman. spiritum consilii sanioris. Dat. ut supra.

^a Hier beginnt eine neue Zählung

¹ Giovanni Colonna, * um 1235, 1261 und 1278 Senator Rom, 1288 Rektor der Mark Ancona, gest. 1302, vgl. Waley, *Colonna Giovanni*, DBI, 27, 381 ff.

² Landolfo Colonna, (gest. 1300) und Oddone di Oddone IV (gest. um 1318), vgl. die Stammtafel bei Carocci, *Baroni*, 365.

³ Terracina (Prov. Latina).

⁴ Siehe oben Nr. 329.

⁵ Mattia aus der römischen Adelsfamilie Sant'Eustachio (vgl. Carocci, *Baroni*, 411), 1269 zum ersten Mal erwähnt, gest. 1294.

⁶ Nicola Conti († 1304), aus der römischen Adelsfamilie der Conti, vgl. Dykmans, *D'Innocent III*, 88 f., Carocci, *I Baroni*, 379.

⁷ Vgl über ihn Nr. 333.

374 (159, 176)

Martin befiehlt Guido von Montfort, dem Kapitän des päpstlichen Heeres in der Romagna, die Rechtsprechung Giffrids von Anagni in den angrenzenden Gebieten der Mark Ancona keinesfalls zu beeinträchtigen, wie dies schon öfters vorgekommen ist, sondern, wenn nötig, im Kampf gegen die Aufständischen diesen um Hilfe zu fragen, nachdem der Papst diesen zu deren Gewährung aufgefordert hat.

Orvieto, 1283 Dezember 18.

Reg. Vat. 42, fol. 76v-77r

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Guidoni de Montforti¹ capitaneo exercitus Romane ecclesie in provincia Romaniolate salutem etc.

5 Ex parte dilecti filii G., rectoris Marchie Anconitan.², fuit nobis expositum, quod in eadem Marchia, maxime locis circumpositis terris rebellium Urbinatum, iurisdictionem indebitam inniteris exercere nonnullis communitatibus seu hominibus eorundem locorum plura et diversa faciendo mandata, que fame ac honori tuo non congruunt, materiam scandali non modicam suscitant in cordibus fidelium partium earundem et ipsius rectoris iurisdictioni

derogant manifeste. Quare pro parte ipsius humiliter petebatur, ut super hoc providere paterna diligentia dignaremur.

10 Nos igitur attendentes, quod te non decet falcem in messem mittere alienam, volumus et presentium tibi tenore precipiendo mandamus, quatinus ab hiis et consimilibus penitus conquiescens attente provideas, ne de tuis actibus decetero talia referantur. Quotiens vero ad impugnandum et vexandum rebelles eosdem ipsius rectoris et vicinorum fidelium pre*dicte Marchie presidium tibi fuerit oportunum, eundem rectorem requirere studeas, cui nostris
15 damus litteris in mandatis, ut super hoc necnon et ministrandis tibi et genti tue victualibus ad requisitionem tuam prebeat auxilium, consilium et favorem.

Dat apud Urbem veterem X. Kal. Ianuarii pontificatus nostri anno tertio.

¹ Guido von Montfort, vgl. Nr. 269 Anm. 2.

² Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

375 (160)

Martin teilt Giffrid von Anagni den Inhalt des obigen Schreibens mit und befiehlt ihm, wenn immer es nötig ist, Guido beim Kampf gegen die Rebellen und seine Leute durch Lebensmittel zu unterstützen.

(Orvieto, 1283 Dezember 18).

Reg. Vat. 42, fol. 77r

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio G. rectori Marchie Anconitan. salutem etc.

Ex parte tua etc. ut supra verbis competenter mutatis usque dignaremur. Nos igitur attendentes, quod dictum nobilem non decet falcem in messem mittere alienam, ei nostris damus litteris in mandatis, ut ab hiis et consimilibus penitus conquiescens attente provideat,
5 ne de suis actibus talia decetero referantur. Si vero ad impugnandum et vexandum eosdem rebelles tuum et vicinorum fidelium predicte Marchie presidium sibi fuit oportunum, te super hoc ex parte nostra requirat.

Quare volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus ei super hoc necnon et super ministrandis genti sue victualibus ad requisitionem suam, quotiens oportunum fuerit,
10 impendas auxilium, consilium et favorem.

Dat. ut supra.

376 (161)

Martin ernennt Guillaume Durand zum Rektor in temporalibus in der Massa Trabaria und stattet ihn mit den entsprechenden Vollmachten aus.

Orvieto, 1283 Dezember 23.

Reg. Vat. 42, fol. 77r

Pasztor, Amministrazione, 183.

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro decano Carnoten. rectori in temporalibus Romaniolo ac Masse Trabarie salutem etc.

Inter sollicitudines plurimas et diversas, que noscuntur nobis iugiter imminere, hoc potissime insidet cordi nostro, ut in singulis terris fidelium, set eis precipue, que pleno iure nobis et Romane ecclesie sunt subiecte, pacis opulentia et cultus iustitie observentur. Cum itaque, sicut ex veridica relatione accepimus, status Masse Trabarie², que beati Petri ac Romane ecclesie pleni iuris et proprietatis existit, ex diffuso inibi semine ab hoste humani generis graviter fluctuet ac eius incole se mutuo furore collidant, merito super hiis dolore pulsante cor nostrum ad excogitanda remedia, quibus tot malis inibi ingruentibus obsistatur, sollicite apposuimus mentem nostram desiderantes, qualiter eadem Massa extirpatis vitiis et turbatorum inquietudine conquassata ad iocunditatem pacis desiderabilis redducatur.³ Et quia ad hoc est persona deputanda utilis, cuius industria sit salubris ad singula et expugnatrix et avida vitiorum, ad te, de cuius experta bonitate confidimus, mentis nostre aciem spetialiter convertentes, tibi rectoriam predictae Masse Trabarie in temporalibus auctoritate apostolica plene duximus committendam disponendi, ordinandi, statuendi, precipiendi, puniendi, corrigendi, diffiniendi, exequendi et faciendi in eadem Massa, quicquid honori eiusdem ecclesie ac prospero statui fidelium partium earundem expedire cognoveris, ac^a contradictores quoslibet et rebelles, quotiens expedierit, temporali districtione appellatione postposita compescendi concedentes tibi plenariam potestatem.

Ideoque discretionis tue per apostolica scripta mandamus, quatinus rectoriam ipsam devote suscipiens sic illam laudabiliter gerere studeas, quod exinde possis merito commendari ac nostre et dicte sedis gratiam de bono in melius promereri.

Nos enim processus, sententias sive penas, quas temporaliter rite tuleris vel inflixeris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari; non obstantibus aliquibus privilegiis vel indulgentiis quibuscumque locis, communitatibus seu personis secularibus generaliter vel spetialiter ab apostolica sede concessis, per que tue iurisdictionis executio possit quomodolibet impediri et de quibus in^b nostris litteris de verbo ad verbum fieri debeat mentio spetialis.

Dat. apud Urbemveterem X. Kal. Ianuarii pontificatus nostri anno tertio.

^a Über der Zeile nachgetragen

^b Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt

(162)

Martin befiehlt den Einwohnern der Massa Trabaria dem Rektor Guillaume Durand Gehorsam zu leisten.

(Orvieto, 1283 Dezember 23).

In eundem modum. Dilectis filiis populo Masse Trabarie verbis competenter mutatis usque potestatem.

Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem, tamquam rectori vestro temporaliter, in omnibus, que ad rectorie spectant officium, humiliter et efficaciter intendatis sibi de proventibus et aliis ecclesie Romane iuribus, prout responderi aliis rectoribus eiusdem Masse consuevit hactenus, nostro et ecclesie predictae nomine integraliter responsuri, ita quod devotionis affectus, quem ad eandem ecclesiam habere tenemini, appareat per effectum nosque reddatis exinde vobis favorabiles et benignos. Alioquin etc. usque spetialis.

Dat. ut supra. *

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

² Vgl. zu dieser Provinz Waley, *Papal State*, 93.

³ Über die Unruhen siehe unten Nr. 377.

377 (163)

Martin befiehlt Guillaume Durand gegen die Rebellen aus der Romagna, der Massa Trabaria und anderen Gegenden, die den Rektor der Massa und seine Familie vertrieben, deren Haus zerstört haben und ihnen weitere Schäden zugefügt haben, vorzugehen und dabei Guido von Montfort um Hilfe zu ersuchen.

(Orvieto, 1283 Dezember 23).

*Reg. Vat. 42, fol. 77v
Passtor, Amministrazione, 183.*

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro rectori Romaniolae ac Masse Trabarie in temporalibus salutem etc.

Sicut nuper non absque plurima turbatione accepimus, nonnulli de Massa Trabaria et provincia Romaniolae ac etiam aliunde, qui in vacuum recipiunt nomen Dei, fidelitatis debito, quo ecclesie Romane tenentur, impudenter abiecto sequentes proprie voluntatis arbitrium, non
5 iudicium rationis, ad castrum Mercatelli² eiusdem Masse accesserunt cum multitudine armatorum et ad domum Hugonis Bondemandi, in qua dilectus filius Berardus³, capellanus noster, tunc ipsius Masse rector, cum sua familia morabatur, publice facientes insultum eundem rectorem et familiam eius exinde per violentiam expulerant et in personis et rebus
10 aliquorum hominum dicti castri quamplures insolentias committentes dictam domum demum funditus contra prohibitionem eiusdem rectoris diruere ausu temerario presumpserunt.

Cum igitur hec, si vere sunt, in nostram et Romanam ecclesiam redundare noscantur gravem iniuriam et offensam nec velimus ea, prout nec debemus, clausis oculis preterire, ne, si impunita transeant, suscitentur exinde scandala graviora, volumus et presentium tibi tenore
15 mandamus, quatinus contra huiusmodi presumptores diligenti inquisitione premissa eos, quos tibi constiterit talia perpetrasse, sic acriter punias et castiges, quod metu pene aliis interdicitur audacia similia presumendi ac nobis et Romane ecclesie de tanta iniuria et contemptu necnon et passis iniuriam plenius satisfiat. Et ut super premissis contra presumptores huiusmodi efficacius procedere valeas, dilectum filium nobilem virum Guidonem de Monteforti⁴,
20 capitaneum exercitus Romane ecclesie in Romaniola ex parte nostra requiras, cui per litteras nostras iniungimus, ut ad requisitionem tuam in hiis et aliis, cum fuerit opportunum, prebeat tibi auxilium, consilium et favorem.

Dat. ut supra.

(164)

25 *Martin befiehlt Guido von Montfort Guillaume Durand bei dem Vorgehen gegen die Rebellen zu unterstützen.*

(Orvieto, 1283 Dezember 23).

In eundem modum. Dilecto filio nobili viro Guidoni de Monteforti capitaneo exercitus Romane ecclesie in Romaniola. Sicut nuper etc. usque graviora, nos dilecto filio magistro
30 Guillelmo Duranti, capellano nostro, rectori Romaniolae ac Masse Trabarie in temporalibus

nostris damus litteris in mandatis, ut contra huiusmodi presumptores diligenti inquisitione premissa eos, quos sibi constiterit talia perpetrasse, sic acriter puniat et castiget, quod metu pene aliis interdicator audacia similia presumendi ac nobis et Romane ecclesie de tanta iniuria et contemptu necnon et passis iniuriam plenius satisfiat.

35 Quocirca nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus eidem rectori in hiis et aliis, cum fuerit oportunitum, ad requisitionem eius exhibeas auxilium, consilium et favorem, ita quod de promptitudine tua se commendare valeat et nos sollicitudinem tuam proinde dignis in Domino laudibus prosequamur.

Dat. ut supra.

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

² Mercatello Sul Metauro, Prov. Pesaro e Urbino.

³ Berardo de Poggio, vgl. Nr. 274 Anm. 1.

⁴ Guido von Montfort, vgl. Nr. 269 Anm. 2.

378 (165)

Martin quittiert Thure Bonamiki und den übrigen Kaufleuten der Sieneser Sozietät 'Bonaventure Bernardini' die Zahlung der genannten Beträge aus dem in der Provence gesammelten Kreuzzugszehnten an den Kämmerer Berard.

Orvieto, 1283 Dezember 2.

Reg. Vat. 42, fol. 77v-78r

Martinus^a etc. Dilecto filio Thure Bonamiki de societate Bonaventure Berardini civi et mercatori Senen. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte collecta auctoritate apostolica in terris Provincie carissimo in Christo filio nostro, . . ., regi Sicilie illustri¹,
5 subiectis, quam in diversis monetis societas tua in depositum noscebatur habere, dilecto filio Berardo, camerario nostro², de spetiali et expresso mandato nostro tibi per eum facto undecim milia Florinorum et sexcentos octuaginta octo Karlinos auri necnon et ducentas sexaginta quinque libras, duos soldos et quatuor denarios Turonen. grossorum argenti et sex denarios Turonen. parvorum duxeris persolvenda, nos tue societatis et sociorum tuorum super hoc
10 indemnitati precavere volentes presentium tenorem fatemur de huiusmodi pecuniarum quantitibus per te fore nobis et Romane ecclesie ac Terre Sancte plenarie satisfactum, decernentes, ut instrumenta seu quecumque littere et obligationes sub quavis forma verborum super huiusmodi pecunia decimarum confecta sint omnino cassa et vacua quoad huiusmodi pecuniarum quantitates per te, ut premittitur, dicto camerario persolutas. Nec aliquis pretextu
15 eorundem instrumentorum vel litterarum et obligationum te ac societatem eandem et socios ipsos ac tuos et eorum heredes et successores imposterum impetere valeat aut * etiam molestare, has quoque litteras nostra bulla munitas tibi ad tuam et eorundem sociorum et societatis cautelam et geste rei memoriam duximus concedendas.

Dat. apud Urbemveterem IIII. Non Decembris pontificatus nostro anno tertio.

^a *Daneben am Rand:* de solutionibus decimarum factis de mandato domini pape a mercatoribus infrascriptis; *darunter eingerahmt:* de mutuo

¹ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

(166)

Quittung für Spine Philippi und die Handelsgesellschaft der 'Ammannati' aus Pistoia über den Empfang von 1785 Pfund Turnosen.

(Orvieto, 1283 Dezember 2).

5 In^a eundem modum. Spine Phylippi de societate Ammannatorum civi et mercatori Pistorien.

Cum de pecunia decimarum etc. ut supra usque tibi per eum facto mille septingentas octuaginta quinque libras Turonen. duxeris persolvendas. Nos tue etc. ut supra usque de huiusmodi quantitate pecunie per te fore nobis etc. quoad huiusmodi quantitatem pecunie per
10 te etc. usque persolutam. Nec aliquis etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand: de mutuo

(167)

Quittung für Conrado Galligarii und die Handelsgesellschaft 'Anselmo Clarentis' aus Pistoia über den Empfang von 632 Pfund und 18 Denare Turnosen.

15 (Orvieto, 1283 Dezember 2).

In^a eundem modum. Conrado Galligarii de societate Anselmi Clarentis civi et mercatori Pistorien.

Cum de pecunia decimarum etc. ut in proximo usque facto sexcentas triginta duas libras et decem et octo denarios Turonen. duxeris persolvendas. Nos tue etc. ut in proximo usque in
20 finem.

Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand: de mutuo

(168)

Quittung für Guglielmo de Fagis und die Handelsgesellschaft 'de Crusolis' aus Montpellier über den Empfang von 1753 Pfund und 10 Soldi Turnosen.

25 (Orvieto, 1283 Dezember 2).

Item^a in eundem modum. Guillelmo de Fagis mercatori de societate Johannis Guillelmi et Bertrandi de Crusol. mercatorum Montispesulan.

Cum de pecunia etc. ut in proximo mille septingentas quinquaginta tres libras et decem soldos Turonen. dilecto filio B. camerario nostro de speciali et expresse mandato nostro tibi
30 facto per eum duxeris persolvendas. Nos etc. ut supra usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand: de mutuo.

(169)

35 *Quittung für Alfano Johannis und die Handelsgesellschaft der 'Alfani' aus Florenz über den Empfang von 900 Goldunzen aus dem im Königreich Ungarn gesammelten Kreuzzugszehnten.*

(Orvieto, 1283 Dezember 2).

Item^a in eundem modum. Alfano Johannis de societate Alfanorum civi et mercatori Florentin.

40 Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte collecta auctoritate apostolica in regno Ungarie, quam in diversis monetis societas tua in depositum noscebatur habere, dilecto filio Berardo camerario nostro¹ de speciali et expresse mandato nostro tibi per eum facto nongentas uncias auri duxeris persolvendas. Nos tue societatis et sociorum tuorum etc. ut in proximo usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand: de mutuo

45

(170)

Quittung für Pietro Foresi und die Handelsgesellschaft der 'Lambertuzi de Frescobaldi' aus Florenz über den Empfang von 900 Goldunzen aus dem im Königreich Sizilien gesammelten Kreuzzugszehnten.

(Orvieto, 1283 Dezember 2).

50 Item^a in eundem modum. Petro Foresii de societate Lambertucii de Friscobaldis civi et mercatori Florentin.

Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte in regno Sicilie apostolica auctoritate collecta etc. usque facto nongentas uncias auri duxeris persolvendas. Nos etc. ut in proximo per totum usque in finem.

55 Dat. etc. ut supra.

^a Daneben am Rand: de mutuo

(171)

Quittung für Feo Bonfantini und die Handelsgesellschaft 'Thomas Spigliati und Hugo Spine' aus Florenz über den Empfang von 591 Unzen und 16 Tarenen Gold.

(Orvieto, 1283 Dezember 2).

60 Item^a in eundem modum. Feo Bonfantini de societate Thomasii Spigliati et Hugonis Spine civi et mercatori Florentin.

Cum de pecunia decimarum etc. ut in proximo usque tibi^b per eum^b facto quingentas nonaginta unam uncias et sexdecim Tarenos auri duxeris persolvenda nos tue etc. in proximo usque in finem.

65 Dat. ut s.

^a Daneben am Rand: de mutuo.

^{b-b} per eum tibi vor Korrektur.

(172)

70 *Quittung für Bolliono Rossilioni und die Handelsgesellschaft der 'Battosi' aus Lucca über den Empfang von 3087 Unzen, 2 Tarenen und 7 'Grana' Gold aus dem im Königreich Sizilien gesammelten Kreuzzugszehnten sowie über 3062 Pfund Turnosen, die in der Provence eingesammelt worden waren.*

Orvieto, 1283 Dezember 2.

Item^a in eundem modum. Dilecto filio Bolliono Rossilioni de societate Battosorum civi et mercatori Lucan.

75 Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte collecta auctoritate apostolica in regno Sicilie ac terris Provincie carissimo in Christo filio nostro C. regi Sicilie illustri subiectis, quam in diversis monetis societas tua in depositum noscebatur habere, videlicet de ipsius regni tria milia octuaginta septem uncias et duos tarenos ac septem grana auri et de predictarum terrarum tria milia sexaginta duas libras Turonen. decimis dilecto filio Berardo camerario nostro de expresso et speciali mandato nostro tibi facto per eum duxeris persolvenda, nos etc. ut supra in proximo usque fatemur de huiusmodi pecuniarum
80 quantitatibus per te fore nobis et Romane ecclesie ac Terre Sancte plenarie satisfactum decernentes etc. ut supra usque et vacua quoad easdem quantitates per te, ut premittitur, dicto camerario persolutas. Nec aliquis etc. usque in finem.

Dat. apud Urbemveterem IIII Non Decembris pontificatus nostri anno tertio. *

^a Daneben am Rand: de mutuo.

85

(173)

*Quittung für Vanti Honesti und die Handelsgesellschaft der 'Riccardi' aus Lucca über den Empfang von 319 Unzen und 9 Tarenen Gold aus dem im Königreich Sizilien gesammelten Kreuzzugszehnten sowie von 994 Pfund, 8 Soldi und 10 Denare Turnosen (was einem Wert von 2000 Genueser Pfund entspricht), die auf Sardinien und Korsika
90 eingesammelt worden waren.*

(Orvieto, 1283 Dezember 2).

Item^a in eundem modum. Vanti Honesti de societate Riczardorum civi et mercatori Lucan.

95 Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte collecta auctoritate apostolica in regno Sicilie ac insulis Sardinie et Corsice², quam in diversis monetis societas tua in depositum noscebatur habere, videlicet de ipsius regni trecentas decem et novem uncias et novem tarenos auri et de insularum ipsarum pro valore duorum milium librarum Januen. monete, nongentas nonaginta quatuor libras, octo soldos et decem denarios Turonen. decimis dilecto filio Berardo camerario nostro de spetiali et expresso mandato nostro facto tibi per eum duxeris persolvendos. Nos tue etc. ut supra usque et vacua quoad huiusmodi quantitates
100 pecunie per te, ut premittitur, etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand: de mutuo.

(174)

105 *Quittung für Lutherio Homodei und Paulo Henrici und die Handelsgesellschaft der
'Jacobi' aus Lucca über den Empfang von 728 Unzen und eine halbe Gold aus dem im
Königreich Sizilien gesammelten Kreuzzugszehnten.*

Orvieto, 1283 Dezember 2.

In^a eundem modum. Dilectis filiis Lutherio Homodei et Paulo Henrici de societate
Scorcialuporum Jacobi civibus et mercatoribus Lucan.

110 Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte in regno Sicilie apostolica
auctoritate collecta, quam in diversis monetis societas vestra in depositum noscebatur habere,
dilecto filio etc. ut in proximo superiori usque mandato nostro per eum vobis facto
septingentas viginti octo uncias et dimidiam auri duxeritis persolvendas, nos vestre societatis
et sociorum vestrorum super hoc etc. usque quantitate per vos fore nobis etc. usque quoad
huiusmodi quantitatem pecunie per vos, ut premititur, etc. usque obligationum^b vos ac
115 societatem eandem et socios ipsos ac vestros et eorum heredes et successores in posterum
impetere valeat aut etiam molestare etc. usque munitas vobis ad vestram et eorundem
societatis et sociorum cautelam et geste rei memoriam duximus concedendas.

Dat. apud Urbemveterem IIII Non Decembris pontificatus nostri anno Tertio.

^a *Daneben am Rand:* de mutuo.

^b *Für* obligationum.

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Korsika.

379 (175, 191^a)

*Martin quittiert den genannten Kaufleuten aus Lucca, die in dieser Sache vor die Kurie
zitiert worden waren, dass der Luccheser Kaufmann Lando Orlandi Christofori in ihrem
Auftrag 246 Goldunzen aus dem im Königreich Sizilien gesammelten Kreuzzugszehnten an
die päpstliche Kammer entrichtet hat.*

Orvieto, 1283 Dezember 2.

Reg. Vat. 42, fol. 78v

Martinus^b etc. Dilecto filio Lando Orlandi Christofori civi et mercatori Lucan. salutem etc.

Olim venerabili fratri nostro . . episcopo¹ et dilecto filio . . priori sancti Fridiani Lucan.²
sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut Dinum Sbarre, Johannem Lombardi,
Thomasinum Henrici, Lazarum Fudore, Moretinum Orlandi Donassi, Bandinum de Fundera,
5 Corsum de Barga, Arracessium Marini, Hugolinum Talliapane, Orlandum Scorcialuporum,
Avitum dictum Johannem et nonnullos alios cives et mercatores Lucan. habentes pecuniam
decimarum concessarum^c subsidio Terre Sancte in depositum seu quocumque alio modo
auctoritate nostra citarent, ut infra certum terminum nostro se conspectui presentarent de
huiusmodi decimis satisfactionem plenariam impensuri.

10 Verum cum iidem mercatores citati fuissent auctoritate huiusmodi litterarum ac tu pro ipsis
Dino, Johanne, Thomasino, Lazaro, Moretino, Bandino, Corso, Arracessio, Hugolino, Orlando
et Avito dicto Johanne coram dilecto filio Berardo camerario nostro³ ducentas quadraginta sex
uncias auri, quas de pecunia decimarum regni Sicilie nostra auctoritate collecta in diversis

15 monetis nomine depositi noscebantur habere, te offerens soluturum de spetiali et expresso
mandato nostro per eundem camerarium tibi facto, ei huiusmodi quantitatem pecunie solveris
pro eisdem, nos eorundem mercatorum super hoc indemnitati precavere volentes presentium
tenore fatemur de pretaxata quantitate pecunie per te nomine eorundem fore nobis et Romane
ecclesie ac Terre Sancte integre satisfactum decernentes, ut instrumenta seu quecumque littere
20 et obligationes sub quavis forma verborum super huiusmodi pecunia decimarum confecta sint
omnino cassa et vacua quoad huiusmodi quantitatem pecunie per te, ut premittitur, dicto
camerario persolutam nec aliquis pretextu eorundem instrumentorum vel litterarum aut
obligationum eosdem Dinum, Johannem, Thomasium, Lazarum, Moretinum, Bandinum,
Corsum, Arracesium, Hugolinum, Orlandum et Avitum ac eorum socios ipsorumque heredes
25 et successores inposterum impetere valeat aut etiam molestare has quoque litteras nostra bulla
munitas tibi recipienti pro eis ad ipsorum cautelam et geste rei memoriam duximus
concedendas.

Dat. apud Urbemveterem IIII Non Decembris pontificatus nostri anno tertio. *

^a Eine Zählung wohl von späterer Hand

^b Daneben am Rand: apodissa

^c Am Rand, durch
Zeichen hier eingefügt.

¹ Paganello da Porcari, Bischof von Lucca 1274 - 1300, vgl. Guidi, *Serie dei vescovi*, 82.

² San Frediano, Kollegiatstift in Lucca, vgl. Nr. 249 Anm. 2.

³ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

380 (176)

*Quittung für die genannten Kaufleute aus Lucca, dass der Luccheser Kaufmann Bollioni
Rossilioni in ihrem Auftrag 605 Unzen und 12 Tarenen Gold aus dem im Königreich Sizilien
gesammelten Kreuzzugszehnten an die Kammer entrichtet hat.*

(Orvieto, 1283 Dezember 2).

*Reg. Vat. 42, fol. 79r
Siehe den vorhergehenden Brief.*

Martinus etc. Dilecto filio Bolliono Rosillion. civi et mercatori Lucan. salutem etc.

Olim venerabili fratri nostro . . episcopo et dilecto filio . . priori Sancti Fridiani Lucan. sub
certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut Bonavintam Tineosini et Cecium filium
eius ac Gualteroctum Castanacii et nonullos alios cives et mercatores Lucan. etc. ut supra
5 usque litterarum ac tu pro ipsis Bonavinta, Cecio et Gualterocto coram dilecto filio Berardo
camerario nostro sexcentas quinque uncias et duodecim Tarenos auri, quas de pecunia
decimarum regni Sicilie nostra auctoritate collecta in diversis monetis nomine depositi etc. aut
obligationum eosdem Bonavintam, Cecium et Gualteroctum ac eorum socios etc. usque in
finem.

10 Dat. ut supra.

381 (177)

Quittung für Netto Bulgarini, Bartholomeo Turingelli und weitere Kaufleute aus Lucca, dass der Luccheser Kaufmann Bollioni Rossilioni in ihrem Auftrag 337 Unzen und 15 Tarenen aus dem im Königreich Sizilien gesammelten Kreuzzugszehnten an die Kammer entrichtet hat.

(Orvieto, 1283 Dezember 2).

*Reg. Vat. 42, fol. 79r.
Siehe Nr. 379.*

Martinus^a etc. Dilecto filio Bollino Rossilion. civi et mercatori Lucan. salutem etc.

Olim venerabili fratri nostro . . episcopo et dilecto filio . . priori Sancti Fridiani Lucan. sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut Nettum Bulgarini et Bartholomeum Turingelli et nonnullos alios cives et mercatores Lucan. etc. usque citati fuissent auctoritate
5 huiusmodi litterarum ac tu pro ipsis Netto et Bartholomeo coram dilecto filio Berardo camerario nostro trecentas triginta septem uncias et quindecim Tarenos auri, quos de pecunia decimarum regni Sicilie nostra auctoritate collecta in diversis monetis nomine depositi etc. usque aut obligationum eosdem Nettum et Bartholomeum ac eorum socios etc. usque in finem.

10 Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand: apodissa

382 (178)

Quittung für die genannten Kaufleute aus Lucca, dass der Luccheser Kaufmann Vanti Honesti in ihrem Auftrag 549 Unzen und 27 Tarenen Gold aus dem im Königreich Sizilien gesammelten Kreuzzugszehnten an die Kammer entrichtet hat.

(Orvieto, 1283 Dezember 2).

*Reg. Vat. 42, fol. 79r
Siehe Nr. 379.*

Martinus^a etc. Dilecto filio Vanti Honesti civi et mercatori Lucan. salutem etc.

Olim venerabili fratri nostro . . episcopo et dilecto filio . . priori Sancti Fridiani Lucan. sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut Paganutium Guiditionis, Guiditionem Paganini, Bettum et Ghinum Teresendi et nonnullos alios cives et mercatores Lucan. etc.
5 usque citati fuissent auctoritate huiusmodi litterarum ac tu pro ipsis Paganutio, Guiditione, Betto et Ghino coram dilecto filio Berardo camerario nostro quingentas quadraginta novem uncias et viginti septem Taren. auri, quos de pecunia decimarum regni Sicilie nostra auctoritate collecta in diversis monetis nomine depositi, etc. usque obligationum eosdem Paganutium, Guiditionem, Bettum et Ghinum ac eorum socios etc. usque in finem.

10 Dat. ut in proximo ut supra.

^a Daneben am Rand: apodissa

383 (179)

Quittung für die genannten Kaufleute aus Lucca, dass der Luccheser Kaufmann Putio Liena in ihrem Auftrag 243 Unzen und 12 Tarenen Gold aus dem im Königreich Sizilien gesammelten Kreuzzugszehnten an die Kammer entrichtet hat.

(Orvieto, 1283 Dezember 2).

Reg. Vat. 42, fol. 79r
Siehe Nr. 379.

Martinus^a etc. Dilecto filio Putio Liena civi et mercatori Lucan. salutem etc.

Olim venerabili fratri nostro . . episcopo et dilecto filio . . priori Sancti Fridiani Lucan. sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut Orlandinum Paganelli et Ubaldum Cardelini et nonnullos alios cives et mercatores Lucan. etc. usque citati fuissent auctoritate
5 huiusmodi litterarum ac tu pro ipsis Orlandino et Ubaldo coram dilecto filio Berardo camerario nostro ducentas quadraginta tres uncias et duodecim Tarenos auri, quos de pecunia decimarum regni Sicilie nostra auctoritate collecta in diversis monetis nomine depositi etc. usque obligationum eosdem Orlandinum et Ubaldum ac eorum socios etc. usque in finem.

Dat. ut in proximo ut supra.

^a *Daneben am Rand: apodissa*

384 (180)

Quittung für die genannten Kaufleute aus Lucca, dass der Luccheser Kaufmann Bonfilio Manfreduti in ihrem Auftrag 287 Unzen und 4 Tarenen Gold aus dem im Königreich Sizilien gesammelten Kreuzzugszehnten an die Kammer entrichtet hat.

(Orvieto, 1283 Dezember 2).

Reg. Vat. 42, fol. 79r
Siehe Nr. 379.

Martinus^a etc. Dilecto filio Bonfilio Manfredutii civi et mercatori Lucan. salutem etc.

Olim venerabili fratri nostro . . episcopo et dilecto filio . . priori Sancti Fridiani Lucan. sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut Desfaciatum Solate et Lazarum Guinisi et nonnullos alios cives et mercatores Lucan. etc. usque citati fuissent auctoritate huiusmodi
5 litterarum ac tu pro ipsis Desfaciato et Lazaro coram dilecto filio Berardo camerario nostro ducentas octuaginta septem uncias et quatuor Tarenos auri, quos de pecunia decimarum regni Sicilie nostra auctoritate collecta in diversis monetis nomine depositi etc. usque obligationum eosdem Desfaciatum et Lazarum ac eorum socios etc. usque in finem.

Dat. ut in proximo ut supra.^b *

^a *Daneben am Rand: apodissa* ^b *Darunter am Seitenende: § Martinus etc. Dilecto filio Lando Orlandi Christofori civi et mercatori Lucan. salutem etc. Olim venerabili gestrichen (identisch mit Nr. 379).*

385 (181, 196^a)

Martin befiehlt Giffrid von Angani, in den Kommunen der Mark Ancona, in denen die Ernennung der Podestà und Rektoren dem Rektor zusteht, nur der Kirche treu ergebene Personen zu ernennen.

Orvieto, 1283 Dezember 31.

Reg. Vat. 42, fol. 79v

Martinus etc. Dilecto filio G. rectori Marchie Anconitan.¹ salutem etc.

Ex parte tua nuper fuimus requisiti de potestariis certarum terrarum sive communitatum Marchie, quarum provisio ad te nomine Romane ecclesie pertinere noscitur, quibus personis debeas secundum nostrum beneplacitum providere.

5 Nos igitur intendententes eisdem communitatibus in devotione ipsius ecclesie persistentibus ipsarum quieti et bono statui potius quam personas propensius provideri volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus considerato huiusmodi bono statu et quiete hominum earundem terrarum personas ydoneas, fideles et devotas Romane ecclesie in potestates seu rectores preficias in eisdem, per quas communitates ipse in statu pacifico et
10 plena iustitia conserventur circa hoc illud studium spetialiter adhibendo, quod prefate communitates super hiis iustam non habent materiam conquerendi, set potius tua possit exinde providentia commendari.

Dat. apud Urbemveterem II Kal. Ianuarii pontificatus nostri anno tertio.

^a *Zählung von späterer Hand*

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

386 (182)

Martin ernennt Catalano Spinelli, Ritter und Bürger Orvietos, zum Podestà von Montefiascone, nachdem ihm von den dortigen Einwohnern die Regierung für das bevorstehende Jahr aufgetragen worden war.

Orvieto, 1284 Januar 3.

Reg. Vat. 42, fol. 79v

Martinus etc. Dilecto filio Catalano nato Spinelli militi civi Urbevetan.¹ potestati Montisflascon.² devoto nostro salutem etc.

Cum regimen castrum Montisflascon. pro instanti futuro anno nobis ex parte hominum dicti castrum oblatum fuerit et acceptatum^a a nobis, nos de probitate tua plenam in Domino fiduciam
5 obtinentes ^bdictum regimen^b discretioni tue presentium tenore committimus per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus ad castrum ipsum te personaliter conferens dictum regimen in hiis, que ad ipsum pertinent, sic prudenter gerere ac laudabiliter studeas exercere, quod diligentie tue studium possimus exinde merito commendare.

Dat. apud Urbemveterem III Non Ianuarii pontificatus nostri anno tertio.

^a 'tum' über der Zeile nachgetragen

^{b-b} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt

¹ Nicht nachgewiesen.

² Montefiascone, Prov. Viterbo.

387 (183)

Martin verkündet den Einwohnern Montefiascones die Ernennung Catalano Spinellis zum Podestà und ermahnt sie, diesen zu akzeptieren und ihm den nötigen Gehorsam entgegenzubringen.

(Orvieto, 1284 Januar 3).

Reg. Vat. 42, fol. 79v

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilectis filiis consilio et communi Montisflascon. nostris et ecclesie Romane fidelibus salutem etc.

Cum regimen terre vestre pro instanti futuro anno nobis pro parte vestra oblatum fuerit et acceptatum^a a nobis, nos de probitate dilecti filii Catalani nati Spinelli, militis, civis Urbevetan., plenam in Domino fiduciam obtinentes predictum regimen sibi per nostras litteras duxerimus committendum, universitatem vestram rogandam duximus et hortandam per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eum ad dictum regimen admittatis ac sibi tamquam potestati vestro in hiis, que ad suum spectant officium, intendere et obedire curetis, ita quod devotionem vestram exinde possimus in Domino merito commendare.

10 Dat. ut supra.

^a 'tum' über der Zeile nachgetragen

388 (184)

Martin befiehlt dem Rektor Andrea Spilliati, alle Orte und Befestigungen, die aus dem Besitz Adinulfs von Anagni in seine Hände gelangen, bis auf weiteres auf Kosten der Kirche bewachen zu lassen.

Orvieto, 1284 Januar 4.

Reg. Vat. 42, fol. 79v

Martinus etc. Dilecto filio A. Campanie Maritimeque rectori¹ salutem etc.

Nuper litteris^a dilecti filii, nobilis viri Johannis de Epa,² capitanei^b exercitus Romane ecclesie in Campania et Maritima, accepimus, quod eodem Johanne cum stipendiariis gallicis ac hominibus civitatis Signin., nostris et ecclesie Romane fidelibus, contra castrum Metellanici³ propter contumaciam et inobedientiam Adinulfi Mathie de Anagnia⁴, qui in ipso castro certam partem habere dicitur, hostiliter procedente homines dicti castri dubitantes expectare insultum in eiusdem Johannis manibus se et castrum liberaliter posuerunt. Postmodum vero audito, quod dictus Johannes ex eo ipsum castrum sic in suis manibus positum destruxit, quia in mandatis non habebat, quod illud faceret expensis nostre camere custodiri, exinde vehementer fuimus ammirati, cum ad id preter nostram conscientiam non

debuisset aliquatenus processisse. Unde nos reputantes indignum, ut obedientibus augeatur pena, unde videntur misericordiam promereri, eidem capitaneo per litteras nostras precipiendo mandamus⁵, ut quecumque castra seu munitiones de bonis ipsius Adinulfi decetero ad manus suas pervenerint, tibi studeat assignare.

15 Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus huiusmodi castra seu munitiones tibi taliter assignanda nomine Romane ecclesie et sub expensis eius facias cum oportuna diligentia custodiri, donec tibi super hoc per spetiales litteras nostrum beneplacitum duxerimus exprimendum.

Dat. apud Urbemveterem II Non Ianuarii pontificatus nostri anno tertio.

^a litteras vor Korrektur. ^b Über derZeile nachgetragen

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

³ Montelanico (Prov. Rom), das Hauptkastell Adinulfs von Anagni, ließ Jean d'Eppe Ende 1283 zerstören, vgl. Kieseewetter, *Eppe*, 32.

⁴ Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

⁵ Siehe den nachfolgenden Brief (Nr. 389).

389 (185, 200^a)

Martin befiehlt Jean d'Eppe, zukünftig alle Orte und Befestigungen aus dem Besitz Adinulfs von Anagni, die in seine Hände gelangen, dem Rektor Andrea Spigliati zu unterstellen. Außerdem soll er ihn, den Papst, häufiger unterrichten.

(Orvieto, 1284 Januar 4).

Reg. Vat. 42, fol. 79v-80r

Siehe zu den Namen den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Johanni de Epa capitaneo exercitus Romane ecclesie in Campania et Maritima salutem etc.

5 Nuper litteris tuis accepimus, quod te cum stipendiariis gallicis ac hominibus civitatis Signin.¹, nostris et ecclesie Romane fidelibus, contra castrum Metellanici propter contumaciam et in*obedientiam Adinulfi Mathie de Anagnia, qui in ipso castro certum^b partem habere dicitur, hostiliter procedente homines dicti castri dubitantes expectare insultum in tuis manibus se et castrum liberaliter posuerant. Postmodum vero audito, quod tu ex eo ipsum castrum sic in tuis manibus positum destruxisti, quia in mandatis non habebas, quod illud faceres expensis nostre camere custodiri, exinde vehementer fuimus ammirati, cum ad id
10 preter nostram conscientiam non debuisses aliquatenus processisse.

Nos igitur reputantes indignum, ut obedientibus augeatur pena, unde videntur misericordiam promereri, volumus et presentium tibi tenore precipiendo mandamus, quatinus quecumque castra seu munitiones de bonis ipsius Adinulfi decetero ad manus tuas pervenerint, dilecto filio A. Campanie Maritimeque rectori studeas assignare custodienda per
15 eum nomine Romane ecclesie ac eius sumptibus, donec sibi super hoc per spetiales litteras nostrum beneplacitum duximus exprimendum.

Volumus autem, quod frequenter nobis rescribas tam de premissis quam aliis, quicquid noveris intimandum.

Dat. ut supra.

^a Zählung von späterer Hand ^b Über der Zeile nachgetragen, coram vor Korrektur

¹ Segni, Prov. Rom.

390 (186, 201)

Martin befiehlt dem Dogen, dem Rat und der Kommune Venedigs, diejenigen, die im Auftrag des Rektors der Romagna, Guillaume Durand, Salz aus den Salinen von Cervia in die Lombardei transportieren sollen, ungehindert und ohne von ihnen irgendwelche Abgaben zu verlangen, durch ihr Gebiet ziehen zu lassen.

Orvieto, 1284 Januar 5.

*Reg. Vat. 42, fol. 80r
Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 428 - Potthast 22091.*

Martinus etc. Dilectis filiis . . duci, consilio et communi Venetorum¹ salutem etc.

Inconcusse devotionis integritas et sincere fidei puritas, quibus civitas vestra laudabilium operum exhibitione continua circa Romanam ecclesiam, matrem vestram, ab antiquo resplenduit ^aet resplendet^a, merito nos inducunt, ut in hiis, que ad ipsius ecclesie et camere
5 nostre commodum pertinent, vos, cum expedit, tamquam speciales et dilectos filios, fiducialiter requiramus.

Hinc est, quod intendentes prefate camere profectibus, quantum cum deo possumus, utiliter providere, universitatem vestram rogamus et hortamur^b attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus illos, quos dilectus filius magister Guillelmus Duranti², capellanus
10 noster, decanus Carnoten., ^crector provincie^c Romaniote in temporalibus, ad deferendum seu transmittendum in Lombardiam salem, quem de salinis Cervie³ camera ipsa percipit, duxerit deputandos per passus et districtum vestros tam maris quam terre necnon et aque dulcis transire cum dicto sale sine alicuius solutionis onere libere permittatis nullam propter hoc eis
15 in personis vel rebus molestiam seu iniuriam illaturi, set potius, cum oportunum fuerit, circa id impensuri eis auxilium et favorem per vos et alios, qui sunt passuum vestrorum pedagiis deputati.

Preces autem et mandatum nostrum studeatis sic efficaciter adimplere, quod apud nos ac sedem apostolicam possitis de liberali promptitudine merito commendari et nichilominus circa vestrum et terre vestre commodum et profectum nostram et ipsius sedis benivolentiam
20 reddatis suo loco et tempore promptiorem.

Dat. apud Urbemveterem Non Ianuarii pontificatus nostri anno tertio.

^{a-a} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt ^b über der Zeile nachgetragen. ^{c-c} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt

¹ Venedig; Doge war Giovanni Dandolo, vgl. über ihn G. Rösch, *Dandolo, Giovanni*, DBI 32, 476 ff.

² Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

³ Cervia, Prov. Ravenna.

(187)

Martin befiehlt dem Bischof von (Bartholomäus) von Castello, die Gesandten des Rektors, die wegen dieses Anliegens bei dem Dogen, dem Rat und der Kommune von Venedig vorsprechen, dabei zu unterstützen.

5

Orvieto, 1284 Januar 6.

In eundem modum. Venerabili fratri . . . episcopo Castellan.¹

Inconcusse etc. verbis competenter mutatis usque deputati.

10 Quocirca fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente tibi per apostolica scripta mandantes, quatinus apud eosdem ducem, consilium et commune studio efficaci insistentes nuntiis dicti rectoris, qui propter hoc ad ipsos accesserint, des auxilium, consilium et favorem, ita quod tua sollicitudine operante in hiis votis apostolicis satisfiat et nos devotionem tuam proinde possimus merito commendare.

Dat. apud Urbemveterem VIII idus Ianuarii pontificatus nostri anno tertio.

¹ Castello (venezianisches Miniaturbistum); Bischof Bartholomäus Qurinus 1275 - 1303.

391 (188)

Martin befiehlt dem Bischof (Guilelmus) von Ferrara, alle Abgaben, die Stadt und Diözese Ferrara sowie dort lebende Personen der Römischen Kirche schulden, einzutreiben. Dazu erteilt er ihm die Vollmacht, über geleistete Zahlungen Quittungen auszustellen, Einzelheiten über die Zahlung soll er der Kurie mitteilen.

Orvieto, 1284 Januar 5.

Reg. Vat. 42, fol. 80r-v

Martinus etc. Venerabili fratri . . . episcopo Ferarien.¹ salutem etc.

5 De sincere fidei ac discretionis tue industria plenius confidentes fraternitati tue presentium auctoritate committimus et mandamus, quatinus censum sive census, quem et quos commune Ferarien. ecclesie Romane debet, in quorum solutione per longum tempus ipsum cessasse
10 dinoscitur necnon omnes alios redditus et proventus in civitate et dioc. Ferarien. a quibuscumque personis et quacumque ratione vel causa ecclesie prefate debitos pro tempore transacto, quo huiusmodi census, redditus et proventus non constiterit legitime fuisse nostre camere persolutos, colligas et exigas ac facias tibi nomine^a nostro et ecclesie predicte persolvi contradictores et rebelles, cuiuscumque ordinis, conditionis seu dignitatis existant, per
10 censuram * ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Nos enim tibi plenam concedimus facultatem faciendi quitationem et refutationem ydoneam de hiis, que de predictis censibus seu^b redditibus fuerint tibi predicto nomine persoluta.

15 Quid autem, quantum, quando et a quibus et ex qua causa receperis de predictis, per tuas nobis litteras procures quamtotius fideliter intimare.

Dat. apud Urbemveterem Non Ianuarii pontificatus nostri anno tertio.

^a Korrigiert aus nostro.

^b Korrigiert aus r... (das nächste Wort begonnen).

¹ Guilelmus, zwischen 1274 und 1286 als Bischof von Ferrara belegt, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 248.

392 (189)

Martin quittiert gegenüber Karl von Anjou und seinen Prokuratoren den Empfang des Peterspfennigs in Höhe von 8000 Goldunzen (nach sizilischem Pfund) für das Jahr 1283.

Orvieto, 1284 Januar 5.

Reg. Vat. 42, fol. 80r

Martinus etc. Carissimo in Christo filio Karolo regi Sicilie¹ salutem etc.

De censu octo milium unciarum auri ad pondus regni Sicilie pro ipso regno et terra tibi ab ecclesia Romana concessis a te nobis et ipsi ecclesie annis singulis in festo beati Petri apostolorum principis persolvendo, cuius solutionis terminum ex certis causis et sub certis
5 modis primo usque ad festum nativitatis dominice nuper transactum et deinde usque ad octavam instantis festi Epyphanie hac vice de spetiali gratia duximus prorogandum, prout in litteris nostris confectis exinde continetur², per dilectos filios magistros Guilielmum, prepositum ecclesie Sancti Amati Duacen., et Petrum de Latyera³, capellanos nostros, procuratores in Romana Curia, et Clementem de Mause iuris civilis professorem clericum,
10 consiliarios et familiares tuos, censum ipsum tuo nomine persolventes pro anno Domini millesimo duocentesimo octuagesimo tertio proximo preterito fatemur nobis et eidem ecclesie Romane plenarie satisfactum presentes litteras ad tuam et heredem tuorum ac etiam capellanorum et clerici predictorum cautelam^a et futuram rei geste memoriam concedentes.

Dat. apud Urbemveterem Non Ianuarii pontificatus nostri anno tertio.

^a *Daneben am Rand: de prorogatione solutionis census? (bezieht sich auf den nachfolgenden Brief).*

¹ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

² Siehe unten Nr. 393. - Siehe zu diesem Zins auch Nr. 149.

³ Petrus de Latyera, vgl. Nr. 149 Anm. 3.

393 (190)

Martin erlaubt Karl I. von Anjou, den Lehenszins für das Königreich Sizilien in der Höhe von 8000 Goldunzen, der eigentlich am Fest Peter und Paul fällig ist und schon bis Weihnachten gestundet wurde, erst in der Oktav nach dem Fest der Erscheinung des Herrn zu zahlen, wobei die gleichen Bedingungen wie bei der vorherigen Stundung gelten sollen.

Orvieto, 1283 Dezember 24.

Reg. Vat. 42, fol. 80v-81r

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Carissimo in Christo filio C. regi Sicilie illustri salutem etc.

Olim per tuos nobis nuntios et litteras supplicasti, ut, cum censum octomilium unciarum auri ad pondus regni Sicilie, ad quem solvendum in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli proximo preterito tunc instanti nobis et Romane ecclesie tenebaris, in eodem festo solvere

5 comode non valeres variis negotiis et expensarum oneribus iminentibus impeditus, terminum
 solutionis dicti census faciende in festo predicti usque ad festum nativitatis domini tunc primo
 venturum prorogare de spetiali gratia curaremus nosque impedimentorum tuorum conscii et
 onerum non ignari super illis paterno tibi compatientes affectu terminum eiusdem solutionis
 10 dicti census octomilium unciarum in festo apostolorum prefato, ut predicatur, faciende usque
 ad idem festum nativitatis dominice proximo tunc venturum ad tue petitionis instantiam sub
 illis eisdem penis tam spiritualibus quam temporalibus et obligationibus, que sunt pro
 solutione ipsius census in eodem festo apostolorum facienda, statuto seu etiam ordinato de
 15 fratrum nostrorum consilio duximus prorogandum,¹ ita tamen, quod per prorogationem
 huiusmodi eiusdem solutionis faciende in dicto festo apostolorum terminus nullatenus
 immutaretur imposterum, set in eodem apostolorum festo annis singulis solutionem ipsam
 facere teneris sub penis statutis et ordinatis, sicut in conditionibus inter eandem ecclesiam et
 te habitis in concessione predicti regni ab ipsa ecclesia tibi facta plenius continetur, etsi forte
 deficeres in solutione predicti census in eodem festo nativitatis Domini facienda, proinde
 20 penas easdem incurreres, ac si non facta huiusmodi prorogationis gratia dictum censum
 tempore secundum easdem conventiones debita te non solvere contigisset, ita etiam, quod per
 petitionem et concessionem prorogationis huiusmodi dicte conditiones et conventiones nullam
 prorsus innovationis variationem sentirent nec immutationis dispendium paterentur, set in sua
 omnino persisterent firmitate nec tu aut tui successores in regno predicto quoad solutionem
 25 dicti census decetero in sepefato^a apostolorum festo annis singulis faciendam aliter
 quomodolibet teneremini quam tenebamini hactenus priusquam prorogationis eiusdem petitio
 et prorogatio processissent, set sic in omnibus et per omnia teneremini, prout inter Romanum
 pontificem et Romanam ecclesiam ex parte una * et te ex altera ordinatum extitit et
 conventum.

Ceterum volumus, ut si huiusmodi supplicationem tuam et prorogationem nostram ratas
 30 haberes, super hoc patentes litteras tuas nostrarum litterarum, quas tibi super hoc direximus,
 seriem^b continentes aurea tua bulla signatas in forma, quam dilectus filius B. camerarius
 noster tibi sub suo sigillo transmisit, nobis infra dictum festum nativitatis cessante occasione
 qualibet destinares, alioquin huiusmodi prorogatio nullius penitus esset momenti.

Licet autem tu predictas supplicationem^c et prorogationem^c acceptans super hoc tuas
 35 patentes litteras aurea bulla signatas in forma predicta nobis infra predictum festum nativitatis
 duxeris transmittendas, quia tamen predictus census adhuc nobis non extitit persolutus et
 utrum ante predictum nativitatis festum solvi valeat, dubitatur, nobis pro parte tua fuit
 humiliter supplicatum, ut adhuc terminum solutionis dicti census dignaremur ultra dictum
 nativitatis festum usque ad aliquod temporis spatium prorogare, nos itaque tuis
 40 supplicationibus inclinati terminum ipsum usque ad octabas Epiphanie Domini proximo
 venturas sub premissis forma, modis et conditionibus contentis in prefatis nostris litteris
 alterius prorogationis usque ad predictum festum nativitatis, ut premittitur, per nos facte eo,
 quod dicitur, de litteris sub aurea bulla infra sepefatum^d festum nativitatis mittendis excepto
 de predictorum fratrum consilio prorogamus.

45 Volumus tamen, utsi huiusmodi supplicationem nobis ex parte tua porrectam et
 prorogationem, ut predicatur, per nos concessam usque ad dictas octabas ratas habueris, super
 hoc patentes litteras tuas harum seriem continentes aurea bulla tua signatas in forma, quam
 dilectus filius B. camerarius noster² tibi sub suo sigillo transmittit, nobis infra festum
 Pentecostes primoventurum cessante occasione qualibet destinare procures, alioquin
 50 huiusmodi prorogatio nullius penitus sit momenti.

Dat. apud Urbemveterem VIII Kal. Ianuarii pontificatus nostro anno tertio.

^a Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt, sepefate vor Korrektur. ^b Davor ffimus gestrichen.
^{c-c} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt. ^d 'sepe' über der Zeile nachgetragen.

¹ Vgl. Potthast, Nr. 22033, Urkunde 1283 Juni 8.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

394 (191)

Martin befiehlt Gualtero de Fontanis, sich in die Mark Ancona zu begeben und die Urteile und Strafen, die frühere Rektoren dort ausgesprochen haben, nach sorgfältiger Prüfung ihrer Ursachen gemeinsam mit dem Rektor Giffrid von Anagni abzumildern.

Orvieto, 1284 Januar 17.

Reg. Vat. 42, fol. 81r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Gualtero de Fontan.¹ preposito de Ingreyo in ecclesia Carnoten.^a capellano nostro salutem etc.

Experte tue probitatis industriam et probate fidei puritatem, quas longa nos familiaritas docuit, diligentius attendentes, nostra et ecclesie Romane negotia tibi committimus confidenter credentes firmiter et pro certo tenentes te ad executionem eorum prudenter et sollicite processurum. Intelleximus siquidem, quod diversi Marchie Anconitan. rectores diversis retroactis temporibus condemnationes fecerunt et penas inflixere diversas, que quoad quantitatem earum immoderate ac excessive fore dicuntur, propter quod, si ad eorum exactionem commodum processum haberi contingeret, hii, quos condemnationes et pene predictae contingunt, nimium gravarentur.

Volentes itaque super huiusmodi excessivis seu immoderatis penis et condemnationibus exigendis moderationem et temperantiam debitam observari discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ad partes Marchie te personaliter conferre procures et condemnationes ac penas predictas tu et dilectus filius magister Giffredus², notarius noster, ipsius Marchie rector, pensatis attentius et^b diligenter consideratis excessibus, iniuriis, offensis, delictis, conditionibus personarum seu locorum ac aliis, propter que ad condemnationes et penas easdem rectores processere predicti, moderari et temperare insimul studeatis, prout secundum Deum iuxta vestre discretionis arbitrium de plano et absque strepitu et figura iudicii videritis faciendum. Super quibus tibi et eidem rectori plenam et liberam auctoritate presentium cecedimus potestatem.

Sic ergo prudenter, fideliter et discrete procedere^c studeas in hac parte, ut exinde non immerito commendari valeas et sedis apostolice gratiam uberius promereri.

Quod autem tu et rector ipse super hoc feceritis, nobis per litteras tuas harum seriem continentes studeas plenius intimare.

Dat. apud Urbemveterem XVI Kal. Februarii pontificatus nostri anno tertio.

^a Daneben am Rand ein Kopf. ^b Über der Zeile. ^c Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

¹ Gualterus de Fontanis, vgl. Nr. 248 Anm. 2.

² Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

395 ^a

Martin unterrichtet den Rektor Giffrid von Anagni darüber, dass er Gualtero de Fontanis in die Mark Ancona gesandt habe, um gemeinsam mit ihm, Giffrid, die Strafen, die seine Vorgänger verhängt haben und die als zu streng empfunden werden, nach eigenem Gutdünken zu mäßigen. Er befiehlt Giffrid, Gualtero würdig zu empfangen. Über ihre Maßnahmen sollen sie den Papst unterrichten.

(Orvieto, 1284 Januar 17).

*Reg. Vat. 42, fol. 81r-v
Siehe den vorhergehenden Brief.*

Martinus etc. Dilecto filio magistro Giffredo notario nostro Marchie Anconitan. rectori salutem etc.

Sicut ad nostrum pervenit auditum, diversi Marchie Anconitan. rectores predecessores tui diversis retroactis temporibus condemnationes fecerunt et penas imponere diversas, que quoad quantitatem earum immoderate ac excessive fore dicuntur, propter quod, si ad earum exactionem omnimodam processus forsitan haberetur, hii, quos condemnationes et pene supradicte contigunt, nimium gravarentur. Unde volentes super huiusmodi excessivis et immoderatis penis et condemnationibus exigendis moderationem et temperantiam debitam observari ac de probitate experta et fidelitate probata dilecti filii magistri Galteri de Fontan., prepositi de Ingreyo in ecclesia Carnoten., capellani nostri, spetialem fiduciam obtinentes ipsum ad partes Marchie duximus destinandum, ut tu et ipse insimul pensatis attentius et diligenter consideratis excessibus, iniuriis, offensis, delictis, conditionibus personarum et locorum ac aliis, propter que ad condemnationes et penas easdem rectores processere predicti, moderari et temperare curetis, prout secundum Deum iuxta vestre discretionis arbitrium de plano et absque strepitu et figura iudicii videritis faciendum. Super quibus tibi et eidem capellano per alias nostras litteras plenam et liberam concessimus potestatem.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus predictum capellanum benigne recipiens et honeste pertractans unacum ipso ad huiusmodi exequendum negotium sic prudenter, fideliter et discrete procedas, ut exinde non immerito commendari valeas et sedis apostolice gratiam uberius promereri.

Quod autem super hoc tu et predictus capellanus feceritis, nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare.

Dat. ut supra.

^a Eine Zählung in der Handschrift fehlt.

396 (192)

Martin erteilt Giffrid und Gualtero die umfassende Vollmacht, um mit denjenigen, die den als zu streng empfundenen Urteilen und Strafen der früheren Rektoren unterliegen, neue Vereinbarungen zu treffen.

(Orvieto, 1284 Januar 17).

*Reg. Vat. 42, fol. 81v
Siehe Nr. 394.*

Martinus etc. Dilectis filiis magistris^a Giffredo notario Marchie Anconitan. rectori et Galtero de Fontan. preposito de Ingreyo in ecclesia Carnoten. capellanis nostris salutem etc.

Cum vobis per alias nostras sub certa forma dedimus litteras in mandatis, ut diversas condempnationes et penas per diversos Marchie Anconitan. rectores diversis factas
5 retrotemporibus^b et inflictas, que quoad quantitatem earum immoderate ac excessive fore dicuntur, pensatis attentius et diligenter consideratis excessibus, iniuriis, offensis, delictis, conditionibus personarum et locorum ac aliis, propter que ad condempnationes^c et penas^c easdem rectores processere predicti, moderari et temperare curetis, prout secundum Deum iuxta vestre discretionis arbitrium de plano et absque strepitu et figura iudicii videritis
10 faciendum, concessa vobis super hiis per predictas litteras plena et libera potestate nos de vestre circumspectionis industria vestreque fidei puritate plenam in Domino fiduciam obtinentes vobis componendi, transigendi seu paciscendi nostro et ecclesie Romane nomine super condempnationibus et penis eisdem cum universitatibus civitatum, castrorum aliorumque locorum de Marchia et singularibus personis, quas condempnationes et pene^d ipse
15 contingunt, et faciendi compositiones, transactiones seu pactiones huiusmodi, quitandi, remittendi et diminuendi, prout videritis faciendum, plenam et liberam auctoritate presentium concedimus potestatem.

Dat. ut s.

^a Über der Zeile ^b Für retroactis temporibus. ^{c-c} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.
^d Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt, perie gestrichen.

397 (193)

Martin befiehlt Pietro Annibaldi, die Bewohner Larianos, mit denen er sich um das Lehen Mons Pedulus streitet, nicht weiter zu belästigen und alle Schäden, die er ihnen zugefügt hat, zu ersetzen und erklärt sich bereit, ihm gegebenenfalls vor der Kurie zum Recht zu verhelfen.

Orvieto, 1284 Januar 18.

*Reg. Vat. 42, fol. 81v-82r
Vgl. Savio, Gli Annibaldi, 362*

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Petro Anibaldi¹ civi Roman. salutem etc.
Ex parte dilectorum filiorum . . . castellani et hominum castri Lariani² fuit nobis expositum, quod tu eos super quodam tenimento, quod Mons Pedulus appellatur, impetas multipliciter et molestas faciendo capi eos et eorum animalia in dicto tenimento et pro eorum redemptione

5 extorquendo certam pecunie quantitatem et alias eis in personis et rebus graves iniurias et molestias inferendo, quamquam in ipsius tenimenti possessione fuerint et existant a tempore, cuius memoria non existit. Quare humiliter supplicabant, ut super hoc providere de oportuno remedio digna*remur^a.

10 Cum igitur nobilitatem tuam non deceat vassallos et fideles Romane ecclesie, cuius devotus diceris, immo ipsam ecclesiam taliter impugnare, set potius, quantum in te esset eos ab aliorum molestiis defensare, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus eosdem homines super possessionem dicti tenimenti pro nostra et apostolice sedis reverentia in personis et rebus ac animalibus eorum non molestes nec facias molestari et siqua ab eis per te vel vassallos tuos occasione huiusmodi sunt extorta, 15 restituas et restitui facias sine mora, ita quod super hoc non cogamur aliud adhibere remedium, set potius devotionem tuam proinde possimus merito in Domino commendare.

Nos enim parati sumus tibi benignam audientiam et maturam iustitiam exhibere, si super iure, siquod in dicto tenimento vel alias contra ipsos homines tibi credas competere, volueris in nostra curia contendere cum eisdem.

20 Dat. apud Urbemveterem XV Kal. Februarii pontificatus nostri anno tertio.

^a Zu ergänzen: providere.

¹ Vgl. zu ihm Nr. 103 Anm. 3.

² Lariano (bei Velletri, Prov. Rom).

398 (194)

Martin befiehlt dem königlichen Vikar in Rom, [Goffredo di Dragona], alle Übergriffe auf die Einwohner Larianos zu unterlassen.

(Orvieto, 1284 Januar 18).

Reg. Vat. 42, fol. 82r

Siehe auch den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Nobili viro . . vicario regio in Urbe¹ spiritum consilii sanioris.

Ex parte dilectorum filiorum . . castellani et hominum Lariani fuit nobis expositum, quod tu eos contra ipsorum iura et consuetudines, quibus sub dominio et protectione nostra et Romane ecclesie soliti sunt gaudere, gravas multipliciter et molestas ipsos ad contribuendum^a 5 in expensis Turreriorum, quos extra Urbem interdum transmittis, per captionem personarum et rerum ipsorum, cum ad Urbem accedunt, indebite compellendo. Quare iidem castellanus et homines ad nos habentes recursum supplicarunt super hoc sibi de oportuno remedio provideri.

Cum igitur te non deceat nostros et ecclesie Romane vassallos aliquatenus molestare, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus 10 pro nostra et apostolice sedis reverentia ab eorum molestiis et iniuriis abstinens reverenter ipsos gravare in talibus ulterius non presumas, quinimmo eos confoveas et defendas, ita quod de te non habeant materiam conquerendi nec nos oporteat propter hoc aliud remedium adhibere, set potius devotionem tuam possimus exinde in Domino merito commendare.

Dat. ut supra.

^a 'con' am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

¹ Goffredo di Dragona, siehe zu ihm Nr. 283.

399 (195)

Martin ernennt Guillaume Durand zum Rektor in temporalibus et spiritualibus in der Massa Trabaria, stattet ihn mit allen dazugehörigen Rechten aus und versichert ihm, seine Verfügungen zu achten.

Orvieto, 1284 Januar 18.

Reg. Vat. 42, fol. 82r-v

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro decano Carnoten. provincie Romaniole ac Masse Trabarie rectori salutem etc.

Inter sollicitudines plurimas et diversas, que noscuntur nobis iugiter imminere, hec potissime insidet cordi nostro, ut in singulis terris fidelium, set eis precipue, que pleno iure nobis et Romane ecclesie sunt subiecte, pacis opulentia et cultus iustitie observentur.

Cum itaque, sicut ex veridica relatione accepimus, status Masse Trabarie, que beati Petri et Romane ecclesie pleni iuris et proprietatis existit, ex diffuso inibi semine ab hoste humani generis graviter fluctuet ac eius incole se mutuo furore collidant, merito super hiis dolore pulsante cor nostrum excogitanda remedia, quibus tot malis inibi ingruentibus obsistatur, sollicite apposimus mentem nostram desiderantes, qualiter eadem Massa extirpatis vitiis et turbatorum inquietudine conquassata ad iocunditatem et pacis^a desiderabilis reducatur.

Et quia ad hec est persona deputanda utilis, cuius industria sit salubris ad singula et expugnatrix avida viciorum, ad te, de cuius experta bonitate confidimus, mentis nostre aciem spetialiter convertentes tibi rectoriam predicte Masse Trabarie cum omnibus coherentis et pertinentis suis in spiritualibus et temporalibus auctoritate apostolica plene duximus committendam disponendi, ordinandi, statuendi, corrigendi, diffiniendi, exequendi et faciendi in eadem Massa, quicquid honori eiusdem ecclesie ac prospero statui fidelium partium earundem expedire cognoveris, ac contradictores quoslibet et rebelles, quotiens expediret, spirituali et temporali districtione appellatione postposita compescendi concedentes tibi plenariam potestatem.

Ideoque discretionis tue per apostolica scripta mandamus, quatinus rectoriam ipsam devote suscipiens sic illam laudabiliter gerere studeas, quod exinde possis merito commendari ac nostre et dicte sedis gratiam de bono in melius promereri. Nos enim processus, sententias sive penas, quas spiritualiter et temporaliter rite tuleris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota in*violabiter^b observari, non obstantibus aliquibus privilegiis vel indulgentiis, quibuscumque personis, dignitatibus, ecclesiis, monasteriis ac conventibus quorumcumque ordinum, locis, communitatibus seu ecclesiasticis et secularibus personis generaliter vel spetialiter ab apostolica sede concessis, per que tue iurisdictionis executio possit quomodolibet impediri et de quibus in nostris litteris de verbo ad verbum fieri debeat mentio spetialis, seu quod pefatam rectoriam olim in spiritualibus et temporalibus dilecto filio Berardo, capellano nostro, canonico Reatin., et pridem tibi in temporalibus tantum per nostras litteras duximus committendam, seu quacumque alia commissione, que de rectoria dicte Masse vel eius partis in spiritualibus vel temporalibus cuicumque persone facta apostolica seu quavis auctoritate alia appareret.

Dat. apud Urbemveterem XV Kal. Februarii pontificatus nostri anno tertio.

^a Davor fehlt ein Wort (vielleicht *opulentiam* zu ergänzen).

^b Verschieden für *inviolabiliter*.

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

400 (196)

Martin verkündet dem Klerus und dem Volk in der Massa Trabaria die Ernennung Guillaume Durands zum dortigen Rektor in spiritualibus et temporalibus und fordert sie auf, ihm die üblichen Rechte und Einkünfte zuzugestehen.

(Orvieto, 1284 Januar 18).

Reg. Vat. 42, fol. 82v

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilectis filiis clero et populo Masse Trabarie salutem etc.

Inter sollicitudines etc. verbis competenter mutatis usque potestatem.

5 Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem, tamquam rectori vestro, in omnibus, que ad rectorie spectant officium, humiliter et efficaciter intendatis sibi de proventibus et aliis ecclesie Romane iuribus, prout responderi aliis rectoribus eiusdem Masse consuevit hactenus, nostro et ecclesie predictae nomine integraliter responsuri, ita quod devotionis affectus, quem ad eandem ecclesiam habere tenemini, appareat per effectum nosque reddatis^a exinde vobis favorabiles et benignos.

Alioquin etc. usque appareret.

10 Dat. ut supra.

^a Für *reddentes* oder *reddituri*.

401 (197)

Martin erklärt alle Vereinbarungen, die Andrea Spiliati bei seinem Vorgehen gegen Adinulf von Anagni und seine Anhänger mit den Einwohnern Anagnis getroffen hat, für nichtig, nachdem er sich sehr ungeschickt verhalten hat, und befiehlt ihm, weiterhin entschieden gegen die Rebellen vorzugehen und verbietet ihm nachdrücklich, mit Adinulf und seinen Gefolgsleuten ohne päpstliche Erlaubnis irgendwelche Abmachungen bezüglich der ihnen auferlegten Strafen zu treffen.

Orvieto, 1284 Januar 19.

Reg. Vat. 42, fol. 82v-83r

Martinus etc. Dilecto filio Andree Spiliati¹ capellano nostro canonico Cameracen. Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

5 Intellecto pridem, quod fideiussores, qui de parendo mandatis nostris et Romane ecclesie se tibi recipienti nomine nostro et ipsius ecclesie ad instantiam communis Anagnie² obligarant pro eo, quod ipsum commune super certis processibus per nos et te ipsum contra Adinulfum Mathie de Anagnia³ habitis occasione excessuum per eum olim in captione et devotione^a castri Frusinonis⁴ et alias contra nos et dictam ecclesiam commissorum obedire tuis mandatis dicebantur contumaciter contempsisse, in una domo constringebas morari et domum ipsam

10 per certos custodes faciens custodiri dicebaris iussisse fenestras et hostium eiusdem domus
muro concludi et dubitabatur, ne ad arcem Fumonis eosdem transmitteres sub custodia
moraturos, tibi sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut, si esset ita, processum
huiusmodi in personis ipsorum fideiussorum habitum sic caute et provide revocare studeres,
quod in personis per modum huiusmodi non gravarentur, set obligati remanerent absque
indebito gravamine sicut prius.

15 Et, ut predicti Anagnin. ad obediendum nostris mandatis et tuis super hiis astringerentur
fortius, volumus, quod preter memoratos fideiussores ampliores et magis ydoneas cautiones
iuxta tue discretionis arbitrium exigeres et reciperes ab eisdem. Et, si circa id tibi prompte et
devote obedire curarent, ad exactionem penarum contra dictum commune, quas incurrisse
noscuntur, per eorundem fideiussorum coactionem vel alias absque spetiali mandato nostro
20 procedere aliquatenus non curares, intendentes interim experiri, si predicti Anagnin. super
executionibus^b faciendis contra prefatum A. suosque complices et fautores ad tuum mandatum
se favorabiles exhiberent.

Verum, sicut ex tenore litterarum tuarum dilecto filio B., camerario nostro⁵, directarum
accepimus, tu litteris nostris receptis ipsarum tenorem supino intellectu pervertens quatuor
25 fideiussores ^cde solvendis^c mille Florenis auri et plus vel minus iuxta nostre voluntatis
arbitrium improvide recepisti non attendens, quod per te sunt in multa maiori quantitate
pecunie condempnati, et, quod gravius est, eisdem Anagnin. per tuas spetiales litteras ad
eorum cautelam tuam intentionem viliter expressisti, videlicet quod eos contra dictum
Adinulfum eiusque sequaces in civitate vel monte Anagnin. executionem vel guerram movere
30 vel facere aut eis mandare, ut contra eos ^din locis predictis executiones aliquas faciant, non
compelles et proviso tamen, quod, postquam idem Adinulfus ad mandata prefate ecclesie et
tua redierit, possis contra sequaces et fautores eius procedere ac eis^d mandare, ut contra eos
procedant, sicut tibi videbitur convenire.

Nos igitur considerantes, quod hec et similia, si suum consequenter effectum, nostro et
35 ecclesie Romane honori non modicum derogaret, cum ex hoc potius videatur tu eorum quam
ipsi tuis obedire mandatis, huiusmodi processum sic improvidum et etiam inconsultum et
quicquid per dictas vestras litteras vel alias occasione premissa eisdem * Anagnin. promisisti
seu convenisti vel egisti cum eis, revocamus, cassamus et nullius existere volumus firmitatis
cautionibus receptis ab eis in sua remanentibus firmitate tibi sub pena nostre gratie per
40 apostolica scripta firmiter precipiendo mandantes, quatinus huiusmodi processu et litteris tuis
nequaquam obstantibus contra dictos Adinulfum et sequaces ac^e fautores eius in civitate
Anagnin. eiusque districtu et alibi, ubicumque in Campania seu Maritima bona sua consistent,
ad exactionem penarum et districtionem bonorum ac alias, prout efficacius poteris, sic
intrepide et animose procedas, quod ex tua negligentia vel defectu alienam culpam in te
45 retorquere minime videaris, set potius sollicitudo tua exinde apud nos valeat merito
commendari.

Ceterum, quia spetialiter cordi gerimus, ut in executionibus huiusmodi faciendis in hiis,
que ad nostrum et Romane ecclesie honorem pertinent, efficax studium debeat adhiberi, tibi
districtius inhibemus, ut super predictis condempnationibus et penis, quas iidem A., sequaces
50 et fautores eius incurrisse noscuntur, nullum pactum, compositionem seu concordiam in eas vel
facias cum eisdem absque nostra licentia spetiali.

Dat. apud Urbemveterem XIII Kal. Februarii pontificatus nostri anno tertio.

^a wohl verschrieben für detentione. ^b actionibus vor Korrektur. ^{c-c} Am Rand, durch Zeichen hier
eingefügt. ^{d-d} am unteren Seitenrand von der gleichen Hand nachgetragen und durch Zeichen hier
eingefügt. ^e et vor Korrektur.

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Anagni, Prov. Frosinone.

³ Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

⁴ Frosinone.

⁵ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

(198)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Anagni unter Strafindrohung, dem Rektor Andrea Spiliati und Jean d'Eppe bei ihrem Vorgehen gegen den aufständischen Adinulf und seine Anhänger zu unterstützen und teilt ihnen mit, dass ihre Abmachungen mit dem Rektor nichtig sind.

(Orvieto, 1284 Januar 19).

Item in eundem modum. . . potestati, consilio et comuni Anagnin. spiritum consilii sanioris.

Intellecto etc. ut in proxima verbis competenter mutatis usque firmitate.

Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus predicto rectori et dilecto filio, nobili viro Johanni de Epa,¹ capitaneo exercitus Romane ecclesie in Campania et Maritima, ad executionem et exactionem condempnationum et penarum, quas dicti Adinulfus eiusque complices et fautores premissis causis seu occasionibus incurrisse noscuntur vel eis in rebellione et contumacia persistentibus incurrerint in futurum, tam in civitate ac districtu vestris quam alibi, ubicumque in eisdem Campania seu Maritima bona eorum consistunt, prout iidem rector ^aet capitaneus vel alter eorum vobis mandaverint, sic prompte et devote obedire curetis, quod occasione seu pretextu predictae concessionis seu promissionis vobis facte a predicto rectore^a et quam, ut premittitur, nullam firmitatem habere volumus, nullum ingeratur diffugium seu obstaculum apponatur, quominus ad nostra et eiusdem ecclesie mandata redire penitus compellantur vosque exinde nostram et apostolice sedis benivolentiam reddatis vobis in vestris profectibus promptiorem, scituri pro certo, quod, si super hiis devotio vestra tepescet, vel illum, quem erga nos et Romanam ecclesiam affectum habere tenemini, per effectum operis non monstraret, contra vos spritualiter et temporaliter, prout expedire viderimus, procedi viriliter et potenter auctore Domino faciemus.

Dat. ut supra.

^{a-a} Am Briefende von gleicher Hand nachgetragen.

¹ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

402 (199)

Karl von Anjou erklärt seine volle Zustimmung zu einem Schreiben Martins folgenden Inhalts:

Martin verlängert auf Bitten Karls die Frist, in der der Zins von 8000 Goldunzen. für das Königreich Sizilien gezahlt werden muß, vom Fest Peter und Paul auf Weihnachten des gleichen Jahres. Alle anderen Bestimmungen, die im Zusammenhang mit diesem Zins stehen,

sowie alle zukünftig zu leistenden Zahlungen bleiben von dieser einmaligen Verlängerung unberührt. Sollte Karl zustimmen, soll er ihm das bis Weihnachten mitteilen.

Orvieto, 1283 November 23.

10 *Reg. Vat. 42, fol. 83r-v*
Kiesewetter, Anfänge, 136.

Tenor quarundam litterarum . . . regis Sicilie¹ missarum domino pape.

Sanctissimo in Christo patri et domino suo, domino Martino, divina providentia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici, Karolus dei gratiam rex Jerosolimitan. et Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue, alme Urbis senator, princeps
5 Achaye, Andegavie, Provincie, Forchalquerii et^a Tornadon. comes, cum omni reverentia et honore devota pedum oscula beatorum. Vestre sanctitatis litteras in hec verba recepi:

Martinus episcopus servus servorum dei. Carissimo in Christo filio K. regi Sicilie illustri salutem et apostolicam benedictionem^b.

Per tuos nobis nuntios et litteras supplicasti, ut, cum censum octomilium unciarum auri ad
10 pondus regni Sicilie, ad quem solvendum in instanti festo beatorum apostolorum Petri et Pauli nobis et ecclesie Romane teneris, in eodem festo solvere commode nequeas variis negotiis et expensarum oneribus^c imminentibus impeditus terminum solutionis dicti census faciende in festo predicto usque ad * festum nativitatis Domini primo venturum^d prorogare de speciali gratia curaremus².

15 Nos itaque impedimentorum tuorum conscii et onerum^e non ignari super illis paterno tibi compatiens affectu terminum eiusdem solutionis dicti census octomilium unciarum in prefato apostolorum festo, ut predicatur, faciende usque ad predictum festum nativitatis dominice proximo venturum ad tue petitionis instantiam sub illis eiusdem penis tam spiritualibus quam temporalibus et obligationibus, que sunt pro solutione ipsius census in
20 eodem festo apostolorum faciende statute seu etiam ordinate de fratrum nostrorum consilio, prorogamus, ita tamen, quod per prorogationem huiusmodi eiusdem solutionis faciende in dicto festo apostolorum terminus imposterum nullatenus inmutetur, set in eodem apostolorum festo annis singulis solutionem ipsam facere tenearis sub penis statutis et ordinatis, sicut in conditionibus et conventionibus inter eandem ecclesiam et te habitis in concessione predicti
25 regni ab ipsa ecclesia tibi facta plenius continetur, et, si forte deficeres in solutione predicti census in eodem festo nativitatis Domini faciende, proinde penas incurras easdem, ac si non facta huiusmodi prorogationis gratia dictum censum tempore secundum easdem conventiones debito te non solvere contigisset, ita etiam, quod per petitionem et concessionem prorogationis huiusmodi dicte conditiones et conventiones nullam prorsus innovationis
30 variationem sentiant nec mutationis dispendium patiantur, set in sua omnino permaneant firmitate nec tu aut tui successores in regno predicto quoad solutionem dicti census decetero in sepefato apostolorum festo annis singulis faciendam aliter quomodolibet teneamini quam tenebamini hactenus, priusquam prorogationis eiusdem petitio et prorogatio processissent, set sic in omnibus et per omnia teneamini, prout inter Romanum pontificem et Romanam
35 ecclesiam^f ex parte^f una et te ex altera ordinatum extitit et conventum.

Ceterum volumus, ut, si huiusmodi supplicationem tuam et prorogationem nostram ratas habueris, super hoc patentes litteras tuas harum seriem continentes aurea tua bulla signatas in forma, quam dilectus filius Berardus camerarius noster³ tibi sub suo sigillo transmittit, nobis infra dictum festum nativitatis cessante qualibet occasione transmittas, alioquin prorogatio
40 huiusmodi nullius penitus sit momenti.

Dat. apud Urbemveterem III. Kal. Iulii pontificatus nostri anno tertio.

Ego igitur, pater sanctissime, pro tanta gratia vobis ad gratiarum actiones inclinans et omnibus ac singulis supra contentis assentiens sic ad vos et santissimam matrem meam in hiis et aliis Dei fultus auxilio me habeo ecclesiam, quod devotionis mee patentibus incrementis
45 in conspectu Dei et hominum reddar ipsius minime gratiosus.

Dat. apud Durium Regis anno domini M^o CC^o LXXXIII^o ^gdie XXIII^g. Novembris XI^e Indictionis regnorum nostrorum Jerosolimitan. anno VII^o, Sicilie vero XIX^o.

^a Über der Zeile nachgetragen. ^b Daneben am Rand: census VIII^m unciarum auri Romane ... ? ^c Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt, hominibus getilgt. ^d venture vor Korrektur. ^e Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt, hominum getilgt. ^{f-f} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt. ^{g-g} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

¹ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

² Dieser Termin konnte aber nicht eingehalten werden, sondern der Lehenszins wurde bis zum 13. Januar 1284 gestundet (siehe oben Nr. 393), die Zahlung erfolgte aber dann am 5. Januar (Quittung siehe oben Nr. 392).

³ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

403 (200)

Martin beauftragt Berard, den genannten Kammerkaufleuten, die Einnahmen aus dem Kreuzzugszehnten, der in den genannten Gebieten erhoben wurde, zur Aufbewahrung zu übergeben. Über die Übergabe sollen Notariatsinstrumente angefertigt werden. Gleichzeitig erteilt er ihm die Vollmacht, die Zahlung zu quittieren.

Orvieto, 1284 Januar 20.

Reg. Vat. 42, fol. 83v-84r

Martinus^a etc. Dilecto filio Berardo camerario nostro¹ salutem etc.

Cum de spetiali beneplacito et mandato nostro procedat, ut totam pecuniam decimarum concessarum subsidio Terre Sancte, que in regnis Sicilie², Ungarie³, Aragonie⁴ et Navarre⁵ ac in Viennen.⁶, Arelaten.⁷, Aquen.⁸, Ebredunen.,⁹ Tarentasien.¹⁰ ac Bisuntin.¹¹ provinciis
5 necnon in insulis Sardinie et Corsice¹² auctoritate apostolica est collecta, in depositum seu quocumque alio modo a quibuscumque mercatoribus seu personis habetur, dilectis filiis Dino Johannis de Thomasi Spiliati et Hugonis Spine, Maynecto Raynaldi de Pulicum et Rimbertainorum Florentin., Thure Bonamiki de Bonaventure Bernardini Senen. et Vanti Honesti
10 ^bde Riczardorum^b Lucan., societatibus camere nostre mercatoribus, nostro et Romane ecclesie ac predictae Terre Sancte nomine assignetur, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus huiusmodi pecuniam decimarum collectarum in regnis, provinciis et insulis supradictis^c ab illis^c, qui eam in depositum vel quocumque alio modo, ut predicatur, habere noscuntur, predictis mercatoribus camere nostre vel quibuscumque aliis de societatibus eorundem solvi et assignari facias nomine supradicto eos, apud quos huiusmodi decimarum
15 pecunia reperitur ad id, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam vel alias appellatione * postposita, prout expedire videris, compellendo.

Volumus autem, ut de assignatione et solutione huiusmodi confici facias publica instrumenta pro nostra et predictae^d Terre Sancte cautela in nostra camera conservanda. Nos enim de hiis, que fuerint predicto nomine antedictis mercatoribus persoluta, faciendi finem et refutationem ydoneam singulis pro toto vel rata quantitatibus, quam solverint de decimis
20

supradictis, ac eis [cas]sandi^e, annullandi, cancellandi^f necnon restituendi omnia instrumenta, litteras et obligationes sub quacumque forma confecta quoad ea, que solverint, ita quod pretextu eorum ipsi socii, heredes et successores ipsorum in perpetuum impeti vel molestari non possint, plenam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem.

25 Dat. apud Urbemveterem XIII Kal. Februarii pontificatus nostri anno tertio.

^a Daneben am Rand: de decimis, darunter: de pecunia data mercatoribus camere. ^{b-b} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt. ^{c-c} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt. ^d Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt, dicte gestrichen. ^e sandi im Text. ^f Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Sizilien.

³ Ungarn.

⁴ Aragon.

⁵ Navarra.

⁶ Vienne.

⁷ Arles.

⁸ Aix-en-Provence.

⁹ Embrun.

¹⁰ Tarentaise

¹¹ Besançon.

¹² Sardinien und Korsika.

404 (201)

Martin befiehlt dem Rektor in der Romagna, Guillaume Durand, dass er in Abstimmung mit dem Kardinallegaten, einigen der französischen Söldner, denen ihr Sold aufgrund der Lebensmittelknappheit in der Romagna nicht mehr genügt und der wegen der vom Krieg verursachten Armut nicht gänzlich von den Kommunen aufgebracht werden kann, ausnahmsweise von der päpstlichen Kammer Geld zukommen läßt. Ferner soll er dem Kapitän des päpstlichen Heeres, Guido von Montfort, den geschuldeten Sold bezahlen. Außerdem soll er jemanden zum Heer senden, der vom Geld der Kammer die Anschaffung neuer Pferde bezahlen soll.

Orvieto, 1284 Januar 31.

Reg. Vat. 42, fol. 84r

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 430 - Potthast 22099.

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmi Duranti¹ decano ecclesie Carnoten. capellano nostro rectori provincie Romaniolae salutem etc.

5 Intellecto dudum, quod stipendiarii gallici, qui ad nostrum et ecclesie Romane servitium in commissa tibi provincia immorantur, de stipendiis, que ab hominibus provincie predicte recipiunt, propter victualium caristiam non poterant commode sustentari, tibi nostris sub certa forma dedimus litteris in mandatis, ut eisdem stipendiariis de consilio et assensu venerabilis fratris nostri . . . episcopi Portuen.², apostolice sedis legati, ampliora stipendia, sicut videre^a expediens, usque ad nostre voluntatis beneplacitum faceres exhiberi.

10 Verum quia, sicut nuper tuis nobis litteris intimasti, homines dicte provincie propter guerras tanto premuntur^b onere paupertatis, quod de ipsorum pecunia non possent dicta stipendia sine gravi scandalo ampliari, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus de consilio et assensu ipsius legati, si commode poterit fieri, ordines et disponas, quod iidem

15 stipendiarii deputatis eis stipendiis ab eisdem communitatibus sint contenti. Quod si forte ad id induci non possent, ne materiam habeant recedendi vel se ^a dicto ^c servitio subtrahendi, considerata qualitate temporis et aliis, que fuerint attendenda, illis ex dictis stipendiariis, quos utiliores esse prospexeris, de pecunia camere nostre non nomine stipendiorum, ne id imposterum ad exemplum vel consequentiam ab eis vel aliis trahi possit, set de gratia spetiali exhibeas amplius, secundum quod tu et dictus legatus videritis faciendum.

20 Volumus insuper, ut dilecto filio nobili viro Guidoni de Monteforti³, capitaneo exercitus Romane ecclesie in Romaniola, de stipendiis sibi debitis ratione preteriti temporis integre satisfacias et etiam pro rata temporis in futurum, secundum quod aliis stipendiariis secum morantibus stipendia persolventur.

25 Preterea, ne iidem stipendiarii occasione emendarum equorum materiam habeant se ab exercitu absentandi, mandamus tibi, ut aliquam fidelem personam transmittas in dicto exercitu moraturam, que prefatis stipendiariis in casibus consuetis et debitis, prout dilectus filius nobilis vir Gervasius de Escrenis, marescalcus dicti exercitus, cui super hiis litteras nostras dirigimus, a quo per te vel alium, quod id fideliter faciet, recipi facias iuramentum, de modo et casu faciente restitutionis necnon et valore equi restituendi diligenti examinatione premissa apodixam sub sigillo suo duxerit concedendam, de pecunia camere nostre predictas emendas restituat et persolvat et de hoc reddat tibi vel camere nostre nichilominus rationem.

30 Dat. apud Urbemveterem II. Kal. februarii pontificatus nostri anno tertio.

^a Für videres.

^b Für premunitur.

^{c-c} Über der Zeile nachgetragen.

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

² Bernardo da Languissel, vgl. Nr. 35 Anm. 2.

³ Guido von Montfort, vgl. Nr. 269 Anm. 2.

405 (202)

Martin befiehlt dem Kardinallegaten B(ernardo da Languissel) über die Bezahlung der französischen Söldner gemeinsam mit dem Rektor zu entscheiden.

Orvieto, 1284 Januar 31.

Reg. Vat. 42, fol. 84r-84v

Martinus etc. Venerabili fratri B. episcopo Portuen.¹ apostolice sedis legato salutem etc.

5 Intellecto dudum, quod stipendiarii gallici, qui ad nostrum et ecclesie Romane servitium in provincia Romaniole immorantur, de stipendiis, que ab hominibus provincie predicte recipiunt, propter victualium caristiam non poterant commode sustentari, dilecto filio magistro Guillelmo Duranti,² capellano nostro, rectori ipsius provincie, sub certa forma dedimus litteris in mandatis, ut eisdem stipendiariis ampliora stipendia, sicut tibi et ipsi videretur expediens, usque ad nostre voluntatis beneplacitum exhiberet. Verum quia, sicut nuper tam tuis quam ipsius rectoris litteris nobis extitit intimatum, homines dicte provincie propter guerras tanto * premuntur onere paupertatis, quod de ipsorum pecunia non possent dicta stipendia sine gravi scandalo ampliari, nos eidem rectori inter alia nostris damus litteris
10 in mandatis, quod si commode fieri poterit, una tecum ordinet et disponat, quod iidem stipendiarii deputatis eis stipendiis ab eisdem civitatibus sint contenti. Quod si forte ad id induci nequiverint, ne materiam habeant recedendi vel se a dicto servitio subtrahendi, considerata qualitate temporis et aliis, que fuerint attendenda, illis ex dictis stipendiariis, quos

15 utiliores esse perspexerit, de pecunia camere nostre non nomine stipendiorum, ne id imposterum ad exemplum vel consequentiam ab eis vel ab aliis trahi posset, set de gratia spetiali exhibeat amplius, prout tu et ipse videritis faciendum.

Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus super premissis plenum adhibens intellectum consideratis omnibus, que fuerint attendenda, cum eodem rectore
20 ordines et dispones, quod super hiis magis videritis expedire. Super eo vero, quod stipendiarios, qui sunt contra Urbinates³, in habendis emenda equorum oportebat ad rectorem provincie laborare, eidem rectori, qualiter in hiis procedere debeat, per nostras litteras beneplacitum nostrum duximus exprimendum.

Dat. apud Urbemveterem II. Kal. Februarii pontificatus nostri anno tertio.

¹ Bernardo da Languissel, vgl. Nr. 35 Anm. 2.

² Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

³ Urbino.

406 (203)

Martin befiehlt dem Marschall des päptlichen Heeres in der Romagna, Geravasio de Escrenis, genaue Nachforschungen über die Pferde anzustellen, die den Söldnern in der Romagna zu ersetzen sind, und den rechtmäßigen Anspruch darauf den Betroffenen zu bestätigen.

Orvieto, 1284 Januar 31.

Reg. Vat. 42, fol. 84v

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Gervasio de Escrenis¹ marescalco exercitus Romane ecclesie in Romaniola salutem etc.

De tua fidelitate confisi presentium tibi tenore mandamus, quatinus super restitutionibus faciendis equorum stipendiariis, qui in provincia Romaniole ad nostrum et Romane ecclesie
5 servitium immorantur, diligenter examinatis causis et conditionibus universis, que fuerint in talibus attendende, qualibet fraude cessante deum habendo pre oculis illis, quorum equi fuerint emendandi, sub sigillo tuo concedas singulas apodixas casum continentes et causam cum aliis circumstantiis oportunis, qualiter sit emenda huiusmodi facienda, super quibus fideliter exequendis volumus, ut iuramentum exhibeas, prout dilectus filius . . . rector dicte
10 provincie², tibi per se vel alium duxerit iniungendum.

Tu vero in hoc sic discrete ac sapienter te haberis, quod tuam possimus exinde devotionem merito commendare.

Dat. apud Urbemveterem II. Kal. Februarii pontificatus nostri anno tertio.

¹ Nicht nachgewiesen.

² Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 !nm. 1.

407 (204)

Martin übergibt dem Rektor der Campania und Marittima, Andrea Spiliati, den Ort und die Burg Castro, deren Bewachung er veranlassen soll, nachdem sie der bisherige Kastellan Petro de Palumbaria herausgegeben hat.

Orvieto, 1284 Februar 8.

Reg. Vat. 42, fol. 84v

Martinus^a etc. Dilecto filio Andree Spiliati¹ capellano nostro Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

Cum homines Castri² Verulan. diocesis ex certis causis hoc tempore velimus sub regimine tuo consistere ac per tuam industriam roccam ipsius castri cum diligentia custodiri, eadem
5 castrum et roccam discretioni tue tenore presentium duximus committenda per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus eandem roccam ad manus tuas recipiens illam nostro et ecclesie Romane nomine facias fideliter custodiri.

Nos enim dilecto filio Petro de Palumbaria³, castellano ipsius castri et rocce, nostris damus
10 litteris in preceptis, ut predictam roccam cum omnibus armis et guarnimentis, utensilibus et rebus, que habentur ibidem, tibi vel tuo certo nuntio nostras litteras deferenti sine dilatione qualibet studeat assignare. Tu autem omnia, que inveniuntur in rocca et castro prefatis, conscribi facias diligenter, ut per hoc sciri possit, si eam tibi resignat cum rebus omnibus, quas invenit ibidem, quando prefatam sibi castellaniam duximus committendam.

Dat. apud Urbemveterem VI. Idus Februarii pontificatus nostri anno tertio.

^a Daneben am Rand: hic.

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Castro, ca. 15 km südlich vom Bischofssitz Veroli (Prov. Frosinone) entfernt.

³ Nicht nachgewiesen.

408 (205)

Martin teilt den Einwohnern des Ortes Castro mit, dass er den Ort und die Burg dem Rektor Andrea Spiliati übergeben habe, und befiehlt ihnen, diesem bzw. seinem Gesandten Gehorsam zu leisten.

Orvieto, 1284 Februar 9.

Reg. Vat. 42, fol. 84v

Siehe den vorhergehendenj Brief.

Martinus etc. Dilectis filiis hominibus Castri Verulan. diocesis nostris et ecclesie Romane fidelibus salutem etc.

Cum vos et roccam castri Verulan. diocesis ex certis causis hoc tempore velimus sub dilecti filii Andree Spiliati capellani nostri Campanie Maritimeque rectoris regimine
5 consistere ac eandem roccam per ipsius industriam diligentius custodiri, eidem rectori eadem castrum et roccam per nostras litteras duximus committenda.

Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem rectori vel ei, cui predictam roccam duxerit committendam, tamquam castellano vestro, in omnibus, que ad suum spectant officium, devote ac humiliter obedire et intendere procuretis, ita quod devotio
10 vestra exinde possit in Domino merito commendari.

Dat. apud Urbemveterem V. Idus Februarii pontificatus nostri anno tertio.

409 (206)

Martin teilt dem Kastellan des Dorfes Castro, Petro de Palumbaria, mit, dass er Dorf und Burg dem Rektor Andrea Spiliati unterstellt hat und befiehlt ihm, die Burg mit allen dazugehörenden Gegenständen Andrea oder seinen Gesandten zu übergeben und darüber Notariatsinstrumente anfertigen zu lassen.

(Orvieto, 1284 Februar 9).

*Reg. Vat. 42, fol. 85r
Siehe Nr. 407.*

Martinus etc. Dilecto filio Petro de Palumbaria castellano castris Verulan. diocesis salutem etc.

Cum homines etc. usque velimus sub dilecti filii Andree Spiliati capellani nostri Campanie Maritimeque rectoris regimine consistere ac per ipsius industriam^a eiusdem castris roccam
5 diligenter custodiri, eidem rectori castrum et roccam huiusmodi per nostras litteras duximus committenda.

Ideoque presentium tibi tenore firmiter precipiendo mandamus, quatinus roccam ipsam cum armis, guarnimentis et utensilibus ad ipsam spectantibus prefato rectori sive ipsius certo nuntio presentes litteras deferenti visis hiis litteris sine qualibet difficultate assignes faciens
10 confici de assignatione huiusmodi tria publica instrumenta, quorum unum penes te retineas et aliud apud prefatum rectorem remaneat et tertium ad nos deferas in nostra camera conservandum.

Dat. ut supra.

^a Für industriam.

410 (207)

Martin befiehlt dem Rektor Andrea Spiliati und dem Kapitan des päpstlichen Heeres, Jean d'Eppe, dafür zu sorgen, dass das Dorf Montelungo von 50, das Kastell bei Stinta von 12 und der Turm Gorge von 8 Personen jeweils auf Kosten Adinulfs von Anagni bewacht wird.

Orvieto, 1284 Februar 20.

Reg. Vat. 42, fol. 85r

Martinus etc. Dilectis filiis Andree Spiliati^a capellano nostro Campanie Maritimeque rectori et nobili viro Johanni de Epa¹ capitaneo exercitus Romane ecclesie in Campania et Maritima salutem etc.

5 Nuper ex parte vestra inter alia nobis extitit intimatum, quod Adinulfus Mathie de Anagnia² de parendo nostris et ecclesie Romane mandatis pro se suisque tam de Anagnia quam vassallis suis sequentibus arcem seu munitionem castris Montislongi³ per sex, castellum iuxta Stintam per totidem et turrim Gorge per quatuor custodes in singulis predictis locis computatis singulis castellanis custodienda in expensis ipsius Adinulfi nostro et ecclesie Romane nomine in vestris manibus assignavit. Super quibus, quid ulterius facere debeatis,
10 nostrum vobis petiistis beneplacitum explicari.

Nos autem considerantes, quod huiusmodi munitio, castellum et turris non possent sufficienter cum tam paucis custodibus custodiri, volumus et presentium vobis tenore mandamus, quatinus in eiusdem castris Montislongi viginti ac predicti castelli duodecim necnon et ipsius turris de Gorga octo custodiis fideles servientes computatis castellanis et
15 servientibus in prefatis munitionibus per vos iam positis absque dilatione qualibet deputetis in ipsius Adinulfi expensis et sumptibus usque ad nostrum beneplacitum moraturos circa hoc talem adhibentes diligentiam et cautelam, quod de ipsorum custodum incuria sive negligentia nulla possit haberi suspitio, set potius sollicitudinis vestre diligentiam propter hoc de bonis in melius commendare merito valeamus.

20 Dat. apud Urbemveterem X. Kal. Martii pontificatus nostri anno tertio.

^a Für Spiliati.

¹ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25.

² Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

³ Montelungo, Prov. Rom.

411 (208)

Martin befiehlt Andrea Spiliati und Jean d'Eppe, Adinulf zur vollständigen Übernahme der Kosten für die angeordnete Bewachung der obengenannten Orte zu drängen. Sollte er jedoch nur einen Teil übernehmen, sollen sie aus päpstlichen Mitteln für den Rest aufkommen. (Orvieto, 1284 Februar 20).

Reg. Vat. 42, fol. 85r.

Siehe den vorhergehenden Brief.

Item. Eisdem.

Nuper etc. ut supra in proximo usque moraturos ^amutatis mutandis^a.

5 Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem Adinulfum ad solvendam expensas eisdem custodibus, quos deputati volumus in custodiis supradictis, sollicitè inducatis. Quodsi forte super hoc se durum vel multum^b difficilem reddiderit, vos illis custodibus, quos circa predictum numerum ultra illos, quos expensis prefati Adinulfi deputabitis, de bonis Romane ecclesie faciatis expensas ipsas usque ad nostrum beneplacitum exhiberi, quia pro tali defectu nolumus loca ipsa sine sufficienti custodum numero remanere aliquatenus immunita.

10 Dat. ut supra.

^{a-a} Über der Zeile nachgetragen.

^b Daneben am Rand: clausa fuit.

412 (209)

Martin ersucht den englischen König [Eduard I.], den geschuldeten Zins von 1000 Mark Sterling für dieses und das letzte Jahr zu zahlen und dem in England weilenden Kammerkleriker Giffrid zu übergeben.

Orvieto, 1284 Februar 13.

Reg. Vat. 42, fol. 85r

Rymer, Foedera I, 228. - Potthast 22102, Bliss, Calendar I, 477. - Lunt, Financial Relations, 162.

Martinus etc. Carissimo in Christo filio . . . regi Anglorum¹ illustri salutem etc.

Honorem tuum, fili carissime, decere credimus ac tuis et regni tui prospectibus expedire, ut, quod iuste debes sacrosancte Romane ecclesie, matri tue, sic promptus exolvas, quod gratiam acquiras ex debito et commendari mereatur celsitudo regia ex affectu.

5 Cum igitur census annuus mille marcharum sterlingorum a te - sicut nosti - Romane^a ecclesie debeatur,² serenitatem regiam requirimus et rogamus attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus censum ipsum pro duobus annis transactis terminatis in festo beati Michaelis proximo preterito dilecto filio magistro Giffredo³, camere nostre clerico in Anglia commoranti, has tibi litteras presentanti nostro et ecclesie predictae nomine facias
10 integre et liberaliter assignari, ita quod nos id gratum habentes magnificentiam tuam possimus exinde merito commendare.⁴

Dat. apud Urbemveterem Idus Februarii pontificatus nostri anno tertio. *

^a *Daneben am Rand: censu? mille marcharum sterlingorum ecclesie Romane per regem Anglie*

¹ Eduard I., König von England 1272 - 1307.

² Gemeint ist der Peterspfennig, vgl. Nr. 43.

³ Giffrid von Vezano, vgl. zu ihm Nr. 43 Anm. 3.

⁴ Am 7. Juli 1284 war die Summe von 2000 Mark bezahlt, vgl. Lunt, a. a. O., 162. Wie Lunt vermutet, stand die prompte Auszahlung des Peterspfennigs im Zusammenhang mit den Verhandlungen, die Eduard I. mit Martin IV. über die Einkünfte aus dem am Konzil von Lyon 1274 ausgeschriebenen sechsjährigen Kreuzzugszehnten führte, mit dem der englische Klerus belegt worden war.

413 (210)

Martin befiehlt dem in England weilenden Kammerkleriker Giffred, bei König (Eduard) mit Nachdruck auf der Zahlung des Zinses für die beiden vergangenen Jahre zu bestehen und das empfangene Geld Mitgliedern der genannten Handelsgesellschaften zu übergeben, worüber eine Urkunde bzw. ein Notariatsinstrument anzufertigen ist, die er der Kammer schicken soll.

(Orvieto, 1284 Februar 13).

Reg. Vat. 42, fol. 85v - Lunt, Financial Relations, 162.

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio magistro Giffredo camere nostre clerico in Anglia commoranti salutem etc.

Cum carissimum in Christo filium nostrum . . . regem Anglorum illustrem nostris litteris specialiter requiramus, ut annum censum^a mille marcharum sterlingorum, in quo ecclesie Romane tenetur, pro duobus annis transactis terminatis in festo Sancti Michaelis proximo preterito tibi nostro et ecclesie predictae nomine integre et liberaliter faciat assignari, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus dictas litteras regi representans eidem, ut de prefato censu iuxta ipsarum litterarum tenorem satisfaciat, insistas apud eum studio et sollicitudine oportunis assignaturus censum ipsum ad opus camere nostre sociis mercatorum ipsius camere in Anglia commorantibus de societatibus Thomasiai Spiliati et Hugonis Spine, Pulicum et Rimbertainorum de Florentia, Bonaventure Berardini de Senis et Riczardorum de Luca et recepturus ab eis de assignatione huiusmodi patentes ipsorum litteras sive publicum instrumentum, quod ad eandem cameram per fidelem nuntium studeas destinare.

Dat. ut s.

^a *Korrigiert aus censuum.*

414 (211)

Martin erteilt Giffred die Vollmacht, gegenüber dem englischen König (Eduard), sobald dieser den geschuldeten Zins gezahlt hat, den Empfang des Geldes zu quittieren.

(Orvieto, 1284 Februar 13).

Reg. Vat. 42, fol. 85v

Das Original dieses Stückes befindet sich im Public Record Office, vgl. Sayers, Original papal documents, Nr. 863 (siehe Einleitung) und ist gedruckt bei Rymer, Foedera I, 228 - Potthast 22103, Bliss, Calendar I, 477 - Lunt, Financial Relations, 162. - Siehe zu den Namen Nr. 412.

Martinus etc. Dilecto filio magistro Giffredo camere nostre clerico in Anglia commoranti salutem etc.

Cum super solutione annui census mille marcharum sterlingorum, in quo carissimus in Christo filius noster . . . rex Anglorum illustris pro duobus annis transactis terminatis in festo beati Michaelis proximo preterito nobis et ecclesie Romane tenetur tibi nostro et ipsius ecclesie nomine facienda eundem regem per nostras litteras requiramus, nos de tue discretionis industria plenarie confidentes faciendi eidem regi nostro et ecclesie prefate nomine refutationem plenariam de huiusmodi censu duorum annorum, postquam tibi de illo prefato nomine fuerit integre satisfactum, plenam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem.

Dat. ut supra¹.

¹ Das bei Rymer, a. a. O. gedruckte Original enthält das Datum: Dat. apud Urbem veterem idibus Februarii pontificatus nostri anno tertio.

415 (212)

Martin befiehlt Giffrid, dem Rektor der Mark Ancona, und Gualtero de Fontanis, bei der Einziehung fälliger Bußen, die gegen einzelne Orte der Mark verhängt worden waren,

vorsichtig zu verfahren und damit nicht bei allen gleichzeitig zu beginnen, um so Unruhen zu vermeiden.

Orvieto, 1284 Februar 27.

Reg. Vat. 42, fol. 85v

Martinus etc. Dilectis filiis magistris G. rectori Marchie Anconitan. notario¹ et G. de Fontanis² capellano nostris^a salutem etc.

Prout ex litteris tuis, fili Gualtere, et aliquorum aliorum insinuatione accepimus, tu, fili rector, super eo, quod vobis condempnationum negotium sub certa forma commissimus, generaliter omnibus comitatibus^b tam civitatum quam castrorum Marchie per tuas litteras iniunxisti, ut certa die coram te compareant soluturi omnes condempnationes factas retroacto tempore contra eos, de quibus non esset camere satisfactum vel cum ea compositio aut concordia celebrata, notificato eis per alias litteras tuas clausas, quomodo super hoc vobis moderandi ipsas condempnationes ac componendi seu transigendi de eis vobis est facultas per nostras litteras attributa.

Nos considerantes, quod non fuisset simul incipiendum ab omnibus, sed divisim et successive, ab illis communitatibus, que non existerent fortiores, ne ex huiusmodi generalitate mandati posset machinationis seu turbationis materia exoriri, volumus et mandamus, quatinus in premissis discrete procedentes et caute processus vestros non incipiatis sic generaliter facere contra omnes, sed successive, et de condempnationum qualitibus preinstructi singulariter cum singulis comunitatibus et aliis privatis personis huiusmodi negotium prosequamini et utiliter assumatis, ita quod circumscriptio vestra proinde possit de fructuosa diligentia commendari.

Dat. apud Urbemveterem. IIII. kal. Martii pontificatus nostri anno tertio.

^a *Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt, allerdings verschrieben für nostro (oder an Stelle von capellano capellanis).* ^b *Wohl für communitatibus.*

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Gualterus de Fontanis, vgl. Nr. 248 Anm. 2.

416 (213)

Martin erteilt dem Kanoniker von St. Peter, Albert von Parma, die Vollmacht, zwei vakant gewordene Pfründen in der Basilika Sancta Sanctorum neu zu besetzen, wobei einer der Providierten Priester sein soll.

Orvieto, 1284 Februar 27.

Reg. Vat. 42, fol. 86r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Alberto de Parma¹ canonico Basilice principis apostolorum de Urbe salutem etc.

Cum, sicut accepimus, in basilica de Sancta Sanctorum palatii Lateranen., in qua ad nos clericorum institutio et beneficiorum seu prebendarum collatio pertinet^a pleno iure, per mortem quondam Pauli et quondam Mathei ipius basilice clericorum² due prebende seu beneficia vaceant adpresens, nos nolentes ex ministrorum defectu in ipsa basilica cultum divini officii minui, set potius augmentari, ac de discretione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, cum pleniorum habere valeas notitiam personarum, providendi de huiusmodi

10 prebendis seu beneficiis duabus personis ydoneis, quarum una sit in^b sacerdotio constituta et
in quarum provisione provideatur basilice ac personis, et faciendi eas ad huiusmodi beneficia
in clericos seu canonicos recipi et in fratres inducendi quoque eas in corporalem possessionem
eorundem beneficiorum ac defendendi inductos necnon contradictores per censuram
ecclesiasticam appellatione postposita compescendi non obstante aliqua indulgentia sedis
15 apostolice, cuiuscumque tenoris existat, per quam posset effectus presentium impediri et de
qua sit in presentibus specialis mentio facienda, plenam tibi auctoritate presentium
concedimus facultatem.

Dat. ut supra III. Kal. Martii.

^a Daneben am Rand: basilice.

^b Über der Zeile nachgetragen.

¹ Albert von Parma, siehe Nr. 336 Anm. 4.

² Nicht identifiziert.

417 (214)

*Martin erklärt sich einverstanden mit der Maßnahme Gualteri de Fontanis, noch 160
französische Söldner in den Marken zu belassen. Guillaume Caninius und seine Söldner
können nur unter den bisherigen Bedingungen weiterhin im päpstlichen Herr dienen. Sollte
dieser sich jedoch zurückziehen, soll Gualtero aus dessen familia Soldaten anwerben.*

(Orvieto, 1284 Februar 27).

Reg. Vat. 42, fol. 86r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Gualtero de Fontanis¹ capellano nostro preposito de
Ingreyo in ecclesia Carnoten. salutem etc.

5 Ex transmissa nobis tuarum serie litterarum accepimus, quod de ducentis stipendiariis
gallicis in Marchia commorantibus pro futuro tempore ad sex menses sub eo modo ad
stipendia tenenda^a, sicut perceperunt, hactenus centum sexaginta procurasti ad nostrum et
ecclesie Romane servitium retinere, quod infra dictum tempus, prout nobis placuerit, eis dare
poterimus licentiam recedendi de stipendiis sibi debitis ipsis pro rata temporis satisfacto et
quod nobilis vir Guillelmus Caninius², si volumus ipsum ad nostra et ecclesie Romane servitia
10 ulterius remanere tam in augmento stipendiorum quam in emendis equorum novas
condiciones petit addi et quod non compellatur extra terram ecclesie prefate accedere ad
servitium alicuius.

Quibus auditis et plenius intellectis super eo, quod de centum sexaginta stipendiariis
ordinasti, tuam diligentiam commendamus.

15 De facto namque nobilis supradicti taliter respondemus, quod, si ipse sub modo cum
militibus, balistariis et armigeris suis, quo fuit et tecum convenit hactenus, ad nostrum et
eiusdem ecclesie servitium remanere voluerit pro sex mensibus a finiendo termino sui servitii
computandis eidem pro singulis duobus mensibus solvi stipendia faciemus sicut aliis
supradictis. Nam si aliam immutationem circa eum et suos fieri contingerit de stipendiis
persolvendis vel equorum emendis, alii stipendiarii non sine scandalo et gravamine ad
20 exemplum traherent consequenter. Non tamen intendimus denegare, si remanere voluerit, quin
sibi de bono servitio, cum recesserit, provisionem faciamus munificam, prout viderimus
expedire. Quodsi forte taliter noluerit remanere, de familia sua retineas secundum

25 conventiones habitas cum retentis seu retinendis aliis supradictis illos, quos videreris
retinendos, rescripturus nobis celeriter, quicquid super hoc cum ipso nobili duxeris
ordinandum, ut, si ipsum contingat recedere, possimus genti nostre de ydoneo capitaneo
providere.

Dat. ut supra. *

^a Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

¹ Gualterus de Fontanis, vgl. Nr. 248 Anm. 2.

² Nicht nachgewiesen.

418 (215)

*Martin befiehlt dem Kapitan und dem Volk der Stadt L'Aquila sowie den umliegenden
Orten, dem päpstlichen Elemosinar Johannes bzw. dessen Gesandten zu erlauben, 870
Salinen Getreide aus ihrem Gebiet auszuführen, um es zur Kurie zu transportieren.*

Orvieto, 1284 März 3.

Reg. Vat. 42, fol. 86v

Martinus etc. Dilectis filiis . . capitaneo et populo civitatis Aquile¹ ac universitatibus
castrorum et villarum districtus civitatis eiusdem, ad quos littere iste pervenerint, salutem etc.

5 Cum dilectus filius nobilis vir C.², primogenitus carissimi in Christo filii nostri, . . regis
Sicilie illustris, princeps Salernitan. et vicarius in regno Sicilie generalis, dilecto filio, fratri
Johanni³, elemosinario nostro, emendi ad onus nostrum duo milia salinarum frumenti in
Aquila et eius districtu ad generalem salinam regni et ea exinde libere faciendi portari ad
curiam nostram, ut idem elemosinarius asserit, concesserit plenariam facultatem ac huiusmodi
10 quantitate frumenti de pecunia camere nostre empta ac maiori parte ipsius ad nostram curiam
iam transdatis, octingente et septuaginta saline adhuc restent portande ad curiam supradictam,
nos vestre devotionis affectum, quem circa id, quantum in vobis extitit, habuisse noscamini,
merito in Domino commendantes universitatem vestram rogamus et hortamur attente
presentium vobis auctoritate mandantes, quatinus predictum elemosinarium vel eius nuntios,
quos ad hoc specialiter deputabit, predictas octingentas et septuaginta salinas frumenti ad
15 libere permittatis, ita quod nos devotionem vestrum possimus exinde dignis in Domino
laudibus commendare.

Dat. apud Urbemveterem V. Non Martii pontificatus nostri anno tertio.

¹ L'Aquila.

² Karl II. von Anjou, vgl. Nr. 310 Anm. 1.

³ Nicht nachgewiesen.

419 (216)

*Martin befiehlt dem Herrn des Komitats Albe in Marsia, Odo von Tusiaco, den Laien
Symon de Charsi, der dafür bürgt, dass das Getreide, das der Elemosinar Johannes aus der*

Gegend um Marsia ausführen wollte, für die Kurie bestimmt ist, wieder von seiner Verpflichtung zu befreien, nachdem das Geschäft getätigt worden ist.

(Orvieto, 1284 März 3).

Reg. Vat. 42, fol. 86v

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Odoni de Tusiaco, domino comitatus Albe in Marsia¹, salutem etc.

Cum dilectus filius, frater Johannes², elemosinarius noster, quandam pro nobis in Marsia frumenti et ordeï emere quantitatem^a, videlicet usque ad milla quingenta quartaria ad mensuram Marsie, tuque illud exinde non permitteres extrahi, nisi primo tibi per litteras nostras frumentum et ordeum predictum pro nobis emptum fuisse constaret, dictus elemosinarius promisit se facturum, quod tibi super hoc nostras litteras mitteremus. Et, ut id servaret, dilectus filius Symon de Charsi³ laicus se pro dicto elemosinario penes te super hoc fideiussorio nomine obligavit. Qua obligatione recepta bladum transire huiusmodi permisisti. Verum nunc diceris dictum Symonem velle compellere, quod aut procuret, quod tibi huiusmodi littere transmittantur, aut penam promisam solvat.

Cum igitur predictum frumentum et ordeum ad opus nostrum emptum fuerit, nobilitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus predictum Symonem ab huiusmodi obligatione prorsus absolvas.

Dat. ut supra.

^a Wohl volebat zu ergänzen.

¹ Nicht identifiziert.

² Nicht nachgewiesen.

³ Nicht nachgewiesen.

420 (217)

Martin befiehlt dem Kollektoren für den Kreuzzugszehnten in Irland, Baiamundus, dafür zu sorgen, dass den Kaufleuten Bonicuntro Jacobi und Brachio Gerardi der Florentiner Gesellschaft der Rimbertyni 200 Mark Sterling, die sie aus dem Kreuzzugszehnten auf Geheiß Baimundos an Mitglieder der Gesellschaften Circuli, Frescobaldi und Lamberti Abbatis gezahlt hatten, von diesen wieder zurückgezahlt werden.

Orvieto, 1284 März 11.

Reg. Vat. 42, fol. 86v-87r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Baimundo canonico Asten.,¹ collectori decime concesso Terre Sancte subsidio in regno Scotie a sede apostolica deputato, salutem etc.

Exhibita nobis dilectorum filiorum Maynecti Raynaldi et Ammanati Rote de societate Pulicum et Rimbertynorum de Florentia, mercatorum camere nostre, petitio continebat, quod olim tibi sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut totam decimam regni Scotie collectam et etiam colligendam faceres certis aliis mercatoribus videlicet de societatibus Circulorum, Friscobaldorum et Lamberti Abbatis de Florentia Terre Sancte nomine assignari. Cum litterarum auctoritate Bonosconerus Jacobi et Brachinus Gerardi, mercatores eiusdem societatis Pulicum et Rimbertynorum, a te compulsi mille ducentas marchas sterlingorum, quas ipsi et eorum societas de dicta decima in depositum obtinebant, predictis aliis

mercatoribus assignarunt. Quare predicti Maynectus et Ammannatus nobis humiliter supplicarunt, ut eis, qui nostris et ecclesie Romane servitiis insistunt fideliter et devote, restitui huiusmodi depositum mandarem.

15 Nos igitur eosdem Maynectum et Ammannatum dignos favore apostolice reputantes, considerantes etiam, quod, si ad nostram notitiam pervenisset eos et societatem ipsorum de dicta decima huiusmodi depositum recepisse, * ipsos ad restitutionem eius cogi nullatenus mandassemus, volumus et presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus prefatis Bonicuntro et Brachino vel aliis eorum sociis has tibi litteras deferentibus prefatum depositum ab illis
20 mercatoribus, quibus solutum extitit quosque ad id, si necesse fuerit, per te vel per alium compelli volumus, absque more ac difficultatis obstaculo restitui facias vel totidem marcas de prefata decima in depositum nostro et predictae Terre Sancte nomine assignari non obstantibus aliquibus litteris apostolicis, cuiuscumque tenoris existant, per quas effectus presentium impediri valeat quomodolibet vel differri.

Dat. apud Urbemveterem V. Idus Martii pontificatus nostri anno tertio.

¹ Baiamundus de Vitia, aus Vezza d'Alba (Pr. Cuneo, Piemont), Kanoniker in Asti, von 1274 - 1286 Zehntkollektor in Schottland, dann wieder ab 1287, † vor 1291 April 16, vgl. Ferguson, *Medieval papal representatives*, 138 ff.

421 (218)

Martin befiehlt dem Rektor der Campania und Marittima, Andrea Spiliati, dafür zu sorgen, dass dem Edlen Nicola Conti von der Stadt Segni, die ihm durch Übergriffe auf sein Territorium schweren Schaden zugefügt hat, Genugtuung geleistet wird und Segni die vollendeten Tatsachen, die es in einem schwebenden Verfahren über Besitzangelegenheiten geschaffen hat, widerruft.

(Orvieto, 1284 März 11).

Reg. Vat. 42, fol. 87r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Andree Spiliati¹ capellano nostro Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

Sua nobis dilectus filius nobilis vir Nicolaus de Comite², civis Roman., conquestione monstravit, quod homines civitatis Signin.³ in quibusdam territoriis castrorum ipsius nobilis,
5 de quibus inter eum et ipsos homines aliqua questio non existit et quorum possessionem ipse nobilis habet pacificam et quietam, vassallos ipsius nobilis capere ac animalia in predicta abducere et alias ei plures iniurias inferre motu proprio pro eorum libito presumpserunt. Iidem quoque homines non sequentes rationis iudicium, set arbitrium proprie voluntatis, in quibusdam aliis territoriis seu tenimentis, quorum occasione inter eos questio ventilatur, post
10 inquisitionem factam per te cum dilecto filio, magistro Raymundo, decano Anicien.⁴, capellano nostro, quem propter hoc ad partes ipsas specialiter duximus destinandum, lite pendente novitates facere presumpserunt. Quare humiliter supplicabat, ut super hiis mandarem sibi iustitiam exhiberi.

Volentes igitur tam dicto nobili quam eisdem hominibus in hac parte iura sua conservari
15 illesa, discretionis tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si de huiusmodi excessibus in eisdem territoriis, de quibus non est questio, ut premittitur, per homines dicte civitatis

20 commissis tibi cognita veritate constiterit, eidem nobili facias super hiis ab eisdem hominibus debitam satisfactionem previa ratione impendi, necnon et, si quas novitates in aliis territoriis, unde agitur causa pendente huiusmodi coram nobis, iidem homines attemptarunt, in statum debitum, prout iustum fuerit, revoces et facias revocari, dummodo ipse nobilis coram te prefatis hominibus de iure respondeat, si experiri voluerint vel de aliquo conqueri de eodem.

Dat. ut supra.

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Nicola Conti, aus der römischen Adelsfamilie der 'Conti', Sohn von Giovanni di Poli, † 1304, vgl. Carocci, *Baroni*, 379.

³ Segni (Prov. Rom), vgl. Silvestrelli, *Città*, I, 160 ff.

⁴ Raymundus Aggerii, vgl. Nr. 60 Anm. 4.

422 (219)

Martin befiehlt Andrea Spiliati, die Sicherheiten, die Nicola Conti für seine Befreiung von der Exkommunikation hinterlegen soll, zu empfangen und darüber Notariatsinstrumente anfertigen zu lassen. Sollte Nicola die Sicherheiten allerdings nicht zum festgesetzten Termin leisten, soll er ihn weiterhin mit der Exkommunikation belegen.

(Orvieto, 1284 März 11).

Reg. Vat. 42, fol. 87r

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio magistro Andree Spiliati capellano nostro Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

Cum dilectus filius, nobilis vir, Nicolaus de Comite, civis Romanus, nuper ad apostolicam sedem accedens super excommunicationis sententia, quam incurrit pro eo, quod Adinulfo
5 Mathie de Anagnia¹ contra nos et Romanam ecclesiam in contumacia persistenti contra
mandatum nostrum dedit auxilium, consilium et favorem, promiserit atque iuraverit stare
nostris precise beneplacitis et mandatis ac infra instans festum resurrectionis dominice de
adimplendis huiusmodi mandatis nostris super hiis tibi in Campania recipienti nostro nomine
10 dare per se vel per procuratorem legitimum idoneas cautiones, nos per venerabilem fratrem
nostrum . . . episcopum Tusculan.² sibi fecimus a dicta excommunicatione beneficium
absolutionis impendi. Volumus tamen quod, nisi infra eundem terminum huiusmodi cautiones
prestiterit, excommunicationis sententia, quam in ipsum exnunc proferimus, extunc in antea
sit ligatus.

Ideoque tibi presentium auctoritate mandamus, quatinus ab eodem nobili seu procuratore
15 suo ad hoc legitime constituto recipias nostro et ecclesie Romane nomine huiusmodi
cautiones faciens exinde confici publicum instrumentum ad nostram cameram
transmittendum. Quodsi forte cautiones ipsas infra dictum terminum contempserit exhibere, tu
eum extunc denunties auctoritate nostra excommunicationis vinculo innodatum.

Dat. ut supra. *

¹ Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

² Ordonius, Kardinalbischof von Tusculum 1278 – 1285, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 10.

423 (220)

Martin ernennt Philipp von Lavena zum Rektor in temporalibus im Dukat Spoleto und verleiht ihm die dazugehörigen Rechte.

Orvieto, 1284 März 9.

*Reg. Vat. 42, fol. 87v-88r
Pásztor, Amministrazione, 269.*

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Philippo de Lavena¹ rectori ducatus Spoletan. salutem etc.

5 Etsi exigente pastoralis officii debito de statu terrarum omnium, in quibus Romane mater ecclesie obtinet principatum, prosperis preservando successibus cogitare sollicite teneamur, circa statum ducatus Spoletan.² hiis diebus preteritis gravibus turbationum fluctuantem
procellis et guerrarum dissidiis agitatum tanto sollertius intuitum nostre considerationis
extendimus, quanto potioris sollicitudinis studiis et oportune reformationis remediis statum
ipsum specialius novimus indigere desiderabiliter affectantes, ut in eodem ducatu servetur
cultus iustitie, fidei puritas et pacis opulencia procuretur.

10 Levantes igitur in circuitu oculos mentis nostre personam tuam, quam testimonio fidedignorum accepimus strenuitatis titulis decoratam, discretione preditam, circumspectione
pollentem et multiplicis probitatis virtutibus insignitam, ad exequendum in hac parte
desiderium cordis nostri duximus eligendam. Et ideo te in predicto ducatu, cuius incole statum
pacificum a nobis anxie^a expetiunt et expectant, generalem rectorem in temporalibus
15 duximus statuendum in illo tibi plene rectoris provincie officium committentes, petendi
nichilominus nostro et ipsius ecclesie nomine omnia bona et iura, que in eodem ducatu ad
ecclesiam ipsam spectant queve nobis et ecclesie ipsi debentur, et ea defendendi ac etiam
conservandi, disponendi quoque ordinandi, statuendi, precipiendi, puniendi, corrigendi, penas
imponendi, et impositas exigendi, mandandi ac insuper faciendi et exequendi omnia et singula
20 in predictis partibus, que ad nostram et ipsius ecclesie iurisdictionem pertinent temporalem et
que prospero statui partium earundem cognoveris expedire, contradictores etiam et rebelles
temporali districtione, qua convenit, compellendi expresse concessa tibi tenore presentium
plenaria potestate.

25 Sic itaque premissa rectoris officium et alia diligentie tue commissa tamquam vir
industrius, fidelis et strenuus circumspectione pervigili et constantia solida prosequaris, quod
de officii et aliorum tue industrie commissorum executione laudabili Deo gratus et apud nos
commendandus appareas nostramque ac eiusdem ecclesie gratiam uberius consequi merearis.

Nos enim sententias sive penas, quas temporaliter rite tuleris vel statueris in rebelles, ratas
habebimus et faciemus auctore Deo usque ad satisfactionem condignam appellatione remota
30 inviolabiliter observari non obstantibus aliquibus privilegiis vel indulgentiis aut litteris
apostolicis quibuscumque personis, communitatibus, universitatibus et locis secularibus ab
apostolica sede concessis, per que tue in hac parte iurisdictionis executio posset quomodolibet
impediri et de quibus fieri debeat in nostris litteris de verbo ad verbum mentio specialis.

Dat. apud Urbemveterem VII Idus Martii pontificatus nostri anno tertio.

^a *Verschrieben für anxie.*

¹ Filippo di Lavena, siehe zu ihm Nr. 152 Anm. 3.

² Zum Dukat Spoleto vgl. Waley, *Papal State*, 92.

(221)

Martin verkündet im Dukat Spoleto die Ernennung Philipps von Lavena zum Rektor in temporalibus und fordert die Bewohner diesem gegenüber zum Gehorsam auf.

Orvieto, 1284 März 9.

In eundem modum. Dilectis filiis universis nobiles, potestatibus seu rectoribus, communitatibus et universitatibus ceterisque personis secularibus civitatum et castrorum per ducatum Spoletan. constitutis salutem etc.

Etsi exigente etc. verbis competenter mutatis usque potestate.

5 Quocirca universtitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem rectori in premissis omnibus plene et humiliter intendere ac efficaciter obedire curetis ei de iuribus eidem pro nobis et dicta ecclesia Romana integre responsuri.

10 Alioquin sententias sive penas, quas propter hoc temporaliter rite inflixerit in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino inviolabiliter observari non obstantibus aliquibus privilegiis vel indulgentiis aut litteris apostolicis quibuscumque personis, communitatibus, universitatibus et locis secularibus ab apostolica sede concessis, per que in hac parte sue iurisdictionis executio posset quomodolibet impediri et de quibus fieri debeat in nostris litteris * de verbo ad verbum mentio specialis.

Dat. apud Urbem veterem VII Idus Martii pontificatus nostri anno tertio.

424 (222)

Martin befiehlt dem Kämmerer Berard zu veranlassen, dass alle Einkünfte aus dem in England und Schottland eingesammelten Kreuzzugszehnten, die bei mehreren Kaufleuten aufbewahrt werden, den Handelsgesellschaften der 'Spigliati - Spine', 'Pulices - Rimbertyni', Riccardi und Bonsignori übergeben werden, und erteilt ihm dazu alle erforderlichen Vollmachten. Über die Auszahlungen sollen Notariatsinstrumente angefertigt werden, die im Archiv der Kammer aufbewahrt werden sollen.

Orvieto, 1284 März 8.

Reg. Vat. 42, fol. 88r

Theiner, Hibernorum et Scotorum, Nr. 283 - Potthast 22114.

Martinus^a etc. Dilecto filio Berardo camerario nostro¹ salutem etc.

5 Sicut ex veridica relatione accepimus, collectores decimarum Terre Sancte in regno Anglie² et Iberniam³ collectarum magnam partem pecunie dictarum decimarum apud quamplures et diversos mercatores tam in curia nostra quam extra ipsam morantes nimis particulariter deposuerunt pro sue libito voluntatis.

De quorum mercatorum fidelitate licet non sit, ut dicitur, aliquatenus dubitandum, volentes tamen predictae Terre^b negotio in hac parte cautius et utilius providere ac dictam pecuniam sic particulariter depositam ad magis compendiosa reduci deposita, ut suo loco et tempore ad opus dicte Terre Sancte huiusmodi deposita facilius et comodius rehaberi valeant, presentium

10 tibi auctoritate mandamus, quatinus huiusmodi pecuniam decimarum ipsarum apud eosdem
mercatores quocumque nomine depositam seu eis alias etiam assignatam dilectis filiis Dino
Johannis et Feo Bonfantini de Thome Spiliati et Hugonis Spine, Maynetto Raynaldi et
Ammannato Rote de Pulicum et Rimbertainorum Florentin., Labro Vulpelli et Vanto Honesti
15 de Riczardorum Lucan. ac Thure Bonamiki et Bindo Clarici de Bonaventure Bernardini et
filiorum Bonsignorisi Senen. societatibus mercatoribus, de quorum facultatum sufficientia et
fidelitate experta plenam certitudinem obtinemus, nostro et ecclesie Romane ac predicte Terre
Sancte nomine in depositum facias equis portionibus integre assignari eos, apud quos dicta
pecunia reperitur, ad id, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam vel alias, prout expedire
videris, appellatione postposita compellendo.

20 Nos enim de hiis, que mercatoribus predictarum societatum predicto nomine fuerint
assignata de decimis supradictis, faciendi nostro et earundem ecclesie Romane et Terre Sancte
nomine plenam refutationem et quitationem ydoneam, restituendi quoque instrumenta, litteras
et obligationes sub quacumque conditione seu forma confecta, ita quod eorum pretextu hii,
qui pecuniam ipsam solverint seu assignaverint, nec eorum socii, societates, successores vel
25 heredes eorum pro rata solutionis in perpetuum impeti vel molestari valeant, plenam tibi
concedimus facultatem.

Volumus autem, ut pro nostra, ecclesie Romane ac predicte Terre Sancte cautela de
singulis assignationibus predictis ipsarum societatum mercatoribus, ut predicatur, faciendis
facias confici publica instrumenta in archivis nostre camere conservanda.

30 Dat. apud Urbemveterem VIII Idus Martii pontificatus nostri anno tertio.

^a *Daneben am Rand:* de decimis.
Anm. a)

^b *Daneben am Rand:* de decimis Anglie (*von anderer Hand als in*

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² England.

³ Irland.

425 (223)

*Martin befiehlt dem Prior von Santo Stefano in Florenz, die genannten Kaufleute zur
Kurie zu zitieren, um innerhalb von 15 Tagen über ihre Einnahmen aus dem
Kreuzzugszehnten Rechenschaft abzulegen.*

(Orvieto, 1284 März 8).

Reg. Vat. 42, fol. 88r

Martinus etc. Dilecto filio . . priori secularis ecclesie Sancti Stephani in Ponte Florentin.
salutem etc.

Volumus et presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus Bonacursum et Jacobum
Cimachi, Lotherium Gentilis, Nicolaum Guerti, Michaellem Gentilis et Calganum
5 Marchatioris, Henricum Recupere, Raynaldum Patricii et filios Raynerii Patricii, Siffum
Fassuli et Bantam Guandotii laicos mercatores Lucan., Senen. et Florentin. civitatum ex parte
nostra per te vel per alium citare procures, ut ipsi suo et sociorum suorum nomine infra
quindecim dies, quos eis pro ultimo et perhemptorio termino volumus assignari, a die
citationis huiusmodi computandas compareant personaliter coram nobis de pecunia Terre
10 Sancte concessa subsidio apud ipsos vel societates eorum deposita nobis vel aliis, prout de

beneplacito nostro processerit, satisfactionem plenariam Terre Sancte nomine impensuri, eos, quod infra huiusmodi terminum propter hoc ad presentiam nostram accedant, per censuram ecclesiasticam et alias etiam, prout expedire putaveris, appellatione postposita compellendo.

15 Diem vero citationis et formam et quicquid in hac parte duxeris faciendum, nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare.

Dat. ut supra.

426 (224)

Martin fordert den Rektor der Romagna, Guillaume Durand, zum wiederholten Mal auf, Malatesta de Verruchio und Hermann von Sassoferrato und deren Söldnern, die im päpstlichen Heer bei den Auseinandersetzungen mit Urbino gedient haben, ihren Sold zu zahlen.

Orvieto, 1284 März 20.

Reg. Vat. 42, fol. 88v

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro rectori provincie Romaniolae salutem etc.

5 Nobilium virorum Malateste de Verruculo² et Hermanni de Saxoferrato³, nostrorum et ecclesie Romane fidelium, sinceritatis affectum, quem ad nos et eandem gerunt ecclesiam merito attendentes tibi olim sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut consideratis ipsorum nobilium qualitate et tempore, quo in exercitu nostro contra Urbinat.⁴ rebelles ecclesie servierunt, et armigeris etiam, quos secum armatos tenuerunt, ibidem ipsis in dicto exercitu commorantibus pro se et familiaribus eorum, - armigeris tantum, prout faciendum videres, - studeres de pecunia nostre camere providere.

10 Verum quia, sicut accepimus, tu mandatum nostrum in hac parte obaudiens id facere non curasti, volumus et tibi per iterata scripta firmiter precipiendo mandamus, quatinus eis iuxta ipsarum litterarum tenorem sic celeriter de prefata pecunia providere procures, quod ex hoc in ceptis servitiis materiam tepescendi non habeant, set potius ipsorum devotio circa nostra et ecclesie predicte obsequia de bono in melius augeatur et iidem nobiles super hiis nos ulterius

15 requirere non cogantur.

Dat. apud Urbemveterem XIII. Kal. April pontificatus nostri anno tertio.

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

² Malatesta de Verruchio, vgl. Nr. 56 Anm. 3.

³ Aus Sassoferrato, Prov. Ancona.

⁴ Urbino.

427 (225)

Martin befiehlt dem Bischof (Nicola) von L'Aquila, von Einwohnern seiner Stadt, die verdächtigt werden, an Übergriffen gegen den päpstlichen Elemosinar Johannes und seine familia beteiligt gewesen zu sein, geeignete Sicherheiten zu verlangen und sie sorgfältig

über die Vorfälle zu befragen. Diejenigen, die er vor die Kurie zitiert hat und die dort nicht erschienen sind, soll er exkommunizieren.

Orvieto, 1284 März 18.

Reg. Vat. 42, fol. 88v

Martinus etc. Venerabili fratri . . episcopo Aquilen.¹ salutem etc.

Intellecto dudum, quod nonnulli homines, tam clerici quam laici, civitatis Aquilen. spiritu diabolico concitati contra dilectum filium fratrem Johannem², elemosinarium nostrum, quem ad partes ipsas pro emendo blado ad opus nostre camere miseramus, facientes insultum ipsum
5 et familiam suam gravibus minis et iniuriis provocarant, tibi sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut ipsos homines, quorum nomina in eisdem exprimebantur litteris³, peremptorie ex parte nostra citares, ut infra certum terminum nostro se conspectui personaliter presentarent parituri super premissis nostris beneplacitis et mandatis. De quibus Johannes Jacobi de Turribus et Lucus Dominici se super hiis in nostra curia personaliter presentarunt.
10 Quorum iuramento^a de parendo mandatis nostris et veritate dicenda per dilectum filium B.⁴, camerarium nostrum, mandavimus recipi ac de premissis inquiri plenius veritatem. Demum eis prorsus negantibus se culpabiles extitisse dari fecimus licentiam recedendi.

Quia vero non intendimus predictum excessum relinquere indiscussum, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus a predictis mandatis nostris, si super huiusmodi
15 excessibus suspecti reperiantur seu etiam infamati, recipias ydoneas cautiones. Quibus receptis inquiras de premissis contra eos diligentius veritatem. Alios vero, qui citati per te comparere coram nostra presentia contempserunt, propter quod auctoritate predictarum litterarum nostrarum sunt excommunicationis vinculo innodati, tamdiu excommunicatos denunties et facias nuntiari, donec nostris parituri mandatis venire ad sedem apostolicam
20 compellantur, rescripturus nobis per tuas litteras harum seriem continentes, quicquid super hiis duxeris faciendum.

Dat. apud Urbemveterem XV. Kal. Aprilis pontificatus nostri anno tertio.

^a *Verschrieben für iuramentum.*

¹ Nicolas de Sinizio, Bischof von L'Aquila 1267 - 1294, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 98.

² Nur in diesem Register nachweisbar.

³ Siehe oben Nr. 347 (1283 November 10).

⁴ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

428 (226)

Martin befiehlt zum wiederholten Mal dem Rektor und den Kapitan des kirchlichen Heeres in der Campagna und Marittima, Andrea Spiliati und Jean d'Eppe, von Adinulf von Anagni und seinen Anhängern die volle Begleichung der auferlegten Strafen zu verlangen.

Orvieto, 1284 März 15.

Reg. Vat. 42, fol. 88v - 89r

Martinus etc. Dilectis filiis magistro Andree Campanie Maritimeque rectori¹ et nobili viro Johanni de Apia² capitaneo exercitus Romane ecclesie in eisdem^a provinciis salutem etc.

Dudum vobis pluries dedimus per nostras litteras in mandatis, ut contra nobilem virum Adinulfum quondam Mathie de Anagnia³ eiusque complices et fautores ad exactionem

5 penarum et condempnationum, quas incurrerunt occasione occupationis et detentionis castri Frusinonis⁴ ad Romanam ecclesiam pertinentis, procedere studeretis. Verum postquam idem nobilis quedam castra sua tibi, fili rector, recipienti nomine Romane ecclesie de parendo mandatis nostris * ac tuis et solvendis condempnationibus et penis huiusmodi tam pro se quam de Anagnia⁵ et castrorum suorum sequentibus assignavit, ad exigendam dictas
10 condempnationes et penas non procedatis, ut debetis, de quo non sine turbatione miramur.

Unde, cum non sufficiat cautiones huiusmodi recepisse, nisi dictarum condempnationum et penarum plena satisfactio subsequatur, presentium vobis tenore mandamus, quatinus contra predictos Adinulfum et sequaces ac alios suos complices, undecumque fuerint, tue, predicte rector, iurisdictioni subiectos, ad exactionem penarum et condempnationum, quas prefatis
15 occasionibus incurrerunt, vigore ac intrepide procedatis, ita quod de commissis debitam penam portent et vestra possit exinde diligentia et studium merito commendari nec sit opus, quod super hiis vos ulterius aliis litteris excitemus.

Dat. apud Urbemveterem Idus Martii pontificatus nostri anno tertio.

^a *Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt, eiusdem gestrichen.*

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

³ Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

⁴ Frosinone.

⁵ Anagni, Prov. Frosinone.

429 (227)

Martin befiehlt Andrea Spiliati, dem Rektor der Provinz Campagna und Marittima, Nachforschungen über die Kleriker von S. Johannes; die aufrührerischer Umtriebe bezichtigt werden, anzustellen gemäß der ihm vom Kämmerer übersandten Anweisung.

Orvieto, 1284 März 17.

Reg. Vat. 42, fol. 89r

P 22117 - Siehe zu den Namen auch den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio magistro Andree Spiliati capellano nostro Campanie Martimeque rectori salutem etc.

Pridem - sicut ex serie litterarum nobis transmissarum a dilecto filio nobili viro Johanne de Epa, capitaneo exercitus Romane ecclesie in Campania et Maritima generali, accepimus - eo
5 ad depopulationem terrarum et bonorum Adinulphi Mathie de Anagnia, tunc rebellis nostri et Romane ecclesie, procedente, dum contra homines castri Zangati¹, ubi dictus Adinulfus certam portionem domini, vassallorum et proventuum ipsius castri habere dicitur, hostiliter impugnaret, clerici ecclesie Sancti Johannis, site prope ipsum castrum, Prenestrin. diocesis, ubi tunc quidam fratres minores vicarii, ut credebat, venerabilis fratris nostri . . .
10 Penestrin.² dicebantur morari, contra nostrum et ecclesie Romane honorem in nonnulla ignominiosa et detestabilia verba dicuntur presumptione dampnabili prorupisse, propter quod dictus episcopus de mandato nostro prefatum suum vicariatum et nonnullos clericos eiusdem ecclesie fecit coram nostro conspectui comparere, qui, licet iuraverint nostris stare mandatis et super premissis plenam dicere veritatem, quia tamen per depositiones eorum, quos per
15 dilectum filium B.³, camerarium nostrum, examinari fecimus, per easdem depositiones, quas

tibi sub suo sigillo transmittit inclusas, nobis ad plenum liquere non potuit de premissis, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus super hiis et aliis huiusmodi negotium contingentibus, de quibus videris expedire, secundum formam examinationis transmissae tibi per eundem camerarium inquiras per te vel alium diligenter et sollicitè veritatem et quicquid
20 inde inveneris, nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare, ut exinde plenius informati possimus circa premissa procedere seu precipere, prout viderimus expedire.

Dat. apud Urbemveterem XV kal. Aprilis pontificatus nostri anno tertio.

^a 'p' vor 't' über der Zeile.

¹ Die Burg Zancati war Anfang März von Jean d'Eppe zerstört worden, vgl. Kiesewetter, *Eppe*, 32.

² Girolamo d'Ascoli, OFM, Kardinalbischof von Palestrina, vgl. Nr. 151 Anm. 3.

³ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

430 (228)

Martin befiehlt den Herren (Giovanni und Annibaldo) von Ceccano unter Strafanandrohung, Johannes Scottus und seine Anhänger aus ihrem Gebiet zu vertreiben und ihnen jegliche Unterstützung zu entziehen.

Orvieto, 1284 März 18.

Reg. Vat. 42, fol. 89r-v

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 432 - Potthast 22118.

Martinus etc. Dilectis filiis nobilibus viris . . dominis de Ceccano¹ salutem etc.

Sicut nuper fidedignorum relatione accepimus, perditionis filios Johannem Scottum² eiusque complices de Frusinone³, per dilectum filium . . .⁴, rectorem Campanie et Maritime suis culpis exigentibus exbannitos, non absque gravi nostra iniuria et offensa in castris et terris
5 vestris presumitis receptare quandam pravam consuetudinem, immo corruptelam potius pretendentes, quod vobis exbannitos Romane ecclesie licet in terris vestris motu proprio retinere, propter quod iidem Johannes et complices, tamquam illi, qui in pessimis gloriantur, oportunitate captata fidelibus nostris hominibus Frusinonis publice et latenter in eorum territorio, quod existit castris vestris vicinum, in personis et rebus de die ac nocte satagunt
10 dampna et iniurias irrogare.

Cum igitur hec votis nostris displiceant et fidelitatem vestram, qua ecclesie Romane tenemini, commaculare graviter dinoscantur, nobilitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis sub pena mille marcarum argenti, quam, si secus * feceritis, vos eo ipso incurrere volumus, per apostolica scripta firmiter precipiendo mandantes, quatinus eosdem Johannem
15 Scottum et complices de omnibus terris vestris et castris omni mora et occasione postposita expellatis ipsos, quamdiu in contumacia sua perstiterint, nullatenus recepturi nec alias impensuri eisdem consilium vel favorem, ita quod eorum culpam in vobis non videamini retorquere, set potius favorem apostolicum et nostram benivolentiam, quam libenter ad filios devotionis extendimus, promereri.

20 Alioquin eidem rectori nostris damus litteris in mandatis, ut contra vos ad exactionem dicte pene ac alias spiritualiter et temporaliter procedere, prout expedire viderit, non postponat.

Dat. apud Urbemveterem XV. Kal. Aprilis pontificatus nostri^a anno tertio.

¹ Gemeint sind wohl die oben genannten (Nr. 333) Giovanni und Annibaldo de Ceccano, Söhne des Landolfo Ceccano.

² Er war nach dem Mord an den Gebrüdern Capocci zu den Herren von Ceccano geflüchtet, siehe oben Nr. 242.

³ Frosinone.

⁴ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm 1.

Martin befiehlt dem Rektor der Campagna und Marittima, Andrea Spiliati, gegen die Herren von Ceccano vorzugehen, wenn sie den obigen Befehl mißachten sollten.

(Orvieto, 1284 März 18).

5 Item in eundem modum verbis competenter mutatis dilecto filio Andree Spiliati¹ canonico
Cameracen. capellano nostro Campanie Maritimeque rectori.

Sicut nuper etc. usque promereri.

10 Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si dicti nobiles
mandatum nostrum in hac parte contempserint adimplere, tu extunc contra ipsos ad
exactionem dicte pene ac alias spiritualiter et temporaliter procedere, prout expedire videris,
non postponas predicta consuetudine seu quacumque alia, per quam huiusmodi mandati nostri
executio impediri valeat, non obstante.

Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand ein Paragraphenzeichen gestrichen.

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

431 (229)

Martin befiehlt den Klerikern Guillelmo und Riccardo de Ceccano unter Androhung der automatisch eintretenden Exkommunikation sowie des Verlustes all ihrer Pfründen bei Zuwiderhandeln, Johannes Scottus und dessen Anhängern, die wegen Übergriffe gegen Einwohner Frosinones durch den Rektor gebannt worden waren, keinen Unterschlupf mehr zu gewähren und ihnen jegliche Unterstützung zu versagen.

(Orvieto, 1284 März 18).

*Reg. Vat. 42, fol. 89v
Zappasodi, Anagni attraverso i secoli, 365 f.- Siehe auch Nr. 430.*

Martinus etc. Dilectis filiis Guillelmo et Riccardo¹ clericis dominis^a de Ceccano salutem
etc.

5 Sicut nuper fidedignorum relatione accepimus, perditionis filios Johannem Scottum
eiusque complices de Frusinone per dilectum filium . . . rectorem Campanie ac Maritime suis
culpulis exigentibus forbannitos non absque gravi nostra iniuria et offensa in castris et terris
vestris presumitis receptare quandam pravam consuetudinem, inmo corruptelam potius,
pretendentes, quod vobis forbannitos Romane ecclesie licet in terris vestris motu proprio
retinere. Propter quod iidem Johannes et complices tamquam illi, qui in pessimis gloriantur,
oportunitate capta fidelibus nostris hominibus Frusinonis publice et latenter in eorum

10 territorio, quod existit castris vestris vicinum, in personis et rebus die noctuque satagunt dampna et iniurias irrogare.

Cum igitur hec votis nostris displiceant et fidelitatem vestram, qua ecclesie Romane tenemini, maculare graviter dinoscantur, discretionem vestram rogamus et hortamur attente sub excommunicationis et privationis omnium beneficiorum vestrorum, que in^b quibuscumque
15 obtinetis ecclesiis, penis, quam silicet^c excommunicationis eo ipso, si secus feceritis, vos incurrere volumus, per apostolica vobis scripta firmiter precipiendo mandantes, quatinus eosdem Johannem Scottum et complices de omnibus terris vestris et castris omni mora et occasione postpositis expellatis ipsos, quamdiu in contumacia sua perstiterint, nullatenus receptaturi nec alias impensuri eisdem consilium vel favorem, ita quod eorum culpam in vobis
20 non videamini retorquere, set potius favorem apostolicam et nostram benivolentiam, quam libenter ad filios devotionis extendimus, promereri, pro certo scituri, quod, si secus vos attemptare contigerit, quod credere non valemus, nos ad privationem beneficiorum ipsorum et alias etiam contra vos gravius spiritualiter et temporaliter, prout expedire viderimus, procedemus.

25 Dat. ut supra.^d *

^a Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

^b Über der Zeile nachgetragen.

^c Für scilicet

^d am unteren Seitenrand sind sechs Zeilen freigelassen.

¹ Sie waren Söhne von Landolfo de Ceccano, siehe oben Nr. 332 (112).

432 (I,1)

Martin beantwortet eine Anfrage Giffrids von Anagni und Gualtero de Fontanis bezüglich der Höhe der mit den Orten Ascoli, Jesi und Ripetransoni auszuhandelnden Bußzahlungen und befiehlt ihnen, mit jedem Ort eine Zahlung von mindestens 10000 Ravennater Pfund und - wenn möglich - mehr zu vereinbaren.

Orvieto, 1284 März 27.

Reg. Vat. 42, fol. 90r

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 433 - Potthast 22120. - Mercantini, Giffredo di Anagni, 641.

Martinus^a episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis magistro Giffredo¹ notario Marchie Anconitan. rectori et Gualtero de Fontanis² preposito de Ingreyo in ecclesia Carnoten. capellanis nostris salutem et apostolicam benedictionem.

Transmissarum nobis litterarum vestrarum series continebat, quod vobis intendentibus
5 prosecutioni negotii condempnationum dudum per diversos rectores factarum in Marchia iuxta directarum vobis nostrarum continentiam litterarum inter vos pro parte nostra et syndicos communitatum Esculan.³ et Esin.⁴ civitatum et castri Ripetransonis⁵ super pluribus et diversis penis et condempnationibus, in quibus quelibet ipsarum communitatum fuerant condempnata, talis salvo tamen in omnibus nostro beneplacito habitus est tractatus, videlicet, quod
10 commune Esculi sex milia, commune vero Ripetransonis duodecim milia usque ad sex annos solvenda et Commune Esii - preter id, quod vult solvere dampna passis, - pro condempnationibus contra ipsum communem et speciales personas factis per Amelium, tunc rectorem Marchie supradicte, decem milia librarum Ravenatum camere nostre solvent. Propter quod, utrum in premissis quantitibus deberetis persistere vel magis aut minus ab eis exigere
15 vel aliqua earundem, petebatis instanter nostrum beneplacitum declarari.

Nos igitur sollicitudinis vestre studium circa premissa adhibitum commendantes volumus et presentium vobis tenere mandamus, quatinus commodum et profectum camere nostre prosequentes solliciti^b cum qualibet ipsarum communitatum circa huiusmodi prosecutionem tractantes studeatis ipsius camere conditionem, in quantum poteritis^b, reddere meliorem, ita
20 quod a qualibet earundem per modum compositionis sive concordie vel alias, prout videritis expedire, ad minus, si amplius haberi non poterit, decem milia librarum Ravennaten. exigantur et nostre camere persolvantur et huiusmodi quantitatum dicte camere fiat solutio integra infra annum in terminis, quos ad hoc duxeritis assignandos, proviso attentius, quod super hiis sic sufficientes et ydoneas cautiones nostro et camere predicte nomine studeatis
25 recipere ab eisdem, quod in terminis huiusmodi a qualibet ipsarum communitatum plena fiat solutio camere supradicte, prout duxeritis ordinandum.

Dat. apud Urbemveterem VI. kal. Aprilis pontificatus nostri anno quarto.

^a M als Initiale (sich über zwei Zeilen erstreckend) ausgeführt; am oberen Seitenrand: Reg[istrum] anni quarti pontificatus domini Martini (siehe Einleitung). ^{b-b} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Gualterus de Fontanis, vgl. Nr. 248 Anm. 2.

³ Ascoli Piceno.

⁴ Jesi (Prov. Ancona).

⁵ Ripatransone (Prov. Ascoli Piceno).

433 (II, 2)

Martin befiehlt Gualtero de Fontanis, 1000 Pfund Turnosen aus den Einkünften der Mark Ancona, sobald der Rektor (Giffrid von Anagni) oder der Thesaurar(..) sie erhalten haben, an den Grafen von Iuvingniaco auszuzahlen.

Orvieto, 1284 März 28.

Reg. Vat. 42, fol. 90r

Siehe zu den Namen den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio magistro Gualtero de Fontanis capellano nostro preposito de Ingrejo in ecclesia Carnoten. salutem etc.

Pridem tibi sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut receptis mille libris Turonen. de proventibus Marchie a dilecto filio . . , rectore ipsius provincie, illas dilecto filio
5 nobili viro . . , comiti de Iuvingniaco¹, exhiberes.

Verum quia, sicut accepimus, eidem comiti nondum est dicta pecunia persoluta, qui ipsa plurimum dicitur indigere, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus de dictis proventibus Marchie retentis primo duobus milibus Florenis auri pro stipendiis solvendis stipendiariis nostris, quos inibi retinemus, unacum aliis quinque milibus Florenorum, que de
10 camera nostra expediebat hac vice transmitti, prout tuis litteris intimasti, de ipsius Marchie proventibus, quamcitus ad manus eiusdem rectoris vel . . thesaurarii nostri² in Marchia predicta pervenerint, huiusmodi mille libras Turonen. dicto nobili facias exhiberi.

Dat. apud Urbemveterem V. kal. Aprilis pontificatus nostri anno quarto.

¹ Nicht identifiziert.

² Möglicherweise der bei Waley, *Papal State*, 323, genannte Philipp von der Florentiner Sozietät 'Hugo Spine'.

434 (III, 3)

Martin befiehlt dem Kämmerer Berard der Bitte Karls von Salerno, die durch dessen Prokuratoren Johannes de Cheniliaco, Hugo de Vice und Peter de Sury vorgebracht worden war, zu entsprechen und ihm für den Schutz des Regnos aus dem Kreuzzugszehnten, der in den aufgeführten Gebieten gesammelt worden war, 28393 Unzen und 14 'Grana' Gold (die Unze zu 5 Florenen Gold) zu leihen.

Orvieto, 1284 März 31.

Reg. Vat. 42, fol. 90r-v

Martinus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Berardo camerario nostro¹ salutem et apostolicam benedictionem.

Cum^a dilectus filius, nobilis vir Karolus², primogenitus carissimi in Christo filii nostri C., Sicilie regis illustris, princeps Salernitan. et honoris Montis Sancti Angeli dominus ac in
5 regno Sicilie vicarius generalis habens sub certa forma ab eodem rege potestatem accipiendi mutuo a nobis et Romana ecclesia usque ad summam centum milium unciarum auri³, prout in regiis litteris super hoc confectis vidimus contineri, dilectos filios, nobiles viros Johannem de

Chentiliaco, Hugonem de Vicinis, regie sueque marescalle vicemagistrum et Petrum de Sury⁴
ad * petendum mutuuum a nobis et Romana ecclesia infra dictam summam usque ad illam
10 quantitatem pecunie, quam nobis mutuare placetur, per suas litteras suo sigillo munitas
procuratores specialiter deputarit nobis cum instantia supplicans per eosdem, ut ei pro
custodia et defensione dicti regni magna quantitate pecunie indigenti subvenire de huiusmodi
mutuo de benignitate apostolica curaremus, nos inspectis tenoribus huiusmodi litterarum regis
15 et principis eorundem volentes ei in tam patenti quam necessaria causa non solum suis quam
etiam predictae Romane ecclesie profectibus in hac parte paterne diligentie studiis providere,
tibi presentium auctoritate mandamus, quatinus de pecunia decimarum concessarum subsidio
Terre Sancte in predicto Sicilie, Navarre, Aragonie et Ungarie regnis⁵ ac in Ebredunen.,
Viennen., Aquen., Arelaten., Tarentasien. et Bisuntin.⁶ provinciis, Sardinie quoque ac
20 Corsice⁷ insulis apostolica auctoritate collecta, que a nonnullis mercatoribus in Romana curia
commorantibus vel aliis, ubicumque fuerint, in depositum seu quocumque alio nomine
conservatur, viginti octo milia trecentas nonaginta tres uncias et quatuordecim grana auri ad
pondus regni Sicilie, quinque Florenis auri pro uncia qualibet computandis, nostro et prefate
ecclesie nomine pro eiusdem regni custodia et defensione mutues procuratoribus supradictis
reddenda nobis vel successoribus nostris et dicte ecclesie pro subsidio dicte Terre, sicut et
25 quando nobis placuerit, in Romana curia supradicta vel alibi ubicumque.

Dictos autem mercatores, si opus fuerit, ad solutionem huiusmodi quantitatis per censuram
ecclesiasticam et alias, prout expedire videris, appellatione remota compellas faciens pro
nostra et ipsius ecclesie Romane ac Terre Sancte cautela de huiusmodi mutuo confici
publicum instrumentum in archivis nostre camere conservandum.

30 Dat. apud Urbemveterem II. kal. Aprilis pontificatus nostri anno quarto.

^a *Daneben am Rand:* de mutuis.

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Karl II. von Anjou, vgl. Nr. 310 Anm. 1.

³ Siehe dazu oben Nr. 371 Anm. 3; vgl. Kieseewetter, *Anfänge*, 135.

⁴ Nicht nachgewiesen.

⁵ Königreiche Sizilien, Navarra, Aragon, Ungarn.

⁶ Erzbistümer Embrun, Vienne, Aix, Arles, Tarentaise, Besançon (alle Südfrankreich).

⁷ Sardinien und Korsika.

435 (4,IV)

Martin quittiert Maynetto Raynaldi von der Florentiner Handelsgesellschaft der 'Pulices und Rimbertini', dass er das Viertel, das seine Sozietät von den 24476 Pfund, 2 Soldi, 5 Denaren an kleineren Turnosen und 5000 Pfund Groschen SilberTurnosen aus dem Kreuzzugszehnten in Verwahrung hatte, erhalten hat, um die Summe Karl von Salerno zu leihen und erklärt alle Ansprüche bezüglich dieses Vermögens an Maynetto oder seine Mitgesellschafter für nichtig.

Orvieto, 1284 April 13.

Reg. Vat. 42, fol. 90v-91r

Martinus^a etc. Dilecto filio Maynecto Raynaldi de societate Pulicum et Rimbertinorum camere nostre mercatori civi Florentin. salutem etc.

Cum de summa viginti quatuor milium quadringarum septuaginta sex librarum, duorum
solidorum et quinque denariorum Turonen. parvorum et quinque milium librarum Turonen. in
5 grossis Turonen. argenti, que tibi et aliis mercatoribus camere nostre, videlicet Dino Johannis
de Thome Spiliati et Maynecti Spine Florentin., Vanti Honesti de Riczardorum Lucan. et Ture
Bonamiki de Bonaventure et filiorum Rolandi Bonsignoris Senen. societatibus de pecunia
decimarum concessarum subsidio Terre Sancte, que apud certos mercatores habebatur in
10 depositum, per dilectum filium Berardum camerarium nostrum¹ de speciali mandato nostro
communiter fecimus assignari et de quibus ad restitutionem quarte partis te et societatem tuam
duxeras obligandum, prout in quodam publico instrumento confecto manu magistri Alatrini de
Warrino² notarii plenius dicitur contineri, huiusmodi quartam partem pro quodam mutuo
usque ad certam partem nostro nomine faciendo dilecto filio, nobili viro Karolo³, primogenito
15 carissimi in Christo filii nostri C., Sicilie regis illustris, principi Salernitan. et honoris Montis
Sancti Angeli domino ac in eodem regno vicario generali pro defensione ac custodia dicti
regni eidem camerario de mandato nostro duxeris persolvendam, nos solutionem huiusmodi
ratam habentes et gratam et volentes super hoc tue et sociorum ac societatis tue indemnitati
paterna diligentia precavere presentium tenore fatemur de huiusmodi quarta parte fore nobis,
Romane ecclesie et Terre Sancte per te tuo et sociorum tuorum nomine persolventem plenarie
20 satisfactum, decernentes, ut instrumentum predictae obligationis seu quecumque alie littere vel
obligationes confecta exinde apparerent, quoad dictam quartam pretaxate summe a te dicto
camerario, ut predicatur, persolutam sint cassa et vacua nec aliquis pretextu eorundem
instrumentorum vel litterarum et obligationum te ac soci*etatem eandem et socios ipsos ac
tuos et heredes earum et successores in posterum impetere valeat aut etiam molestare, has
25 quoque litteras bulla nostra munitas in testimonium solutionis huiusmodi tibi ad tuam et
eorundem sociorum tuorum et societatis cautelam duximus concedendas.

Dat. apud Urbem veterem Idibus Aprilis pontificatus nostri anno quarto.

^a *Daneben am Rand:* solutiones decimarum pro mutuo. xxviii^o iii.^o lxxv? in unc.? et xiiii. in generum?
auri. *Darunter eingerahmt:* apodissa.

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Nicht nachgewiesen.

³ Karl II. von Anjou, vgl. Nr. 310 Anm. 1.

(5,V)

Quittung für Dino Johannis von der Florentiner Handelsgesellschaft 'Tommaso Spigliati und Hugo Spine' über den obengenannten Betrag (siehe 435,4.)

(Orvieto, 1284 April 13).

In eundem modum. Dino Johannis de societate Thome Spiliati et Maynetti Spine camere
nostre^a mercatori civi Florentin.

Cum de summa etc. usque videlicet Maynetto Rainaldi de Pulicum et Rimbertainorum,
Vanti Honesti de Riczardorum Lucan. et Ture Bonamiki de Bonaventure Bernardini Senen.
5 societatibus de pecunia decimarum etc. ut in proxima usque de huiusmodi quarta parte etc.
usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Daneben am Rand:* apodissa.

(6, VI)

Quittung für Vante Honesti von der Luccheser Handelsgesellschaft der Riccardi (siehe 435,4.)

(Orvieto, 1284 April 13).

In eundem modum. Vanti Honesti de societate Riccardorum camere nostre mercatori civi Lucan. etc. usque^a videlicet Dino Johannis de Thome Spiliati et Maynetti Spine et Mainetto Raynaldi de Pulicum et Rimbertainorum ac Thure Bonamiki de Bonaventure et filiorum Rollandi Bonsignoris Senen. societatibus de pecunia decimarum etc. usque presentium tenore
5 fatemur de huiusmodi quarta parte fore nobis, Romane ecclesie ac Terre Sancte etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand: apodissa.

(7)

Quittung für Thure Bonamiki von der Sieneser Handelsgesellschaft Bonsignori über den obengenannten Betrag (siehe 435,4.).

(Orvieto, 1284 April 13).

Item in eundem modum. Thure Bonamiki de societate Bonaventure Bernardini et filiorum^a Rolandi Bonsignoris camere nostre mercatori.

Cum de summa XXIII^M III^C LXXVII librorum duorum solidorum et quinque denariorum Turonen. parvorum et quinque milium librarum Turonen. in grossis Turonen. argenti, que tibi
5 et aliis mercatoribus camere nostre, videlicet Dino Johannis de Thome Spiliati et Maynetti Spine et Mainetto Raynaldi de Pulicum et Rimbertainorum Florentin. et Vanti Honesti de Riccardorum Lucan. societatibus de pecunia decimarum concessarum, etc. ut in proximo usque fatemur de huiusmodi quarta parte etc. usque in fine^b.

Dat. ut s.^c

^a Daneben am Rand: apodissa.

^b Für finem.

^c Danach eine Zeile freigelassen.

436 (8, VII)

Martin quittiert Bonino Philippi, dass er in seinem Namen und im Namen seiner Mitgesellschafter der Florentiner Sozietät 'Circulorum' aus dem in England gesammelten Kreuzzugszehnten auf Befehl des Kämmerers Berard 3300 Mark Sterling an die genannten Vertreter der Handelsgesellschaften 'Tomaso Spigliati - Maynetto Spine', 'Pulices - Rimbertaini', 'Riccardi' und 'Bonsignori' übergeben hat und erklärt alle gegenwärtigen und zukünftigen Ansprüche an sie bezüglich dieser Summe für nichtig.

Orvieto, 1284 April 3.

Reg. Vat. 42, fol. 91r

Martinus etc. Dilecto filio Bonino Philippi de societate Circulorum civi et mercatori Florentin. salutem^a et cetera.

Cum de pecunia decimarum collectarum subsidio Terre Sancte collecta auctoritate apostolica in regno Anglie, quam tu, societas seu socii tui in depositum seu quocumque alio modo habere noscebamini commendatam, dilectis filiis Dino Johannis de Thome Spiliati et Maynecti Spine et Maynetto Raynaldi de Pulicum et Rimbertainorum Florentin., Vanti Honesti de Riczardorum Lucan. et Thure Bonamiki de Bonaventure Bernardini et filiorum Rollandi Bonsignoribus mercatoribus recipientibus nostro, Romane ecclesie et Terre Sancte nomine ad mandatum dilecti filii Berardi camerarii nostri¹ auctoritate litterarum nostrarum ei super hoc specialiter directarum et de^b speciali nostra conniventia tibi factum tria milia trecentas marcas sterlingorum tuo Gerardini Oliverii Circuli, Taldi Raynerii, Guidonis Vicedomini, Bernardi Manfredi, Bindi Hugonis, Berti Maccii, Allodi Clarissimi et Tedaldi Orlandi ac omnium aliorum sociorum tuorum et societatis tue nomine duxeris persolvendas, nos solutionem huiusmodi ratam et gratam habentes ac volentes super hoc tue societatis et sociorum ipsorum indemnitatibus precavere presentium tenore fatemur de huiusmodi quantitate pecunie per te tuo et eorundem sociorum et societatis tue nomine persolventem fore nobis, Romane ecclesie ac Terre Sancte plenarie satisfactum decernentes, ut instrumenta seu quecumque littere et obligationes sub quavis forma verborum super huiusmodi pecunia decimarum confecta sint omnino cassa et vacua quoad huiusmodi quantitatem pecunie per te, ut premittitur, persolutam mercatoribus supradictis nec aliquis pretextu eorundem instrumentorum vel litterarum et obligationum te ac societatem eandem et socios ipsos ac tuos et heredes eorum et successores in posterum impetere valeat aut etiam molestare, has quoque litteras bulla nostra munitas in testimonium solutionis huiusmodi tibi ad tuam et eorundem sociorum tuorum et societatis cautelam duximus concedendas.

Dat. apud Urbemveterem III. non. Aprilis anno quarto. *

^a *Daneben am Rand:* de pecunia decima Anglie.

^b *Daneben am Rand:* apodissa.

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

437 (9,VIII)

Quittung für Cieffo Bonisigne aus der Florentiner Sozietät der 'Scala' über 4300 Mark Sterling (siehe Nr. 436).

(Orvieto, 1284 April 3).

Reg. Vat. 42, fol. 91v

Martinus^a etc. Dilecto filio Cieffo Bonisigne de societate de Scala civi et mercatori Florentin. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum etc. ut supra usque conniventia tibi factum quatuor milia trecentas marcas sterlingorum tuo Maynetti, Hugonis et Lapi de Scala, Jacobi Johannis Alberti, Folie, Alamanni et Phylippi filiorum quondam Aymerii Cose Catellani, Lapi, Lippi et Riccardi filiorum quondam Petri Benicase, Tegle Amadoris, Cose Fulchi, Ugolino de Vichis et Lotherii Bonaguide ac omnium aliorum sociorum tuorum et societatis tue nomine duxeris persolvendas, nos solutionem etc. ut in proxima usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Daneben am Rand:* apodissa.

438 (10, IX)

Quittung für Gualtero Angelotti aus der Florentiner Sozietät der 'Frescobaldi' über 3057 Mark Sterling (siehe Nr. 436).

(Orvieto, 1284 April 3).

Reg. Vat. 42, fol. 91v

Martinus^a etc. Dilecto filio Gualtero Angelotti de societate Frescobaldorum civi et mercatori Florentin. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum etc. ut in proximo usque conniventia tibi factum tria milia quinquaginta septem marcas sterlingorum tuo Ghini Frescobaldi, Coppi Joseppi, Corbolini
5 Bentii, Michaelis Johannis, Chini Ciuffagni, Johannis del Vulpe, Jacobi Frontis, Coppi et Lapi Cottenne, Nossi Deghi et Lapi Parisii ac omnium aliorum sociorum tuorum et societatis tue nomine duxeris persolvendas, nos solutionem etc. ut in proxima usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Daneben am Rand: apodissa.*

439 (11, X)

Quittung für Bartholino Pantasse aus der Florentiner Sozietät der 'Scala' über 300 Mark Sterling (siehe Nr. 436).

(Orvieto, 1284 April 3).

Reg. Vat. 42, fol. 91v

Martinus^a etc. Dilecto filio Bartholino Pantasse de societate Gheti Honesti civi et mercatori Lucan. salutem etc.

Cum de pecunia etc. ut in proximo usque conniventia tibi factum trecentas marcas sterlingorum tuo Gheti Honesti, Gadi et Dini de Honestis, Pelegrini de Olatro et Raciomei
5 Glandolfini ac omnium aliorum sociorum tuorum et societatis tue nomine duxeris persolvendas, nos solutionem etc. ut in proxima usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Daneben am Rand: apodissa.*

440 (12, XII)

Quittung für Rainaldo de Menazatis und Gregorio de Zuliano aus der Sozietät der 'Scotti' aus Piacenza über 6915 Mark Sterling (siehe Nr. 436).

(Orvieto, 1284 April 3).

Reg. Vat. 42, fol. 91v

Martinus^a episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Rainaldo de Menazatis et Gregorio de Ziliano de societate Scottorum civibus et mercatoribus Placentin. salutem et apostolicam benedictionem.

Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte collecta auctoritate apostolica in regno Anglie, quam vos, societas seu socii vestri in depositum seu quocumque alio modo habere noscebamini commendatam, dilectis filiis Dino Johannis etc. ut supra usque directarum et de speciali nostra conniventia vobis factum sex milia nongentas quindecim marcas sterlingorum vestro Alberti Scotti, Bernardi et Johannini Scotti, Egidii Boccabarilis, Opizonis de Farguan., Guillelmi Guadagnabene, Arnaldi Rondane, Jacobi de Furno, Guillelmi de filiis Agadis, Opizonis Diani, Boniihannis de Phylippis, Gislerii Lixoni, Uberti de Lantelino et Raynucutii de Quatuor Oculis ac omnium aliorum sociorum vestrorum et societatis vestre nomine duxeritis persolvendas, nos solutionem huiusmodi etc. usque per vos vestro et eorundem sociorum et societatis vestre nomine persolventes fore nobis Romane ecclesie ac Terre Sancte plenarie satisfactum decernentes etc. per vos, ut premititur, persolutam etc. vos ac societatem eandem et socios ipsos ac vestros et heredes eorum et successores in posterum etc. usque in testimonium solutionis huiusmodi vobis ad vestram et eorundem sociorum vestrorum et societatis cautelam duximus concedendas.

Dat. ut supra.

^a Hier beginnt eine neue Hand. Das 'M' ist zum Maiuskel-M stilisiert. Daneben am Rand: apodissa.

441 (13, XII)

Quittung für Nardo Leonardi Centummille aus der Florentiner Sozietät der 'Bardi' über 1140 Mark Sterling (siehe Nr. 436).

(Orvieto, 1284 April 3).

Reg. Vat. 42, fol. 91v-92r

Martinus^a etc. Dilecto filio Nardo Leonardi Centummille de societate Bardorum civi et mercatori Florentin. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum etc. ut in prima usque conniventia * tibi factum mille centum quadringenta marcas sterlingorum tuo Citii Jacobi Bardi, Racchi Salvaterre, Lapi Jacobi Bardi, Michaelis Bonatiere et Lapi Stoldi ac omnium aliorum sociorum tuorum et societatis tue nomine duxeras persolvendas, nos solutione etc. ut in prima^b usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand: apodissa.

^b Vielleicht verschrieben für proxima (siehe nachfolgendes Stück).

442 (14, XIII)

Quittung für Lapo Davanzati aus der Florentiner Sozietät der 'Falconeri' über 2230 Mark Sterling (siehe Nr. 436).

(Orvieto, 1284 April 3).

Reg. Vat. 42, fol. 92r

Martinus etc. Dilecto filio Lapo Davanzati de societate Falconeriorum civi et mercatori Florentin. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum etc. ut in proxima usque conniventia tibi factum duo milia ducentas triginta marchas sterlingorum tuo Foresii et Falchi Falconerii, Guidonis filii Cambii
5 Falconerii, Clarissimi filii Falchi Falconerii, Cambii filii Foresii Falconerii, Ugolini Zampe et Clari filii Jacobi Clarissimi ac omnium aliorum sociorum tuorum et societatis tue nomine duxeris persolvendas, nos solutionem etc. ut in proxima usque in finem.

Dat. ut supra.

Daneben am Rand: apodissa.

443 (15, XIII)

Quittung für Lotherio Homodei aus der Luccheser Sozietät der 'Scorcialupi' über 65 Mark, 12 Soldi und 2 Denare Sterling (siehe Nr. 436).

(Orvieto, 1284 April 3).

Reg. Vat. 42, fol. 92r

Martinus etc. Dilecto filio Lotherio Homodei de societate Scorcialuporum civi et mercatori Lucan. salutem^a etc.

Cum de pecunia decimarum etc. ut in proxima usque conniventia tibi factum sexaginta quinque marchas duodecim solidos et duos denarios sterlingorum tuo Scorcialupi, Jacobi
5 Bellutii Belli, Hubaldi Homodei et Landi Roncini ac omnium sociorum tuorum et societatis tue nomine duxeris persolvendas, nos solutionem etc. ut in proxima usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Daneben am Rand:* apodissa

444

Quittung für Spine Philippi aus der Sozietät der 'Amanati' aus Pistoia über 3360 Mark Sterling (siehe Nr. 436).

(Orvieto, 1284 April 3).

Reg. Vat. 42, fol. 92r

Martinus^a etc. Dilecto filio Spine Philippi de societate Amanatorum civi et mercatori Pistorien. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum etc. ut in proxima usque conniventia tibi factum tria milia trecentas sexaginta marchas sterlingorum tuo Bandini Amanati, Johannis Gerardini, Martini
5 Jacobi, Verenesii et Gualterocci Bartholomei, Jacobi Agolantis et Landonis Azzi, Lapi Bonichi, Napoleonis Bandini et Nesii Burgerii ac omnium aliorum sociorum tuorum et societatis tue nomine duxeris persolvendas, nos solutionem etc. ut in proxima usque in finem.

Dat. ut supra.^b

^a *Eine Zählung fehlt.* ^b *danach ist eine Zeile freigelassen.*

445 (16, XV)

Martin befiehlt dem Kämmerer Berard dafür zu sorgen, 1140 Silbermark aus dem Kreuzzugszehnten, der in Dänemark und Schweden gesammelt wurde und von Bernardus Guarini de Figiaco von der Sozietät der 'Crusolis' aus Montpellier verwahrt wird, von diesem herauszufordern und den Kaufleuten der Sozietät 'Anselmus Clarentis' aus Pistoia zu übergeben.

Orvieto, 1284 April 25.

Reg. Vat. 42, fol. 92r-v

Martinus etc. Dilecto filio Berardo camerario nostro¹ salutem etc.

Cum de nostro speciali beneplacito et^a mandato procedat, ut de pecunia decimarum Terre Sancte subsidio concessarum per venerabilem fratrem nostrum B., archiepiscopum Arelaten.,² tunc capellanum nostrum, in partibus Dacie et Suetie³ apostolica auctoritate collecta, quam
5 Bernardus Guarini de Figiaco de societate Johannis Guillelmi et Bertrandi de Crusolis, mercatorum Montispesulan., in depositum habere dinoscitur seu quocumque alio nomine commendatam, mille centum quadraginta marcas argenti de Gandino ad pondus Trecen. ab eodem Bernardo seu quocumque alio socio suo nostro, ecclesie Romane et Terre Sancte
10 nomine exigas et recipias illasque apud Clarentinum Anselmi et Conradum Galligani vel alterum eorum cives et mercatores Pistorien. de societate Anselmi Clarentis deponas nomine supradicto, presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus huiusmodi quantitatem pecunie, ut
15 premittitur, a supradicto Bernardo seu alio socio suo sine dilationis obstaculo exigere illamque penes eosdem Clarentinum et Conradum vel ipsorum alterum nostro et predictarum ecclesie ac Terre Sancte nomine deponere non postponas eundem Bernardum seu quecumque alium
socium suum ad solutionem dicte pecunie per censuram ecclesiasticam vel alias, prout expedire videris, appellatione postposita compellendo.

Volumus autem, ut de huiusmodi deposito pro nostra, eiusdem ecclesie ac Terre Sancte cautela confici facias publicum instrumentum in archivis nostre camere conservandum. Nos enim faciendi predicto nomine refutationem et quitationem ydoneam de predicta quantitate
20 pecunie, postquam fuerit persoluta, cassandi quoque annullandi, cancellandi et restituendi instrumenta, litteras et obligationes * sub quacumque forma confecta quoad dictam quantitatem pecunie persolvendam, ita quod idem Bernardus et socii eius, heredes ac successores eorum in perpetuum exinde impeti vel molestari non possint, plenam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem.

25 Dat. apud Urbemveterem VII kal. Maii pontificatus nostri anno quarto.

^a *Daneben am Rand: de decimis.*

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Bertrand Amalric, Erzbischof von Arles 1282 - 1286 (vgl. Eubel, *Hierarchia I*, 103). Zuvor war er sieben Jahre lang als Zehntkollektor in Dänemark und Schweden tätig gewesen, vgl. Gottlob, *Kreuzzugssteuern*, 108.

³ Dänemark und Schweden.

446 (17, XVI)

Martin quittiert Bernardo Guarini de Figiaco, dass er in seinem Namen und im Namen seiner Mitgesellschafter der Sozietät 'de Crusolis' aus Montpellier aus dem in Dänemark und Schweden gesammelten Kreuzzugszehnten auf Befehl des Kämmerers Berard 1140 Silbermark ausgezahlt hat, damit sie bei Clarentinum Anselmo und Corrado Galligani oder anderen Mitgliedern ihrer Sozietät aus Pistoia aufbewahrt werden können.

Orvieto, 1284 April 26.

Reg. Vat. 42, fol. 92v

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus^a etc. Dilecto filio Bernardo Guarini de Figiaco de societate Johannis Guillelmi et Bertrandi de Crusolis mercatorum Montispesulan. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum Terre Sancte subsidio concessarum per venerabilem fratrem nostrum B., archiepiscopum Arelaten., tunc capellanum nostrum, in partibus Dacie et Suetie apostolica auctoritate collecta, quam tu, societas seu socii tui in depositum seu quocumque alio modo habere noscamini commendatam, dilecto filio Berardo camerario nostro ad mandatum eius auctoritate litterarum nostrarum sibi super hoc specialiter directarum et de speciali nostra conniventia tibi factum mille centum quadraginta marcas argenti de Gandano ad pondus Trecen. tuo, Johannis Guillelmi et Bertrandi de Crusolis mercatorum Montispesulan. et omnium aliorum sociorum tuorum ac societatis tue nomine duxeris persolvendas apud dilectos filios Clarentinum Anselmi et Corradum Galligani cives et mercatores Pistorien. vel eorum alterum nostro, ecclesie Romane et predictae Terre Sancte nomine deponendas, nos solutionem huiusmodi ratam habentes et gratam ac volentes super hoc tue et sociorum tuorum et societatis indemnitati paterna diligentia precavere presentium tenore fatemur de huiusmodi marcarum quantitate per te tuo et sociorum tuorum nomine persolventem fore nobis, Romane ecclesie ac Terre Sancte plenarie satisfactum decernentes, ut instrumenta seu quecumque littere vel obligationes sub quacumque forma confecta exinde apparent, quoad pretaxatam marcarum quantitatem de dictis decimis a te dicto camerario, ut premittitur, persolutam sint cassa et vacua nec aliquis eorum pretextu te ac societatem necnon et socios ipsos tuos et heredes eorum ac successores in perpetuum^b impetere valeat aut etiam molestare, has quoque litteras bulla nostra munitas in testimonium solutionis huiusmodi tibi ad tuam et eorundem sociorum tuorum et societatis cautelam duximus concedendas.

Dat. apud Urbemveterem VIII kal. Maii pontificatus nostri anno quarto.

^a *Daneben am Rand: apodissa.*

^b *zu erwarten wäre 'posterum'.*

447 (18, XVII)

Martin befiehlt dem Bischof (Peter) von Rieti, dem Legaten G(erhard von Parma), 2888 Unzen, 23 Tarenen und 11 'Grana' Gold, die er als Kollektor für den Kreuzzugszehnten im Regno eingesammelt hat, so schnell wie möglich zukommen zu lassen, damit dieser sie an Karl II. für die geplante Invasion nach Sizilien weitergeben kann.

Orvieto, 1284 April 23.

Reg. Vat. 42, fol. 92v

Ob dieser Brief abgeschickt wurde, ist unklar, denn weiter unten (Nr. 455) findet sich ein Schreiben vom gleichen Tag, in dem jedoch von 2988 Unzen die Rede ist.

Martinus^a episcopus etc. Venerabili fratri .. episcopo Reatin.¹ salutem etc.

Cum dilecto filio nobili viro Carolo principi Salernitan.² pro exequendo sue instantis in Siciliam transfretationis negotio certam quantitatem pecunie mandaverimus mutuari sibi per venerabilem fratrem nostrum G., Sabinen. episcopum, apostolice sedis legatum³, sub certis
5 conditionibus assignandam, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem legato, cui super hoc scribimus, duo milia et octingentas et octoginta et octo uncias viginti tres tarenos et undecim grana auri de pecunia decime, quam in regno Sicilie, sicut intelleximus, collegisti, quamcito poteris, assignare procures faciens de assignatione huiusmodi duo publica
10 instrumenta similia fieri, quorum alterum tibi retineas nobis reliquum destinando.

Dat. apud Urbem veterem VIII. kal. Maii pontificatus nostri ^banno IIII^{ob}.

^a Daneben am Rand: de decimis. ^{b-b} am rechten Seitenrand.

¹ Pietro da Ferentino, Bischof von Rieti 1278-1286, von Gregor X. zum Zehntkollektor für das Regno außer Kalabrien ernannt; päpstlicher Kaplan, Bischof von Sora 1267-1278; 1286 zum Erzbischof von Monreale nominiert, 1286-1295 Administrator in Sora, 1296-1298 Administrator in Nola, 1298 Erzbischof von Capua, 1299-1301 Patriarch von Aquileia, im Laufe seines langen Wirkens mit zahlreichen diplomatischen Missionen im Dienste der Kurie betraut, vgl. über ihn ausführlich Brentano, *A new world*, 151 ff.

² Karl II. von Anjou, vgl. Nr. 310 Anm. 1.

³ Gerhard von Parma, seit 1245 an der Kurie belegt, seit 1253 als Schreiber (vgl. Nüske, *Untersuchungen*, Nr. 100), 1277 als Auditor litterarum contradictarum (vgl. Herde, *Ein Formelbuch Gerhards von Parma*, AfD 13, 1967, 225 ff.), seit 1282 Juni 5 Legat für das Königreich Sizilien, über seine Tätigkeit dort vgl. Herde, *Die Legation des Kardinalbischofs Gerhard von Sabina*, 6 ff. sowie Kieseewetter, *Die Regentschaft des Kardinallegaten Gerhard von Parma und Roberts II. von Artois*, 477 ff., gest. 1302 März 1, siehe über ihn auch Herde, *Bianchi, Gerardo*, DBI, 10, 96 - 101.

448 (19, XVIII)

Quittung für Fazio Berignionis und Thure Bonamiki von der Sieneser Sozietät der 'Bonsignori', die in ihrem Namen und in dem ihrer Mitgesellschafter 22299 Pfund, 17 Soldi, 3 Denare kleinere Turnosen und 5447 Pfund, 4 Soldi, 7 Denare Turnosen Silber groschen (wobei ein Silber groschen den Wert von 12 kleineren Turnosen besitzt) aus dem Kreuzzugszehnten, den sie aus den genannten Gebieten in Verwahrung hatten, an den

Kämmerer Berard ausgezahlt haben, damit dieser sie Karl von Salerno für den Schutz des Regno leihen kann.

Orvieto, 1284 April 26.

Reg. Vat. 42, fol. 92v-93r

Martinus^a etc. Dilectis filiis Fatio Berignionis et Thure Bonamiki de societate Bonaventure Bernardini civibus et mercatoribus Senen. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte in regnis Aragonie et Navarre¹ ac in Viennen., Arelaten., Aquen., Ebredunen., Tarentasien. et Bisuntin.² provinciis apostolica auctoritate collecta, quam vos societas seu socii vestri in depositum seu quocumque alio modo habere noscebamini commendatam, pro quodam mutuo usque ad certam quantitatem pecunie nostro et ecclesie Romane nomine faciendo dilecto filio nobili viro Karolo³, primogenito carissimi in Christo filii nostri C., regis Sicilie illustris, principi Salernitan. et honoris Montis Sancti Angeli domino et vicario ipsius regni Sicilie * generali, pro defensione et custodia dicti regni dilecto filio Berardo, camerario nostro⁴, ad mandatum eius auctoritate litterarum nostrarum sibi super hoc specialiter directarum et de speciali nostra conniventia vobis factum vestro, Bonaventure Bernardini, Bindi Clarici, Bartholi Johannis, Bentivenne Bentivenni et Altovici Bartholomei ac omnium aliorum sociorum vestrorum nomine viginti duo milia ducentas nonaginta novem libras, decem et septem solidos et tres denarios Turonen. parvorum et quinque milia quadringentas quadraginta septem libras, quatuor solidos et septem denarios eiusdem monete in Turonen. grossis argenti - quolibet Turonen. grosso pro duodecim parvis Turonen. computato - duxeritis persolvenda, nos solutionem huiusmodi ratam habentes et gratam ac volentes super hoc vestre societatis et sociorum vestrorum indemnitati paterna diligentia precavere presentium tenore fatemur de huiusmodi pecuniarum quantitibus per vos vestro et sociorum vestrorum nomine persolventes fore nobis, Romane ecclesie ac Terre Sancte plenarie satisfactum decernentes, ut instrumenta seu quecumque littere vel obligationes sub quacumque forma confecta exinde apparent, quoad pretaxatas quantitates pecuniarum de dictis decimis a vobis dicto camerario, ut premittitur, persolutas sint cassa et vacua nec aliquis eorum pretexto vos, societatem eandem et socios ipsos ac vestros et heredes eorum et successores in perpetuum impetere valeat aut etiam molestare, has quoque litteras bulla nostra munitas in testimonium solutionis huiusmodi vobis ad vestram et eorundem sociorum vestrorum et societatis cautelam duximus concedendas.

Dat. apud Urbemveterem idus Aprilis pontificatus nostri anno quarto.

^a *Daneben am Rand:* de decimis.

¹ Königreiche Aragon und Navarra.

² Erzbistümer Vienne, Arles, Aix, Embrun, Tarentaise, Besançon (alle Südfrankreich).

³ Karl II. von Anjou, vgl. Nr. 310 Anm. 1.

⁴ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

449 (20)

Quittung für Bollioni Rossilioni aus der Luccheser Sozietät der 'Battosi' über den Betrag von 200 Goldunzen sizilischer Pfund (siehe Nr. 448).

(Orvieto, 1284 April 26).

Reg. Vat. 42, fol. 93r

Martinus etc. Dilecto filio Bolliono Rossilioni de societate Battosorum civi et mercatori^a Lucan. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum^b concessarum subsidio Terre Sancte in regno Sicilie apostolica auctoritate collecta, quam^c tu societas seu socii tui in depositum etc. ut in proxima usque^d ac
5 vicario regni Sicilie generali etc. usque^b speciali nostra conniventia tibi factum tuo, Costori Orlandi et Johannis Battosi ac omnium aliorum sociorum tuorum et societatis tue nomine ducentas uncias auri ad pondus predicti regni duxeris persolvendas, nos solutionem huiusmodi etc. usque fatemur de huiusmodi unciarum quantitate per te tuo et sociorum tuorum nomine
10 persolventem etc. usque apparent, quoad pretaxatam unciarum quantitatem de dictis decimis a te dicto camerario, ut premittitur, persolutam etc. usque pretextu te, societatem eandem ac socios ipsos et tuos et heredes eorum ac successores inperpetuum impetere valeat aut etiam molestare, has quoque litteras bulla nostra munitas in testimonium solutionis huiusmodi tibi ad tuam et eorundem sociorum et societatis cautelam duximus concedendas.

Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand: apodissa. ^b danach eine Lücke. ^c danach ein Loch. ^{d-d} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

450 (21)

Quittung für Bollioni Rossilioni aus der Luccheser Sozietät der 'Battosi' über den Betrag von 441 Pfund und 17 Soldi kleinerer Turnosen. (siehe Nr. 448).

(Orvieto, 1284 April 26).

Reg. Vat. 42, fol. 93r

Item. Eidem Bolliono Rossilioni de societate Battosorum civi et mercatori Lucan.

Cum de pecunia^a decimarum concessarum subsidio Terre Sancte in Viennen., Arelaten., Aquen., Ebredunen., Tarentasien. et Bisuntin.¹ provinciis apostolica auctoritate collecta, quam tu etc. usque^b tibi factum tuo, Costeri, Orlandi, et Johannis Battosi, Jacobi Arnaldi et
5 Rustichi Romangnioli ac omnium aliorum sociorum tuorum^b et societatis tue nomine quadringentas quadraginta unam libras et decem et septem soldos Turonen. parvorum duxeris persolvendam, nos etc. usque^c de huiusmodi pecunie quantitate per te tuo et sociorum tuorum nomine persolventem fore nobis, Romane ecclesie et Terre Sancte plenarie satisfactum decernentes, ut instrumenta seu quecumque littere vel obligationes sub quacumque forma
10 exinde apparent, sint cassa et vacua nec aliquis pretextu eorum quoad pretaxatam quantitatem pecunie de dictis decimis a te, ut premittitur, dicto camerario persolutam te,

societatem eandem ac socios ipsos et tuos et heredes eorum et successores inperpetuum impetere valeat aut etiam molestare, has quoque litteras etc. ut in proxima usque in finem.

Dat. ut supra. *

^a Daneben etwas oberhalb am Rand: apodissa. ^{b-b} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt. ^c ..c. usque über der Zeile nachgetragen.

¹ Kirchenprovinzen Vienne, Arles, Aix, Embrun, Tarentaise, Besançon.

451 (22, XXI)

Quittung für Conrado Galligari aus der Sozietät 'Anselmo Clarentis' aus Pistoia über den Betrag von 3360 Pfund kleinerer Turnosen (siehe Nr. 448).

Orvieto, 1284 April 13.

Reg. Vat. 42, fol. 93v

Martinus^a etc. Dilecto filio Conrado Galligarii de societate Anselmi Clarentis civi et mercatori Pistorien. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte in regnis Aragonie et Navarre ac in Viennen., Arelaten., Aquen., Ebredunen., Tarentasien. et Bisuntin. provinciis apostolica auctoritate collecta, quam tu, societas seu socii tui in depositum seu quocumque
5 alio modo habere noscebamini commendatam, pro quodam mutuo usque ad certam quantitatem pecunie nostro et ecclesie Romane nomine faciendo dilecto filio, nobili viro Karolo, primogenito carissimi in Christo filii nostri . . ., regis Sicilie illustris, principi Salernitan. et honoris Montis Sancti Angeli domino ac vicario ^bregni Sicilie^b generali pro
10 defensione et custodia dicti regni dilecto filio Berardo camerario nostro¹ ad mandatum eius auctoritate litterarum nostrarum sibi super hoc specialiter directarum et de speciali nostra conniventia tibi factum, tuo, Anselmi Clarentis, Clarentini filii eius Jacobi Raynerii ac omnium aliorum sociorum tuorum et societatis tue nomine tria^c milia trecentas sexaginta
15 libras Turonen. parvorum duxeris persolvendas, nos solutionem huiusmodi ratam habentes et gratam ac volentes super hoc tue societatis et sociorum tuorum^d indemnitati paterna diligentia precavere presentium tenore fatemur de huiusmodi pecunie quantitate per te tuo et sociorum tuorum nomine persolventem fore nobis, Romane ecclesie et Terre Sancte plenarie
20 satisfactum decernentes, ut instrumenta seu quecumque littere vel obligationes sub quacumque forma confecta exinde apparerent, quoad pretaxatam quantitatem pecunie de dictis decimis a te dicto camerario, ut premititur, persolutam sint cassa et vacua nec aliquis eorum
25 pretextu te, societatem eandem ac socios^e ipsos ac tuos et heredes eorum et successores in perpetuum impetere valeat vel etiam molestare^f, has quoque litteras bulla nostra munitas in testimonium solutionis huiusmodi tibi ad tuam et eorundem sociorum et societatis cautelam duximus concedendas.

Dat. apud Urbemveterem idus^g Aprilis pontificatus nostri anno quarto.

^a Daneben am Rand: apodissa. ^{b-b} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt. ^c Daneben am Rand: de decimis. ^d Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt. ^e Zwischen 'so' und 'cios' ein Loch. ^f Davor ein Loch. ^g Für Idibus.

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

452 (23, XXII)

Quittung für Petro Foresio aus der Florentiner Sozietät 'Lambertuci de Frescobaldis' über den Betrag von 54 Goldunzen Florenen und Karolinen aus dem im Königreich Sizilien eingesammelten Kreuzzugszehnten (siehe Nr. 448).

(Orvieto, 1284 April 13).

Reg. Vat. 42, fol. 93v

Martinus^a etc. Dilecto filio Petro Foresio de societate Lambertucii de Frescobaldis civi et mercatori Florentin. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte in regno Sicilie apostolica auctoritate collecta etc. usque vicario ipsius regni Sicilie generali pro defensione etc. usque
5 conniventia tibi factum tuo ac omnium aliorum sociorum nomine viginti quatuor uncias in Floren. et Karolin. auri duxeris persolvendas nos solutione etc. usque societatis tue nomine etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Daneben am Rand: apodissa.*

(24, XXIII)

Quittung für Batholino Pantasse aus der Luccheser Sozietät 'Ghetti Honesti' über den Betrag von 74 Unzen, 29 Tarenen und 15 'Grana' Gold (siehe Nr. 448) aus dem im Königreich Sizilien eingesammelten Kreuzzugszehnten.

5 *(Orvieto, 1284 April 13).*

In^a eundem modum. Dilecto filio Bartholino Pantasse de societate Ghetti Honesti civi et mercatori Lucan.

Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte in regno Sicilie etc. usque tibi factum tuo, Ghetti Honesti, Gaddi et Dini de Honestis, Pelegrini de Olarco et Baciomei
5 Ghiandolfini ac omnium aliorum sociorum tuorum nomine septuaginta quatuor uncias, viginti nove Taren. et xv grana auri ad pondus dicti regni duxeris persolvendas nos solutionem etc. de huiusmodi auri quantitate etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Daneben am Rand: apodissa.*

(25, XXIV)

Quittungen für Petro Foresio aus der Florentiner Sozietät 'Lambertuci de Frescobaldis' über den Betrag von 150 Goldunzen bzw. 24 Goldunzen Florenen und Karolinen (siehe Nr. 448).

(Orvieto, 1284 April 13).

In^a eundem modum. Petro Foresio de societate Lambertucii de Frescobaldis civi et mercatori Florentin. etc. usque tuo ac omnium aliorum sociorum tuorum nomine centum

quingenta uncias auri duxeris persolvendas, nos solutionem huiusmodi etc. usque in finem.
Dat. ut supra.

5 Item in eundem modum eidem Petro usque tuo ac omnium aliorum sociorum tuorum nomine XXIII uncias in Florenis et Karolin. auri duxeris persolvendas etc. usque in finem.

^a Daneben am Rand: apodissa.

(26, XXV)

Quittung für Aiuto Rossimpelli und Petro Fattinelli aus Lucca, in deren Namen Vanto Honesti aus der Luccheser Sozietät der 'Ricchardi' 377 Unzen, 6 Tarenen und 11 'Grana' Gold aus dem Kreuzzugszehnten, der im Regno und in Kalabrien gesammelt worden war, der Kurie übergeben hat.

(Orvieto, 1284 April 13).

In^a eundem modum. Dilectis filiis Aiuto Rossimpelli et Petro Fattinelli sociis civibus et mercatoribus Lucan.

Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sante in regno Sicilie citra Calabriam apostolica auctoritate collecta etc. verbis competenter mutatis usque nobis factum
5 per manus dilecti filii Vanti Honesti de societate Riczardorum, civis Lucan., nostre camere mercatoris, vestro nomine persolventis, trecentas septuaginta septem uncias, sex tarenos et undecim grana auri duxeritis persolvenda, nos etc. usque fatemur de huiusmodi pecuniarum quantitibus per ipsum Vantum nostro nomine persolventem fore nobis Romane ecclesie etc. verbis competenter mutatis usque in finem.

10 Dat. ut supra. *

^a Daneben am Rand: apodissa.

453 (27, XXVI)

Martin macht, bei grundsätzlicher Wahrung seiner Stadtherschaft, den Römern Zugeständnisse im Bereich der Finanzverwaltung.

Orvieto, 1284 April 30.

5 *Reg. Vat. 42, fol. 94r-v*

Dupre-Theseider, Roma, 232; Raynaldus, Annales ad anno 1284, § 17. - P 22129

Martinus etc. Dilectis filiis populo Romano salutem etc.

More pii patris, quem filiorum delectant prospera pariter et adversus perturbant, summis desideriiis affectantes, vobis^a et urbi, quos dilectione paterna prosequimur, subductis impenditionis quibuslibet stabilis proveniat bonum pacis, quietis arrideat durature comoditas
5 et prosperitatis votive plenitudo succedat, ad sedandas discordias et scandala submovenda, que nonnumquam in Urbe¹ ipsa procurante pacis emulo, intentore malorum, satore zizanie suscitantur, partes nostras vigilanter apponimus cunctisque studiis opem et operam non parcentes laboribus impertimur, prout ex ipsa facti experientia, si vera fateri liceat, didicistis nec etiam provocati quantumlibet ad huiusmodi vestra^b dicteque Urbis affectuosa
10 prosecutione desistimus cogente nos intima, qua vos et illam complectimur, caritate. Pridem siquidem intellecto, quod in eadem Urbe inimici hominis instingante malitia gravis erat exorta

discordia, turbati fuimus vehementer et, ne in vestrum Urbis prelibate periculum invalescerent fluctus eius, nos tam formidandis volentes obviare principiis, que dispendia grandia minabantur, tres ex fratribus nostris, quantumcumque illorum presentia carere nosceremur
15 inviti, ad predictam Urbem celeriter duximus destinandos, qui vestre ac ipsius Urbis pacis et quietis fervidi zelatores ad reformandum^b et pacificandum^b vestrum et eius statum sollicite laborarunt ad id sua totaliter argumentosa studia convertendo nonnullis per eos vobiscum tractatibus habitis nonnullis a vobis propterea nuntiis ad nostram presentiam destinatis, per quos a nobis quedam cum instantia postulastis.

20 Licet igitur super nostro Urbis eiusdem turbato regimine tam in facto quam modo nobiscum, si diligenter attenditur, per nonnullos valde iniuriose sit actum, eidem plena nobis dicti regiminis fuerit concessa libertas ac totum, quod vobis in hoc a nostra benignitate conceditur gratie initatur, eo quod indebitum quinimmo, ut vera loquamur, iniuriosum penitus fore conspicitur, quod ab aliquibus petitur in hac parte idque vobis vestrosque profectibus, si
25 sollicita consideratione pensetur et ad recti iudicii deducatur examen, non credatur verisimiliter expedire ac etiam nonnulle alie cause subsint, quos ex causa silentio preterimus et propter quas aliquibus considerationibus habitis suadeatur nobis ad presens denegatio petitorum, volentes tamen vos in hoc prosequi gratiose ac benigene satisfacere vestris, quamquam per infrascripta nullatenus intendamus potestati, concessioni, translationi et
30 libertati datis nobis et factis super commisso nobis regimine supradicto ac singulis aliis in huiusmodi concessione contentis in aliquo derogare, sed ea potius nobis illesa et integra reservare et in suo vigore suoque robore penitus permanere velimus, dabimus tamen seu concedemus nobis vicarium vel vicarios et camerarium ad certum salarium ordinandum et statuendum per vos et ad certi temporis spatium, prout nobis videbitur faciendum, qui quidem
35 camerarius redditus et proventus Urbis recipiat et ad opus et commodum eius custodiat diligenter. Sustinere quoque proponimus propter necessitatem presentis caristie, ut in hoc vestris affectibus satisfiat, quod Johannes Cinchii sit capitaneus super grassie facto dumtaxat habiturus super hoc iurisdictionem a nobis quodque huiusmodi capitaneie officium per sex menses tantum exerceat, ut experientia nos doceat, utrum id vobis expediat in futurum, et
40 quod capitaneus super grassia nominetur duorum milium librarum Provesin. sibi salario statuendo. Tolerabimus etiam patienter vestre volentes condescendere voluntati et experimento probare, an expediat vobis in posterum, quod remaneant artium capita, que nobis tamen nostrisque obedire vicariis teneantur. Ceterum quamvis insolitum sit et novum vel verius iniuriosum esse regimini dinoscatur, ut vicarius et capitaneus grassie sub eodem tecto
45 cohabitent et morentur talisque commixtio scandalis aditum et viam possit dissensionibus aperire, cum familiarium diversitas turbationum esse soleat genitiva, intendentes tamen in hoc desideriis vestris annuere de gratia speciali * Capitoli domos diligenter inspici faciemus, si forte in voluntate concepta persistendum et eidem capitaneo ac officialibus et familie propriis locum inibi congruum per eiusdem temporis spatium assignari. Rogamus igitur universitatem
50 vestram et hortamur attente, quatinus benignitatis affluentiam, quam in hoc et in aliis erga vos duximus observandam et exuberantem gratiam, quam vobis in hac parte facimus, sedula meditatione pensantes ad ea, que honorem et exaltationem Romane ecclesie matris vestre respiciunt, sollicite intendatis in ipsius devotione constantibus animis persistendo, a qua nulla vos prava suggestio, nulla inductio venenosa, nulla fraudulenta dolosaque submissio, nulla
55 turbatio temporis separet vel divellat, ut in devotione ac obedientia dicte matris tanto semper inveniamini firmiores, quanto specialiores filii eius estis. Nos enim stabiliter in animo

gerimus vos precipuis confovere favoribus, specialibus respicere gratiis et auxiliis prosequi oportunis.

60 Et ecce dilectum filium Citadinum dictum de Episcopo iudicem civem Urbevetan.² ecclesie Romane fidelem et exaltationis Romani populi zelatorem ad vos duximus destinandum, qui de intentione nostra super premissis poterit vos plenius informare.

Dat. apud Urbemveterem II. kal. Maii pontificatus nostri anno quarto.

^a Davor ut zu ergänzen. ^b Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt, veram gestrichen. ^{c-c} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

¹ Rom.

² Cittadino aus Orvieto, vgl. zu ihm Nr. 73 Anm. 1. Mit dieser Ernennung erkannte Martin die Vertreibung des Vikars Karls I. durch die römische Bevölkerung vom Januar 1284 an, vgl. Dupre-Theseider, *Roma*, 232.

454 (28, XXVII)

Martin trägt dem nach Rom gesandten Citadino aus Orvieto auf, bis auf Weiteres seinen Amtssitz am Kapitol zu nehmen, um hier Recht zu sprechen und die Amtsgeschäfte zu erledigen.

(Orvieto, 1284 April 30).

Reg. Vat. 42, fol. 94v

Siehe zu den Namen den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio Citadino dicto de Episcopo iudici civi Urbevetan. salutem etc.

Cum te ad Urbem pro statu prospero ipsius Urbis specialiter destinemus, volumus, quodsi negotium huiusmodi successus habuerit prosperos, ut speramus, tu nomine nostro capitolium petas, recipias et conserves ac ibidem iustitiam reddas petentibus et exerceas, quicquid ad
5 regiminis spectat officium, donec circa huiusmodi regimen aliter duxerimus providendum.

Dat. ut. supra.

455 (29, XXVIII)

Martin befiehlt dem Bischof (Peter) von Rieti, dem Kardinallegaten G(erhard von Parma) 2988 Unzen, 23 Tarenen und 11 Grani Gold, aus dem Kreuzzugszehnten, den er im Regno gesammelt hat, zu übergeben, damit dieser sie K(arl von Salerno) für dessen geplante Übersetzung nach Sizilien leihen kann.

Orvieto, 1284 April 23.

Reg. Vat. 42, fol. 94v

Vgl. Kiesewetter, Anfänge, 135. - Bis auf die Summe (2988 statt 2888 Unzen) ist dieser Brief identisch mit dem unter Nr. 447 abgedruckten Schreiben, es wurde also nur eines von beiden expediert, vermutlich das zuletzt eingetragene, also Nr. 455. - Siehe zu den Personen Nr. 447.

Martinus etc. Venerabili fratri . . episcopo Reatin. salutem etc.

Cum dilecto filio nobili viro Carolo, principi Salernitan., pro exequendo sue instantis in Siciliam transfretationis negotio certam quantitatem pecunie fecerimus mutuari sibi per

5 venerabilem fratrem nostrum G. Sabinen. episcopum, apostolice sedis^a legatum, sub certis
condicionibus assignandam, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem
legato, cui super hoc scribimus, duo milia et nongentas octoginta et octo uncias, viginti tres
Tarenos et undecim grana auri, que desunt de quantitate predicta, de pecunia decime, quam in
regno Sicilie, sicut intelliximus, collegisti, quamcito poteris, assignare procures faciens de eo,
10 quod assignaveris, duo publica instrumenta similia fieri, quorum alterum tibi retineas nobis
reliquum destinando.

Ut autem huiusmodi negotium efficacius exequi valeas, tibi exigendi et recipiendi
pecuniam ipsam ab hiis, penes quos existit deposita vel modo alio commendata, et
compellendi eos per te vel per alium seu alios ad exhibendam tibi vel tuo certo nuntio
pecuniam supradictam ac invocandi propter hoc contra eos, si opus fuerit, auxilio^b brachii
15 secularis plenam et liberam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem.

Dat. apud Urbemveterem VIII kal. Maii pontificatus nostri anno quarto^c. *

^a Daneben am Rand: de decimis. ^b Verschrieben für 'auxilium'. ^c Die Seite ist nicht ganz
beschrieben, etwa neun Zeilen sind freigelassen.

456 (30, XXIX)

*Martin stellt es dem Kapitan der päpstlichen Truppen in der Campagna, Jean d'Eppe, frei,
ob er dem Wunsch Karls von Salerno entspricht und mit seinen Truppen zum bevorstehenden
Feldzug gegen Sizilien zu ihm wechselt oder weiterhin im päpstlichen Dienst in der
Campagna bleibt.*

Orvieto, 1284 Mai 5.

Reg. Vat. 42, fol. 95r

Kiesewetter, Anfänge, 132, Pásztor, Guerra, 151 f. (Teildruck).

^aMartinus etc.^a Dilecto filio nobili viro Johanni de Epa¹ gentis ecclesie in Campanie
partibus capitaneo generali ^bsalutem etc.^b

Intelleximus tam per litteras dilecti filii nobilis viri Caroli², principis Salernitan., tibi
directas quam per tuas dilecto filio Berardo, camerario nostro³, transmissas tibi nuper ab
5 eodem principe districte fuisse iniunctum, ut, cum ipse in instanti eius passagio in rebellem
Sicilie insulam te secum velit habere presentem, tu cum tota gente, quam habes ad arma et
etiam cum maiori armatorum comitiva, quam habere poteris, ad eius presentiam sublata
dilatione qualibet te conferre procures. Unde cum instantia petiisti per nostras tibi litteras
intimari, utrum de beneplacito nostro procedetur, quod adhuc in Campanie partibus cum
10 predicta gente moreris aut quod unacum illa principem adeas supradictum.

Licet igitur tua sit nobis in partibus ipsis presentia plurimum oportuna nobisque placeret
non modicum, ut nondum inde discederes, considerata temporis qualitate, quia tamen
principis memorati negotium magno favore prosequimur nec vellemus ipsi negotio per tuam
absentiam in aliquo deperire, tuo arbitrio duximus relinquendum, ut in hac parte, quod
15 malueris, exequaris sciturus, quodsi ad^c principem ipsum accesseris, te habebimus
excusatum.⁴

Dat. apud Urbemveterem III. non. Maii ^dpontificatus nostri anno quarto^d.

^{a-a} Über der Zeile nachgetragen. ^{b-b} Über der Zeile nachgetragen. ^c Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt. ^{d-d} am rechten Seitenrand.

¹ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25 Anm. 8.

² Karl II. von Anjou, vgl. Nr. 310 Anm. 1.

³ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

⁴ Jean d'Eppe kehrte am 18. Mai 1284 ins Regno zurück, seine Söldner verblieben schließlich im päpstlichen Dienst, vermutlich weil Karl von Salerno ihnen den Sold verweigert hatte, vgl. Kiese Wetter, *Eppe*, 32.

457 (31, XXX)

Martin befiehlt Andrea Spiliati, dem Rektor der Campagna und Marittima, Jean d'Eppe und seinen Leuten - sollte dieser sich entschließen, in den Dienst Karls von Salerno zu treten - aus dem übersandten Geld den fälligen Sold zu bezahlen, die restliche Summe aber nur mit ausdrücklicher päpstlicher Erlaubnis zu verwenden.

(Orvieto, 1284 Mai 5).

Reg. Vat. 42, fol. 95r

Siehe zu den Namen den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio magistro Andree Spiliati capellano nostro Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

Intelleximus tam per litteras dilecti filii, nobilis viri Caroli, principis Salernitan., dilecto filio, nobili viro Johanni de Epa, gentis ecclesie in Campanie partibus capitaneo generali,
5 directas quam per eiusdem Johannis dilecto filio Berardo camerario nostro transmissas, predicto Johanni nuper ab eodem principe districte fuisse iniunctum, ut, cum ipse in instanti eius passagio in rebellem Sicilie insulam dictum Johannem secum velit habere presentem, idem Johannes cum tota gente, quam habet ad arma et etiam cum maiori armatorum comitiva, quam habere poterit, ad eiusdem presentiam principis sublata dilatione qualibet se conferre
10 procuret. Unde prefatus Johannes cum instantia petiit per nostras sibi litteras intimari, utrum de beneplacito nostro procederet, quod adhuc in predictis partibus cum prefata gente moretur aut quod unacum illa principem adeat supradictum. Nos autem, licet eiusdem Johannis in partibus ipsis presentia sit nobis plurimum oportuna nobisque placeret non modicum, ut nondum idem Johannes inde discederet, considerata temporis qualitate, quia tamen principis
15 memorati negotium magno favore prosequimur nec vellemus ipsi negotio per eiusdem Johannis absentiam in aliquo deperire, dicti Johannis arbitrio duximus reliquendum, ut in hac parte, quod maluerit, exequitur sciturus, quodsi ad principem predictum accesserit, ipsum habebimus excusatum.

Cum itaque pro solvendis Johanni et genti eisdem stipendiis certam tibi summam pecunie
20 nuper duxerimus destinandam, volumus et per apostolica tibi scripta mandamus, quatinus, si contigerit eundem Johannem cum gente ipsa principem adire predictum, tu stipendia eis debita usque ad diem, quo de partibus recesserint prelibatis, de pecunia memorata persolvas. Quod autem residuum fuerit, custodians^a diligenter nec quicquam de ipso in aliquos usus convertas sine nostra speciali licentia et mandato, nobis, quod in hac parte feceris, plenarie rescripturus.

25 Dat. ut supra.

^a *Verschrieben für custodias.*

458 (32, XXXI)

Martin lobt Karl von Salerno für seine Dankesbekundungen gegenüber dem Kollektor des Kreuzzugszehnten im Regno, dem Bischof von Rieti, und ersucht ihn, in seinem Eifer fortzufahren.

(Orvieto, 1284 Mai 5).

Reg. Vat. 42, fol. 95r

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Carolo principi Salernitan.¹ salutem etc.

Habet assertio venerabilis fratris nostri, . . ., episcopi Reatin.,² cui negotium decime Terre Sancte in regno Sicilie subsidio deputate pridem commissum extitit, quod tu circa ipsum affluentiam favorabilis benignitatis exercens eum honorasti multipliciter hactenus et honoras.

5 Nos autem de tuis laudabilibus^a actibus non modicum gratulantes et cupientes, ut in illis tui nobilitas animi delectetur, tanto te provide propensius commendamus, quanto id ex maioris devotionis affectu, quem erga Romana geris ecclesia, noscitur processisse. Hortamur igitur magnitudinem tuam ex illa, qua te prosequimur intima caritate, quatinus ad ea, que sint in
10 oculis divine magestatis^b accepta tuique honoris incrementum respiciunt, sedulum studium largiaris.

Dat. ut supra.

^a laudabilibus vor Korrektur, 'bilibus' am Rand.
linguae latinae, VIII.

^b ungewöhnlich für 'maiestatis', vgl. *Thesaurus*

¹ Karl II. von Anjou, vgl. Nr. 310 Anm. 1.

² Pietro da Ferentino, vgl. Nr. 447 Anm. 1.

459 (33, XXXII)

Martin unterrichtet seinen Legaten G(erhard von Parma) darüber, dass die Venezianer die Schiffe, die sie Karl von Salerno versprochen hatten, zurückhalten. Deshalb hat er seinem dortigen Legaten B(ernhard) befohlen, selbst Männer anzuwerben, um 50 Galeeren zu bemannen.

Desweiteren läßt er zur Unterstützung der geplanten Invasion Karls auf Sizilien Gerhard durch Boten Karls als auch durch den Bischof von Rieti aus dessen Einnahmen als Kollektor des Kreuzzugszehnten im Regno 20384 Unzen, 7 Tarenen und 3 Grani Gold zukommen, damit er sie an Karl verleiht. Sollte ihm allerdings eine Invasion gegenwärtig ungünstig erscheinen, soll er das Geld zurückbehalten.

Orvieto, 1284 April 23.

Reg. Vat. 42, fol. 95r-v

Kiesewetter, Anfänge, 128.

Martinus etc. Venerabili fratri G. episcopo Sabinen.¹ apostolice sedis legato salutem etc.

Tuam non credimus * latere notitiam, quod . . . Venetorum ducis, inobedientie filii², et quorundam sibi faventium malitia faciente mille^a galee conducatis pro dilecto filio, nobili viro Carolo, principe Salernitan., possunt haberi Venetiis, quamvis venerabilem fratrem nostrum B. Portuen.³, apostolice sedis legatum, illuc propter hoc specialiter duxerimus destinandum, sicut dilectus filius, nobilis vir Johannes de Genvilla⁴, quem idem princeps cum nonnullis aliis suis nuntiis ad civitatem Venitiarum pro certis galeis conducendis inibi destinavit, nobis in nostra pridem constitutus presentia retulit oraculo vive vocis. Quia vero prefatus Johannes asseruit, quod in partibus illis homines ydonei et experti ad armandum viginti galeas poterant inveniri, nos ad promotionem negotii sollicitè intendentes eidem legato tunc Venetiis existenti quinque milia unciarum auri, cum fuisset nobis ab eodem principe humiliter supplicatum, ut longe maiorem summam pecunie pro galeis mitteremus eisdem, per certos socios mercatorum camere nostre transmisimus convertenda per eum in stipendia hominum predictorum. Nuper autem prefatus princeps dilectos filios, nobiles viros Johannem de Chentiliaco, Hugonem de Vicinis regie ac ipsius principis marescalle vicemagistrum et Petrum de Sury⁵, nuntios suos, cum litteris ad nostram presentiam destinavit nobis humiliter supplicans per eosdem, ut, cum intendat in proximo divina favente clementia in Siciliam transfretare ac propterea sibi pecuniarium existat subsidium oportunum, mutuare sibi certam summam pecunie dignaremur.

Unde nos habentes specialiter cordi negotium, cum Romanam contingat ecclesiam, et in tante necessitatis articulo eidem principi favorabiliter et efficaciter adesse volentes sibi viginti et octo milia et trecentas nonaginta et tres uncias et quatuordecim grana auri computatis in eis quinque milibus supradictis mandavimus mutuari recepta prius ab eo de restituenda nobis et eidem ecclesie huiusmodi quantitate pecunie cautione. De cuius totali summa tibi viginti milia et trecentas octoginta et quatuor uncias septem Tarenos et tria grana auri per nuntios mittimus supradictos per eos tibi fideliter assignanda. Predicti quoque socii mercatorum camere nostre, qui prefata quinque milia legato portaverant eidem, viginti uncias de predicto mutuo pro suis habuerunt expensis. Duo milia vero et octingentas octoginta et octo uncias viginti tres Tarenos et undecim grana auri tibi per venerabilem fratrem nostrum . . . Reatin. episcopum,⁶ cui super hoc scribimus, de pecunia decime, quam, sicut intelleximus, in Sicilie regno collegit, assignari mandamus.

Volumus igitur et fraternitati tue presentium auctoritate precipimus, quatinus predictam pecuniam, quam tibi tam iidem nuntii quam episcopus assignabunt, sublata qualibet difficultate recipiens eam prefato principi nostro et ecclesie Romane nomine assignare procures, dummodo per eum pecunia ipsa in executionem huiusmodi negotii sue instantis transfretationis dumtaxat et non in usus alios convertatur confectis super assignatione huiusmodi duobus publicis similibus instrumentis, quorum alterum tibi retineas nobis reliquum destinando. Si vero consideratis diligenter ipsius negotii circumstantiis universis tibi fortasse videbitur, quod adpresens princeps ipse non debeat in Siciliam transfretare, predictam pecuniam sollicitè conservare studeas, ne, quod absit, inutiliter expendatur nobis, quod in hac parte feceris, plenarie rescripturus.

Dat. apud Urbemveterem VIII kal. Mai pontificatus nostri anno quarto.

^a *Verschrieben für 'nulle', 'nu' über 'm' nachgetragen.*

¹ Gerhard von Parma, vgl. Nr. 447 Anm. 3.

² Venedig; Doge 1280 – 1289 war Giovanni Dandolo (vgl. über ihn G. Rösch, *Dandolo, Giovanni*, DBI 32, 476 ff.) - Venedig hatte sich geweigert, Truppen zur Unterstützung der Anjou zur Verfügung zu stellen und war deshalb mit dem Interdikt belegt worden, vgl. Nicolini, *Rapporti*, 269.

³ Bernardo da Languissel, vgl. Nr. 35 Anm. 2. – Er hatte im Februar 1284 in Venedig in der hier geschilderten Angelegenheit in Venedig vorgeschlagen, vgl. Kiesewetter, *Anfänge*, 128.

⁴ Jean de Joinville, vgl. Delaborde, *Jean de Joinville*, 233 f. – Die hier erwähnten Begleiter waren Henri de Guines und Matteo d’Alatri. Die Gesandtschaft war 1283 November 25 in Venedig eingetroffen, vgl. Kiesewetter, ebd.

⁵ Noch nicht nachgewiesen.

⁶ Pietro da Ferentino, vgl. Nr. 447 Anm. 1.

460 (XXXIII, 34)

Martin informiert Karl von Salerno über den Inhalt des vorhergehenden Briefes, er kann sich mit dem Kardinallegaten G(erhard von Parma) über das Weitere beraten; Außerdem möchte Martin, dass die Gesandten Karls für die gesamte Summe bürgen, die er ihm geliehen hat.

(Orvieto, 1284 April 23).

Reg. Vat. 42, fol. 95v-96r

Raynaldi, Annales ecclesiastici ad anno 1283, § 40 - Potthast 22126; Kiesewetter, Anfänge, 128. – Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Carolo principi Salernitan. salutem etc.

Nosti, fili, quod . . Venetorum ducis inobedientie filii et quorundam sibi faventium malitia faciente nulle galee * conductitie pro te possunt haberi Venetiis, quamvis venerabilem fratrem nostrum B., episcopum Portuen., apostolice sedis legatum, illuc propter hoc specialiter
5 duxerimus destinandum, sicut dilectus filius nobilis vir Johannis de Genvilla, quem tu cum nonnullis aliis tuis nuntiis ad civitatem Venetiarum pro certis galeis conducendis inibi destinasti, nobis in nostra pridem constitutus presentia retulit oraculo vive vocis. Quia vero prefatus Johannes asseruit, quod in partibus illis homines ydonei et experti ad armandum
10 tunc Venetiis existenti quinque milia unciarum auri, cum fuisset nobis a te humiliter supplicatum, ut longe maiorem summam pecunie pro galeis mitteremus eidem, per certos socios mercatorum camere nostre transmisimus convertenda per eum in stipendia hominum predictorum. Nuper autem dilectos filios nobiles viros Johannem de Chentiliaco, Hugonem de Vicinis, regie ac tue marescalle vicemagistrum, et Petrum de Sury, nuntios tuos, cum litteris
15 ad nostram presentiam destinasti nobis humiliter supplicans per eosdem, ut, cum intendas in proximo divina favente clementia in Siciliam transfretare ac propterea tibi pecuniarum existat subsidium oportunum, mutuare tibi certam summam pecunie dignaremur. Unde nos habentes specialiter cordi negotium et in tante necessitatis articulo tibi favorabiliter et efficaciter adesse volentes tibi viginti et octo milia et trecentas nonaginta et tres uncias et quatuordecim grana
20 auri computatis in eis quinque milibus supradictis mandavimus mutuari. De cuius totali summa venerabili fratri nostro G., episcopo Sabinen., apostolice sedis legato, viginti milia et trecentas octoginta et quatuor uncias, septem tarenos et tria grana auri per nuntios mittimus^a supradictos per eos eidem fideliter assignanda. Predicti quoque socii mercatorum camere nostre, qui prefata quinque milia eidem B. legato portarunt, viginti uncias de predicto mutuo
25 pro suis habuerunt expensis^b, duo milia vero et octingentas octoginta et octo uncias, viginti tres tarenos et undecim grana auri eidem G. legato per venerabilem fratrem nostrum . . Reatin. episcopum, cui super hoc scribimus, de pecunia decime, quam, sicut intelleximus, in Sicilie

regno collegit, assignari mandamus prefato G. legato per nostras speciales litteras iniungentes,
ut predictam pecuniam, quam sibi tam dicti nuntii quam episcopus assignabunt, sublata
30 qualibet difficultate recipiens eam tibi nostro et ecclesie Romane nomine assignare procuret,
dummodo per te pecunia ipsa in executionem huiusmodi negotii tue instantis transfretationis
dumtaxat et non in usus alios convertatur. Si vero consideratis diligenter ipsius negotii
circumstantiis universis eidem G. legato fortasse videbitur, quod adpresens non debeas in
Siciliam transfretare, predictam pecuniam sollicite conservare studeat, ne, quod absit,
35 inutiliter expendatur.

Tu itaque cum predicto G. legato poteris habere colloquium, ut ipse super assignanda tibi
pecunia supradicta procedat iuxta traditam sibi formam. Ceterum licet prefati nuntii nollent se
nisi de summa pecunie, quam deferent, aliquatenus obligare, nos tamen videntes negotio
quamplurimum expedire nolimus, quod se obligarent omnino ad totalem predictae pecunie
40 quantitatem, presertim, cum non solum pecuniam, quam portarent, sed totalem quantitatem
predictam tibi a nobis petieris mutuari.

Dat. ut supra.

^a Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

^b Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

461 (XXXIII, 35)

*Martin verbietet Andrea Spiliati, dem Rektor der Campagna und Marittima, mit Anagni - wie
bereits geschehen - oder Adinulf von Anagni und seinen Anhängern ohne ausdrückliche
päpstliche Erlaubnis eigenmächtig irgendwelche Absprachen zu treffen.*

Orvieto, 1284 Mai 7.

Reg. Vat. 42, fol. 96v

Martinus etc. Dilecto filio magistro Andree Spiliati¹ capellano nostro Campanie
Maritimeque rectori salutem etc.

Ex serie litterarum, quas dilecto filio B.² camerario nostro misisti, accepimus, quod mille
floreos auri a communi Anagnie³ recepisti pro satisfactione contumaciarum et excessuum
5 commissorum ab eis ex eo, quod contra Adinulfum Mathie⁴ concivem eorum suosque
sequaces ad nostrum et tuum mandatum procedere contempserunt, de quo, licet scripseris per
easdem, quod maiorem quantitatem parati erant solvere, si de nostra procederet voluntate,
tamen non sine turbatione miramur, quod preter nostram conscientiam et mandatum cum eis
ad talia processisti.

10 Ideoque volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus ad exactionem penarum,
quas iidem Anagnin., Adinulfus, fautores et sequaces ipsius incurrisse noscuntur, intrepide ac
diligenter procedas nec pactum sive concordiam aliquam cum eis vel eorum aliquo facias sine
nostra speciali licentia et mandato.

Dat. apud Urbemveterem non. Maii pontificatus nostri anno quarto.

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

³ Anagni, Prov. Frosinone.

⁴ Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

462 (XXXV, 36)

Martin erklärt sich mit den Abmachungen, die der Rektor der Mark Ancona (Giffrid von Anagni) und Gualtero de Fontanis mit den Einwohnern Fossombrones über Bußen getroffen haben, die diese aufgrund verschiedener Vergehen leisten sollen, nicht einverstanden. Er beklagt sowohl die geringe Höhe der eingeforderten Geldbuße als auch auch den zu großzügigen Zeitraum von zwei Jahren, in dem diese zu zahlen ist.

(Orvieto, 1284 Mai 7).

Reg. Vat. 42, fol. 96v

Martinus etc. Dilectis filiis . . . rectori Marchie Anconitan.¹ et magistro Gualtero de Fontanis² capellano nostro salutem etc.

Sicut transmissarum nobis litterarum vestrarum series continebat, cives Forosinifronii³ ex diversis causis et offensis olim commissis ab eis reperiuntur variis et diversis
5 condempnationibus subiacere, que ascendunt ad maximam pecunie quantitatem, super quibus inter vos et ipsos talis habitus est tractatus, videlicet, quod quatuor milia librarum Ravennatorum infra biennium iidem cives camere nostre solvere teneantur pro satisfactione omnium predictorum. Quare petebatis super hoc vobis nostrum beneplacitum intimari.

Nos igitur vobis tenore presentium taliter respondemus, quod consideratis culpis, quas dicti
10 Forosinifron. longo tempore contra Romanam ecclesiam commisserunt ac ipsorum condempnationum maxima quantitate, nobis non placet, quod ab eis tam modica quantitas exigatur nec etiam, quod solutionis terminus tanto tempore prorogetur.

Dat. ut supra.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Gualterus de Fontanis, vgl. Nr. 248 Anm. 2.

³ Fossombrone (Prov. Pesaro e Urbino).

463 (XXXVI, 37)

Martin überläßt Gualtero de Fontanis und Matheo Johannis Citadino aus Orvieto - nachdem sie in der Mark Ancona mit Städten, Dörfern und Einzelpersonen Verhandlungen über zu leistende Bußzahlungen geführt haben - die Entscheidung darüber, zur Kurie zurückzukehren oder dort zu bleiben, auch wenn ihm ihr dortiger Aufenthalt für weitere derartige Verhandlungen nützlich erscheint.

(Orvieto, 1284 Mai 7).

Reg. Vat. 42, fol. 96r

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilectis filiis magistro Gualtero de Fontan. preposito de Ingreyo in ecclesia Carnoten. capellano nostro et Matheo Johannis Citadini de Urbeveteri¹ salutem etc.

Nuper nobis per vestras litteras intimastis, quod civitatum et castrorum^a universitates quibusdam exceptis necnon multe speciales persone de Anconitan. Marchia super factis

5 hactenus condemnationibus contra eas vobiscum ad compositiones et concordias devenerunt
quodque illorum condemnationes, qui de ipsis componere non curarunt, in quodam fecistis
novo volumine ordinari ad nostram presentiam in vestro reditu deferendo. Quapropter
mandari vobis, quid per vos sit faciendum ulterius, postulastis adicientes, quod vobis
videbatur mora vestra in dicta provincia circa commissum vobis officium parum vel nichil
10 decetero fructuosa. Nos autem, licet pro concordiiis faciendis de maioribus condemnationibus
ibi factis, inter quas illorum sunt condemnationes locorum, que scripsistis concordias non
fecisse, ad partes ipsas vos duxerimus destinandos, quia tamen de singulis negotium
huiusmodi contingentibus vos estis plenius informati, arbitrio vestro relinquimus, utrum
debeat adhuc in dicta remanere provincia vel ad presentiam nostram redire.

15 Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, quod inde magis
expediens fore videritis, faciatis.

Dat. ut supra.

^a Vor civitatum und castrorum sind jeweils Referenzpunkte gestrichen.

¹ Nicht nachgewiesen.

464 (XXXVII, 38)

*Martin befiehlt dem Prior von S. Stefano ad Pontem in Florenz, die Mitglieder der
Handelsgesellschaft der 'Alfani' zu veranlassen, 166 Pfund, 13 Soldi, 4 Denare (größere)
Turnosen und 3700 Pfund kleinere Turnosen aus dem Kreuzzugszehnten, den der Kollektor
Raynerio de Orio in den Kirchenprovinzen Köln, Bremen und Magdeburg gesammelt hat, den
Kaufleuten der Handelsgesellschaft 'Tommaso Spilliati - Hugo Spine' zu übergeben.*

Orvieto, 1284 Mai 8.

Reg. Vat. 42, fol. 96v - 97r

Martinus etc. Dilecto filio . . priori secularis ecclesie Sancti Stephani ad Pontem Floren.
salutem etc.

De fidelitate dilectorum filiorum Clari Sagine, Lapi Johannis Medici, Aliocti Azolini Salvi
et quorundam aliorum de societate Thomasi Spiliati et Hugonis Spine, civium et mercatorum
5 Floren., specialem fiduciam obtinentes dilecto filio Raynerio de Orio¹, preposito ecclesie de
Clavasio, collectori decime Terre Sancte in Colonien., Bremen. et Magdeburgen.² provinciis
auctoritate apostolica deputato, dudum sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut
uni ex eis aut aliis de societate predicta ipsas litteras apostolicas deferentibus certam
quantitatem pecunie de decima collecta in commissis sibi provinciis vel * etiam colligenda
10 nostro et Terre Sancte nomine sublato cuiuslibet difficultatis obstaculo assignaret.

Verum, quia nondum dicti mercatores de prefatis nostris litteris, prout mandavimus, sunt
plenum commodum assecuti, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus a
mercatoribus de societate Alfanorum de Florentia centum sexaginta sex libras, tredecim
soldos et quatuor denarios Turon. grossorum et in alia parte tria milia septingentas libras
15 Turonen. minorum, que de prefata decima ex causa depositi seu mutui habere noscuntur,
prout apparere dicitur publicis instrumentis, predictis Thomasio et Maynecto Spine aut aliis de
societate eorum has litteras deferentibus facias predicto nomine qualibet dilatione cessante

integre assignari mercatores dicte societatis Alfanorum ad id, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellendo.

20 Volumus autem, ut de assignatione huiusmodi confici facias pro nostra et Terre Sancte cautela duo publica instrumenta, quorum unum penes te remaneat et reliquum ad cameram nostram per fidelem nuntium studeas destinare. Nos enim, postquam prefata pecunia fuerit taliter assignata, faciendi super hoc nostro et Terre Sancte nomine quitationem et refutationem ydoneam plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem.

25 Dat. apud Urbem veterem VIII. idus Maii pontificatus nostri anno quarto.

¹ Rainer de Orio, Propst von Chivasso (Prov. Turin), von 1275 - 1284 in den genannten Provinzen als Kollektor tätig, über sein Wirken dort S. Petersen, *Gegen den Lyoner Kreuzzugszehnten*, 270 ff.

² Erzbistümer Köln, Bremen und Magdeburg.

465 (39)

Reg. Vat. 42, fol. 97r

Dieser Brief wurde getilgt. Er ist identisch mit Nr. 461. Eine lateinische Zählung fehlt.

466 (XXXVIII, 40)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Orte unter Androhung einer Strafe von 2000 Silbermark, den Ankauf von 300 Scheffel Spelt, den in ihrem Gebiet Grifolinus von Arezzo im Auftrag des Kämmerers Berard tätigen lassen wollte und zum Teil schon hatte tätigen lassen, sowie deren Transport zur Kurie nicht weiter zu behindern.

Orvieto, 1284 Mai 15.

Reg. Vat. 42, fol. 97r

Martinus etc. Dilectis filiis . . potestati, consilio et communi Ortan.¹ salutem etc.

Referente nobis dilecto filio B.², camerario nostro accepimus, quod, cum ipse olim pro emenda annona in terra vestra et locis circumpositis pro camera nostra dilectum filium Grifolinum de Aretio³ destinasset, vos dubitantes, ne in ipsa terra magna annone quantitas emeretur et fieret magis cara, primo cum eodem camerario per nostrum certum nuntium et
5 postmodum cum dilecto filio Riczardo de Ferentin.⁴, capellano nostro, quem super victualibus deferendis ad nostram curiam ad vestram et alias terras fidelium ecclesie miseramus, extitit ordinatum, ut ad opus camere supradicte usque ad quantitatem trecentarum modialium spelte ipsius camerarii nuntius in terra vestra posset libere emere et habere. Sicque dictus Grifolinus
10 per Jacobellum magistri Johannis concivem vestrum in ipsa terra de dicta quantitate fecit emi ducenta modialia spelte de pecunia camere supradicte ac in certa domo ipsius nomine conservari.

Verum quia nuper audivimus, quod facta inquisitione de blado, quod in eadem terra vestra habetur, ad revendendum pro certo pretio dictam speltam iam emptam pro nostra camera
15 intenditis concivem compellere memoratum nec permittitis, quod usque ad dictam quantitatem concessam de spelta ad opus ipsius camere plus ematur, nos ex hoc non modicum

ammirantes nec clausis oculis preterire aliquatenus intendentes vobis sub pena ducentarum
marcarum argenti firmiter precipiendo mandamus, quatinus circa dictam quantitatem iam
emptam et aliam emendam usque ad dictum numerum trecentorum medialium ad opus camere
20 supradicte nullam molestia inferentes, quominus nuntius, quem propter hoc camerarius ipse
mittet, emptam et emendam secundum premissam ordinationem libere extrahere valeat et ad
vestram Curiam deportare, statuto seu ordinatione vestra contrariis non obstantibus, que
quoad hoc nulli esse decernimus firmitatis, sic liberaliter vos mandato apostolico coaptetis,
quod penam vitantes predictam devotionem vestre possimus proinde merito commendare.
25 Dat. apud Urbemveterem idus Maii pontificatus nostri anno quarto. *

¹ Orte (Prov. Viterbo).

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

³ Wohl aus Arezzo, sonst nicht nachgewiesen.

⁴ Riccardo di Ferentino, siehe zu ihm Nr. 111 Anm. 1.

467 (XXXIX, 41)

Martin ersucht den Podestà, den Rat und die Gemeinde von Rieti unter Androhung einer Strafe von eintausend Silbermark, den Gesandten des Elemosinars Johannes, die für die Kurie in den Abruzzen Getreide gekauft haben, den freien Durchzug durch ihr Gebiet zu erlauben.

Orvieto, 1284 Mai 25.

Reg. Vat. 42, fol. 97r

Martinus etc. Dilectis filiis . . . potestati, consilio et communi Reatin.¹

Dudum vobis et nonnullis aliis de terra Romane ecclesie primo sub certa forma dedimus
nostris litteris in mandatis et postmodum per dilectum filium Riczardum de Ferentin.²,
capellanum nostrum, quem propter hoc ad vestram et circumpositas terras specialiter
5 miseramus, districte fecimus sub certa pena iniungi, ut illos, qui testimoniales litteras dilecti
filii B., camerarii nostri, exhiberent super victualibus ad nostram curiam deferendis, per
terram et districtum vestros transire permetteretis libere et quiete. Quare non sine causa
cogimur ammirari, quod, cum dilectus filius frater Johannes, elemosinarius noster³, per certos
nuntios ipsius camerarii super hoc testimoniales litteras ostendentes circa mille centum salinas
10 frumenti, quod de pecunia nostre camere emi fecit ad opus elemosine et familie nostre in
partibus Aprutin.⁴, ad curiam nostram faciat apportari, vos frumentum huiusmodi in terra seu
districtu vestro pro vestre voluntatis libito arrestaltis^a ac quominus ad curiam ipsam portari
valeat, impeditis.

Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis sub pena mille
15 marcarum argenti per apostolica scripta precipiendo mandantes, quatinus totum predictum
frumentum, quod nuntii eiusdem elemosinarii litteras predicti camerarii exhibentes deferant
vel transmittunt ad curiam supradictam, omni mora et occasione postpositis per terram et
districtum vestros permittatis libere deportari non obstantibus quibuscumque statutis seu
ordinationibus contrariis super hoc a vobis editis, que quoad hoc nullius esse decernimus
20 firmitatis, mandatum nostrum in hac parte taliter impleturi, quod penam vitantes predictam de
prompte devotionis affectu positus a nobis exinde merito commendari.

Dat. apud Urbemveterem VIII. kal. Junii anno quarto.

^a *Verschrieben für* 'arrestatis'.

¹ Rieti.

² Riccardo di Ferentino, siehe zu ihm Nr. 111 Anm. 1.

³ Nur im vorliegenden Register genannt.

⁴ Abruzzen.

468 (XL, 42)

Martin antwortet auf Anträge des englischen Königs Eduard, die den von diesem geplanten Kreuzzug betreffen.

Orvieto, 1284 Mai 26.

Reg. Vat. 42, fol. 97v-98r

Rymer, Foedera I, 231, Theiner, Hibernorum et Scotorum, Nr. 285 - Potthast 22143. - Lunt, Financial Relations, 337.

Martinus^a etc. Carissimo in Christo filio E. regi Anglie¹ illustri salutem etc.

Venientes ad nos diebus istis preteritis dilecti filii magister G., canonicus Wellen., et nobilis vir Helyas, nuntii tui², nobis ex parte tua quasdam petitiones regias presentarunt.

Nos autem circa petitiones easdem nostra studia convertentes illas cum fratribus nostris
5 examinavimus diligenter, ut nostri tuis corresponderent affectus, et tandem super hiis deliberatione prehabita responsiones nostras ad petitiones huiusmodi tenore tibi presentium nuntiamus tam petitiones quam responsiones predictas presentibus inseri facientes, quarum^b tenores tales sunt.

§ Prima petitio tua: Quod concedatur tibi tota decima nunc collecta in regnis Anglie et
10 Scotie et in omnibus terris tuis videlicet in Iberniam³, Wallia, Wasconia et Pontivo.

§ Reponsio: Tibi signum crucis infra festum natalis domini proximo futurum in Terre Sancte subsidium sollempniter assumenti et publice deferenti concedimus decimam collectam in regno Anglie, Iberniam et Wallie et etiam in regno Scotie, ita si ad id carissimi in Christo filii nostri . . . regis Scotie consensus accedat. In quo censu de decima ipsius regni Scotie tenearis
15 magnatibus eiusdem regni transfretare volentibus iuxta provisionem sedis apostolice subvenire. Huiusmodi autem decima tibi assignabitur per biennium ante terminum ad passagium per sedem apostolicam prefigendum. In Wasconia vero et Pontivo decima eadem concedi non potest, quia carissimo in Christo filio nostro . . . , regi Francie illustri, secundum ordinationem Lugdunen. concilii est concessa.

§ Secunda petitio: Quod Romanus pontifex mittat ad partes predictas aliquem, de quo confidat, qui possit inquirere, an decima sit rite et tempore suo soluta, et an collectores aliquos mulctaverint^c pro decima nullomodo seu suo tempore non soluta vel si collectores sub alio quocumque colore pecuniam receperint, ut in usus suos converterint, et quod huiusmodi mulcte et pecunie sic recepte tibi similiter assignentur.

§ Responsio: Mittetur aliquis, de * quo tu possis et debeas confidere, cui per te ac per tuos assistere poteris in commissis, cum ab eo extiteris requisitus, qui inquiret, an decima fuerit debite ac rite soluta, et quod per inquisitionem huiusmodi inveniri poterit et haberi, assignabitur tibi eo modo ut decima supradicta. De mulctis vero et pecunia per collectores male recepta, quod petitur, non potest decenter admitti: Cum enim collectores ad id non

30 habuerint potestatem, constat eas extortas fuisse illicite, sed qui eas extorserunt, puniendi sunt et pecunia iuxta ordinationem ipsius sedis illis, a quibus extorta fuerat, est reddenda.

§ Tertia petitio: Item, quod illo nuntio sic mittendo possis aliquem de tuis adiungere, ita quod illi duo auctoritate apostolica possint inquirere et exequi supradicta.

35 § Responsio: Ista non conceditur, quia nulli invenitur esse concessa, immo licet aliquando petita fuerit, tamen fuit ex causis rationabilibus denegata tempore concilii Lugdunen.

§ Quarta petitio: Item petis decimam secundum verum valorem in predictis regnis et terris ad quinquennium pro Terre Sancte subsidio tibi dari.

40 § Responsio: Tibi signum crucis infra festum natalis domini proximo futurum in Terre Sancte subsidium sollempniter assumenti et publice deferenti concedimus decimam in Anglia, Wallia et Ibernica per tres annos competenti tempore, prout videbitur colligendam et assignandam per biennium ante dictum terminum ad passagium prefigendum.

§ Quinta petitio: Item petis omnia et singula ad Terre Sancte subsidium in Lugdunen. concilio assignata tibi sollempniter assignari.

45 § Responsio: Fiet iuxta ordinationem sedis apostolice, quod in ista petitione continetur, in terris illis, in quibus decima concedetur.

§ Sexta petitio: Item ea, que de redemptionibus votorum proveniunt, legata indistincte relicta, legata specialiter in Terre Sancte subsidium et bona intestatorum ad tam pium negotium prosequendum petis tibi de benignitate apostolica assignari.

50 § Responsio: Tibi signum crucis infra festum natalis domini proximo futurum in Terre Sancte subsidium sollempniter assumenti et publice deferenti concedimus in terris illis, in quibus et decimam, redemptiones votorum Terre Sancte et legata in subsidium Terre Sancte indistincte relicta. Bona vero intestatorum concedi non possunt, quia bona illa de iure ad alium debent devolvi et numquam invenitur hoc fuisse concessum.

55 § Septima petitio: Item petis primos fructus beneficiorum vacantium in predictis regnis et terris ad decennium tibi dari, beneficiorum cum cura rectoribus ad sustentationem eorum portione congrua per locorum ordinarios primitus assignata.

§ Responsio: Hec petitio non conceditur, nec ulli adhuc principi etiam in Terre Sancte subsidium est concessa.

60 § Octava petitio: Quod predictis petitionibus exauditis tu signum vivifice crucis assumes, ita quod citra quinquennium ad arripiendum iter versus Terram Sanctam nequaquam arceris nec iter huiusmodi ultra quinquennium, nimium fortassis, donec senueris, differatur.

§ Responsio: Placet, quod infra quinquennium ad iter arripiendum nequamquam arceris nec ultra predictum quinquennium cogaris adeo id differre, quod ad negotium prosequendum inhabilis habearis.

65 § Scire quoque te volumus, quod, si in premissis assumptione, delatione et insuper voti crucis prosecutione iuxta dicte sedis arbitrium te deficere forte contigerit, intendimus, quod dispositio predictorum omnium ad Romanam ecclesiam devolvatur et apud eam remaneat libere, ac si facte per nos responsiones seu concessionem huiusmodi non fuissent.

Dat. apud Urbemveterem VII kal. Iunii pontificatus nostri anno quarto.

^a *Daneben am Rand: regi Anglie, regis Anglie vor Korrektur.*
Für multaverint.

^b *Vor Korrektur quantum.* ^c

¹ Eduard I., König von England 1272 - 1307. - Nachdem Eduard I. erfolgreich den Krieg in Wales beendet hatte, erklärte er sich bereit, das Kreuz zu nehmen. Die hier gestellten Bedingungen waren jedoch für ihn unannehmbar, so dass sich die Verhandlungen weiter hinzogen.

² Nicht nachgewiesen.

³ Irland.

469 (43, XLI)

Martin lobt König E(duard) von England für seinen Entschluss, das Kreuz zu nehmen, und fordert ihn auf, in seinem Eifer fortzufahren und entschuldigt sich dafür, dass er die königlichen Gesandten nicht früher zurückschicken konnte.

(Orvieto, 1284 Mai 26).

Reg. Vat. 42, fol. 98r-v

Raynaldus, Annales ecclesiastici ad anno 1284, § 33, Rymer, Foedera I, 231 - Potthast 22142. - Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Eidem carissimo in Christo filio E. regi Anglie illustri salutem etc.

Exultat in Domino Romana mater ecclesia, novum illi canticum concinit sibi que in gratiarum uberes actiones erumpit, quod superni regis circumfultus auxilio tamquam reverentie filius rex catholicus et princeps devotissimus recognoscens * tenensque recenti
5 memoria ingentium miseriarum angustias et gravium calamitatum incendia, quibus Terra Sancta prohdolor indesinenter affligitur queve propriis inspexisti oculis manibus contractasti pridem in illis partibus divinis insistendo serviciis constitutus, te per dilectos filios magistrum G. canonicum Wellen. et nobilem virum Helyam regie magnitudinis nuntios, quos affectione
10 paterna facieque serena recepimus, voluntarium obtulisti vivifice crucis signaculum ad tui redemptoris iniurias ulciscendas assumere in Terre Sancte subsidium memorate. Hec sunt, fili carissime, que de te libenter audimus, que de tuis actibus avidis percipimus auribus, hii sunt rumores gratissimi notis nostris, hec sunt acceptissima nova nobis, que tanto potius nostri cordis interiora demulcent, quanto personam regiam sinceriori caritate prosequimur tueque salutis augmentum desiderio cupimus ampliori. O, quam salubris est, rex inclite, dispositio
15 mentis tue, quam bonum celebreque propositum, quam laudanda intentio! Quid enim commendabilius, quid fructuosus^a, quid utilius obsequio Ihesu Christi, qui pro minimis summa retribuit, pro modicis elargitur amplissima, pro terrenis eterna compensat?

Nos itaque huiusmodi oblationem regiam tibi divinitus inspiratam multipliciter in Domino commendantes et gratam habentes quam plurimum et acceptam ac intendentes te in
20 prosecutione illius oportunis, prout videbitur, subsidiis adjuvare celsitudinem regiam rogandam attempte duximus et hortandam in remissionem tibi peccaminum suadentes, quatinus humili devotione recogitans, quod Dei filius pro te tueque redemptionis comodo post multiplices contumelias et terrores post dira flagella seuaque vulnera, post ignominiosa sputa innumeraque obprobria crucis patibulum pertulit, quod in hac parte salubriter concepisse
25 dinosceris efficaciter, exequaris ad laudem divini nominis, tue salutis profectum et honoris regii memorabile incrementum nec mireris, si dicti nuntii moram apud nos ultra tuum et suum forte propositum contraxerant, nam propter absentiam aliquorum ex fratribus nostris, quos tunc pro certis negotiis miseramus, et propter sollempnitates festivitatum proximo preteritarum, circa quas nos vacare decuit, et propter emergentium negotiorum varietates, que
30 inevitabiliter urgebant, predictos nuntios comode nequimus cicius expedire et sic eos mansuetudine regia merito habere poteris excusatos.

Dat. ut supra¹.

^a Für fructuosius.

¹ Die von Rymer, a. a. O., gedruckte Abschrift des Originals enthält die Datierung: Dat. apud Urbem veterem vii. kal. Iunii pontificatus nostri anno quarto.

470 (44, XLII)

Martin befiehlt den Bischöfen (Godefridus) von Worcester und (Anianus) von Bangor, indem er einer Bitte des englischen Königs Eduard nachkommt, diejenigen, die aufgrund der Verbrechen, die sie während des Krieges in Wales begangen haben, exkommuniziert worden waren und nun um die Aufhebung des Bannes bitten, von der Exkommunikation zu lösen und sie bei besonders schweren Vergehen zur Kurie zu schicken, wo sie um die Absolution bitten können.

(Orvieto, 1284 Mai 26).

Reg. Vat. 42, fol. 98v-99r

Rymer, Foedera I, 230 - Potthast 22144.

Martinus etc. Venerabilibus fratribus . . Wigorinen.¹ et . . Bangoren.² episcopis salutem etc.

Ex parte carissimi in Christo filii nostri Eduardi regis Anglie illustris fuit propositum coram nobis, quod olim inter clare memorie Henricum regem Anglie illustrem partem suam et ipsum Eduardum ac eorum in hac parte sequaces ex parte una et quondam Symonem de Monteforti et alios adherentes eidem ex altera et postmodum inter eundem Eduardum regem et quondam Leulinum, qui pro principe Wallie se gerebat, ac David fratrem ipsius Leulini et eorum complices guerrarum discrimine fluctuante diutius ex variis concursibus multa homicidia religiosorum et secularium clericorum et laicorum etiam sacrilegia, insuper furta, rapine et incendia ecclesiarum, monasteriorum et aliorum locorum ecclesiasticorum, iniunctiones quoque manuum in religiosos et clericos seculares in sacris et in minoribus ordinibus constitutos fuerunt in illis partibus tam per eos quam per alios de mandato suo non sine nota sacrilegia perpetrata, propter quod tales sacrilegi et excommunicati ac illi ex eis clerici vel religiosi, qui se postmodum forsitan immiscuere divinis, irregulares esse noscuntur. Quare dictus E. rex de sua et aliorum predictorum salute sollicite cogitans nobis humiliter supplicavit, ut, cum in culpa huiusmodi esse credatur quam plurima multitudo, providere super hoc de benignitate sedis apostolice curaremus.

Nos autem non mortem peccatorum, sed ut convertantur et iuvant^a potius affectantes et, ne tanta multitudo, si est ut predicatur, subiaceat discrimini animarum, misericorditer precavere volentes fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus de premissis diligentius inquirentes, si tanta in premissis inveneritis multitudinem et singulares personas aliquas * delinxisse, quibus consideratis earum conditionibus et meritis sit in hac parte merito consulendum, vos vel alter vestrum illi vel illis ex huiusmodi sacrilegis et excommunicatis, qui ad vos propter hoc humili spiritu duxerint recurrendum, postquam ecclesiis vel monasteriis aut aliis locis ecclesiasticis et passis iniuriam de illatis dampnis et iniuriis satisfecerint competenter, auctoritate nostra iuxta formam ecclesie absolutionis beneficium impendatis. Cum clericis vero, si qui fuerint, tam religiosi quam secularibus, qui facti immemores vel iuris ignari nec^b in contemptum clavium sic ligati divina officia celebrarunt,

30 iniuncta eis pro modo culpe penitentia salutari auctoritate simili dispensetis hac vice, prout
secundum Deum eorum saluti videritis expedire, proviso attentius, quod, si alicuius vel
aliquorum ex predictis sacrilegis et excommunicatis ex qualitate, quantitate vel modo
commissi facinoris personarum vel locorum seu aliis ponderatis circumstantiis adeo fuerit
gravis et enormis excessus, quod super hoc sit ipsa sedes merito consulenda, illum vel illos ad
sedem mittatis eandem absolutionis vel dispensationis beneficium petituos.

35 Dat. ut supra.

^a Für iuvantur.

^b Davor nec gestrichen.

¹ Godefridus, Bischof von Worcester 1268 – 1302, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 528.

² Anianus, Bischof von Bangor (Suffr. von Canterbury) 1267 - 1305, vgl. Eubel, *Hierarchia I*, 127.

471 (45, XLIII)

Martin befiehlt Bischof (Petrus) von Exon, der Bitte Mathildes von Clara, die beabsichtigt, die aus Mangel an Einkünften spirituell und materiell daniederliegende Kirche von Legh zu reformieren und dafür 200 Pfund Sterling zur Verfügung stellt, entgegenzukommen und dort mit Unterstützung der Adligen geeignete Personen einzusetzen, die unter der Augustinerregel leben sollen.

(Orvieto, 1284 Mai 26).

Reg. Vat. 42, fol. 99r

Martinus etc. Venerabili fratri . . episcopo Exonien.¹ salutem etc.

5 Exhibita nobis dilecte in Christo filie nobilis mulieris Matildis de Clara, comitisse
Glovernæ et Herefordiæ, patrone, sicut asserit, ecclesie de Legh.² tue diocesis, petitio
continebat, quod ecclesia ipsa, in qua ordo Sancti Augustini esse dicitur institutus, per
incuriam canonicorum eiusdem ecclesie adeo spiritualiter et temporaliter est collapsa, quod
propter tenuitatem proventuum, ad quam ipsa ecclesia redacta dinoscitur, quatuor ex canonicis
dicte ecclesie, qui, sicut asseritur, numero fuerant septem, ob defectum necessariorum se ad
loca alia transtulerunt reliquis tribus sub multe necessitatis tedio remanentibus in ecclesia
memorata.

10 Quare dicta nobilis ad reformationem et restaurationem eiusdem ecclesie retributionis
eterne intuitu dirigens oculum pietatis et desiderans eandem ecclesiam sub^a eiusdem ordinis
observantia de congruo canonicarum numero reformari, ita quod computata abbatissa sint
ibidem ad minus numero quadraginta canonicæ, quibus dicta nobilis de facultatibus propriis
preter ipsius ecclesie redditus annuos ducentarum librarum sterlingorum redditus est assignare
15 parata, nobis humiliter supplicavit, ut eius honestis desideriis in hac parte condescendere
dignaremur.

20 Nos autem dictam nobilem in huiusmodi suo laudabili proposito confoventes fraternitati
tue per apostolica scripta mandamus, quatinus veris existentibus supradictis et predicta nobili
in hac parte adimplente, quod offert, si id alias ipsi ecclesie in spiritualibus et temporalibus
eiusdem utilitate pensata videris expedire, de canonicabus huiusmodi auctoritate nostra
absque iuris preiudicio alieni ecclesiam predictam reformans personas honestate laudabiles et
alias idoneas de consilio eiusdem nobilis in memorata ecclesia instituas hac vice sub regulari
habitu eiusdem ordinis inibi perpetuo servituras dictis canonicis et singulis ipsorum in singulis

25 ecclesiis eiusdem ordinis predictae seu alterius diocesis collocatis contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Dat. ut supra.

^a *Davor* sub eiusdem ecclesiam *gestrichen*.

¹ Petrus, Bischof von Exeter (Suffragan von Canterbury) 1280 – 1291, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 243.

² Canonsleigh, Gfscht. Devon, 1161 als Regularkanonikerstift gegründet, Kanoniker durch Matilda de Clare 1284 durch Kanonissen ersetzt, 1539 aufgelöst, vgl. Knowles/Hadcock, *Medieval religious houses*, 279.

472 (46, XLVIII)

Martin befiehlt unter Androhung einer Strafe von 2000 Silbermark dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Spoleto, unverzüglich die gefangenen Einwohner Folignos freizulassen und dem Rektor des Dukats Spoleto, Philipp, zu übergeben.

Orvieto, 1284 Mai 30.

Reg. Vat. 42, fol. 99r

Martinus etc. . . potestati, consilio et communi Spoletan.¹ spiritum consilii sanioris.

5 Firma sensibus nostris inherebat opinio, quod, postquam ad mandata nostra et Romane ecclesie humiliter rediistis, ea, que votis nostris grata existerent, tanto studeretis devotius adimplere, quanto ex hoc nostram et apostolice sedis benivolentiam poteratis specialius
10 promereri. Hinc est, quod non inmerito mirari cogimur et turbari, quod, cum . . . syndico et ambassiatoribus vestris per dilectos filios nostros G. tituli Sancti Martini et G. tituli Sancte
Susanne² presbyteros cardinales pridem nostrum beneplacitum exprimi fecerimus et iniungi,
15 ut illos de Fulgineo, quos detinetis captivos, restitueretis pristinae libertati, vos, mandatum huiusmodi contemptibiliter transeuntes, id efficere non curastis.

10 Quare universitatem vestram monemus et hortamur attente vobis sub pena duorum milium marcharum argenti per apostolica scripta firmiter precipiendo mandantes, quatinus eosdem dilecto filio Phylippo, rectori Ducatus Spoletan.³, omni mora et occasione postposita assignetis per eum libere dimittentes mandatum nostrum in hac parte taliter impleturi, quod
15 penam predictam consultius evitantes possitis de prompte devotionis affectu merito commendari.

Alioquin eidem rectori nostris damus litteris in mandatis,⁴ ut vos ad id per exactionem dicte pene et alias, prout expedire viderit, compellere non postponat.

Dat. apud Urbemveterem III. kal. Iunii, pontifictatus domini Martini pape IIII anno quarto.

*

¹ Spoleto (Prov. Perugia).

² Gervasius de Glincamp, seit 1281 Kardinalpriester von S. Martino und Gaufridus de Barro, seit 1281 Kardinalpriester von S. Susanna, gest. 1287, beide waren, bevor sie Martin IV. zu Kardinälen erhob, Kanoniker in Paris gewesen, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 10.

³ Filippo di Lavena, vgl. zu ihm Nr. 152.

⁴ Siehe den nachfolgenden Brief.

473 (47, XLV)

Martin befiehlt Philipp, dem Rektor des Dukats Spoleto, den Podestà, den Rat und die Gemeinde von Spoleto gegebenenfalls zur Einhaltung des obigen Befehls zu zwingen.

(Orvieto, 1284 Mai 30).

Reg. Vat. 42, fol. 99v

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dileto filio nobili viro Philippo rectori Ducatus Spoletan. salutem etc.

Firma sensibus nostris inherebat opinio, quod, postquam . . potestas, consilium et commune Spoletan. ad mandata nostra et Romane ecclesie humiliter redierunt etc. usque commendari.

5 Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si dicti potestas, consilium et commune mandatum nostrum huiusmodi neglexerint adimplere, tu extunc eos ad id per exactionem pene predictae ac alias, prout expedire videris, compellere non postponas.

Dat. ut supra.

474 (48, XLVI)

Martin befiehlt dem Rektor der Campagna und Marittima, Andrea Spigliati, die Söldner von Jean d'Eppe zu entlassen, nachdem er ihnen den noch ausstehenden Sold gezahlt und ihnen die Kosten für den Ankauf von Pferden ersetzt hat. Das übrige Geld soll er aufbewahren und nicht ohne päpstliche Erlaubnis ausgeben.

Orvieto, 1284 Juni 1.

Reg. Vat. 42, fol. 99v

Pásztor, Guerra, 153; Kiesewetter, Anfänge, 132; ders. Eppe, 32.

Martinus etc. Dilecto filio magistro Andree Spiliati¹ capellano nostro Campanie Maritimeque rectori.

Per litteras tuas dilecto filio Berardo, camerario nostro², transmissas accepimus, quod dilectus filius nobilis vir Johannes de Epa,³ qui in regnum ad dilectum filium nobilem virum .. principem Salernitan. accesserat, rediit in Campaniam XVI.^o die mensis Maii proximo
5 preteriti et tam sibi quam omnibus stipendiariis gallicis, qui secum erant, usque ad XVIII. die ipsius mensis stipendia eis debita de V^m. II^c. Floren. auri, quos receperas a nostra camera, integre persolvisti, quorum solutio circa III^m. Floren. summa ascendit duobus milibus ducentis
10 Floren. residuis penes te remanentibus de pecunia supradicta. Set quia dictus Johannes cum familia sua tantum eadem die recessit remanentibus in Campania omnibus stipendiariis supradictis, quid de ipsis et residuo predictae pecunie facere debeas, petebas per nostrum beneplacitum edoceri.

Nos igitur attendentes, quod ammodo iidem stipendiarii in commissa tibi provincia inutiliter remanerent, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus eos licenties et
15 usque ad diem, quo recesserint, eis stipendia debita et consueta persolvas. Ceterum quia dictus

Johannes et merescalcus^a dicto camerario per suas litteras intimarunt, quod eis, prout hactenus per te fieri consuevit, de equorum emendis satisfacere noluisti, volumus et mandamus, ut et de huiusmodi emendis pro tempore preterito, ut decet et consuevisti facere, eis integram satisfactionem impendas de residuo supradicto. Quod supererit ad opus camere predictae conservans illud sine nostro speciali mandato in usus aliquos non convertas. Quicquid autem super predictis duxeris faciendum, nobis studeas intimare.

Dat. apud Urbemveterem kal. Iunii pontificatus nostri anno quarto.

^aFür marescalcus.

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

³ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25.

475 (49, XLVII)

Martin befiehlt dem in England weilenden Kammerkleriker Giffred von Vezano, alle Notariatsinstrumente und Originale, die den in England und Irland gesammelten Kreuzzugszehnten betreffen, unter dem Siegel des Erzbischofs von Canterbury sobald wie möglich zur Kurie zu übersenden, nachdem er für sich eine Abschrift davon einbehalten hat.

Orvieto, 1284 Juni 7.

Reg. Vat. 42, fol. 99v

Martinus etc. Dilecto filio magistro Giffredo de Vezano¹ Cameracen. canonico camere nostro clerico in Anglia commoranti salutem etc.

Cum de pecunia decimarum concessarum Terre Sancte subsidio collectarum in regno Anglie² ac partibus Ibernies³ apud nonnullos mercatores deposita seu aliter commendata velimus ex certis causis habere certitudinem pleniorum, volumus et presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus omnia instrumenta et litteras originalia, que super depositis predictae decime deposite apud ipsos mercatores vel aliter commendate seu alias quocumque modo vel nomine confecta apparerent, retento tibi illorum transcripto pro cautela decimarum ipsarum sub sigillo venerabilis fratris nostri . . . archiepiscopi Cantuarien.⁴ ad cameram nostram per fidelem nuntium celeriter transmitti non postponas.

Mandatum nostrum in hac parte sic cum oportuna diligentia exequaris, quod sollicitudinem tuam exinde possimus in Domino merito commendare.

Dat. apud Urbemveterem VII idus Iunii pontificatus nostri anno quarto.

¹ Giffred von Vezano, vgl. zu ihm Nr. 43 Anm. 3.

² England.

³ Irland.

⁴ John Peckham, Erzbischof von Canterbury 1279-1292, vgl. Nr. 305.

476 (50, XLVIII)

Martin befiehlt dem Kanoniker an St. Peter, Albert von Parma, Jacob, Luca und Conrad, die vom Prior und Kapitel der Kirche 'Sanctasanctorum' unrechtmäßigerweise als Kanoniker bzw. Kleriker aufgenommen worden waren, wieder aus ihren Positionen zu entfernen und unter Androhung der Exkommunikation und dem Verlust aller Lehen dem Prior und dem Kapitel zu untersagen, sie als Kanoniker bzw. Kleriker zu behandeln.

Orvieto, 1284 Juni 4.

Reg. Vat. 42, fol. 99v-100r

Bullarium Vaticanum I, 204 - Potthast 22151.

Martinus etc. Dilecto filio magistro Alberto de Parma¹ canonico basilice principis apostolorum de Urbe salutem etc.

Ad audientiam nostram pervenit, quod nuper in basilica de Sanctasanctorum de Urbe per mortem quondam Pauli Cinchii et quondam Mathei Gandulfi, canonicorum ipsius basilice, duobus beneficiis seu prebendis vacantibus . . prior et capitulum ipsius basilice non attendentes, quod collatio prebendorum et institutio clericorum seu canonicorum in ipsa basilica ad Romanum pontificem dumtaxat pertinet pleno iure, Jacobum, Lucam et Conradum preter nostram conscientiam de facto, cum de iure nequiverint, in canonicos seu clericos dicte basilice minus provide recipere presumpserunt.

Nos igitur nolentes tantam presumptionem conniventibus oculis pre*terire ac receptionem huiusmodi sic presumptam decernentes nullius existere firmitatis discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus dictos Jacobum, Lucam et Conradum a dicta basilica auctoritate nostra amoveas^a et excludas. Et eisdem priori et capitulo ex parte nostra sub pena excommunicationis ac privationis beneficiorum suorum districte inhibeas et iniungas, quod eos pro canonicis seu clericis non teneant nec admittant nec eis sicut clericis vel canonicis ipsius basilice in aliquo respondere vel decetero similia attemptare presument.

Contradictores etc. usque compescendo.

Dat apud Urbem veterem II. non. Iunii pontificatus nostri anno quarto.

^a *Verschrieben für amoveas.*

¹ Albert von Parma, siehe Nr. 336 Anm. 4.

477 (51, XLVIII)

Martin untersagt dem Prior und dem Kapitel der Kirche Sancta Sanctorum unter Strafandrohung bei Zuwiderhandeln, Jacobus, Luca und Conradus als Kanoniker bzw. Kleriker aufzunehmen oder sie als solche zu behandeln.

(Orvieto, 1284 Juni 4).

Reg. Vat. 42, fol. 100r

Bullarium Vaticanum I, 205 - Potthast 22152. - Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilectis filiis . . priori et capitulo basilice de Sanctasanctorum de Urbe salutem etc.

Ad audientiam nostram pervenit etc. usque vacantibus vos non attendentes etc. usque de iure nequiveritis in canonicos seu clericos dicte basilice minus provide recipere presumpsistis.
5 Nos igitur nolentes etc. usque firmitatis vobis sub pena excommunicationis et privationis beneficiorum vestrorum per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatinus renocantes^a proinde, quicquid circa premissa de facto per vos tam inprovidè est presumpsum, dictos Jacobum, Lucam et Conradum pro canonicis seu clericis ipsius basilice nullatenus teneatis nec etiam admittatis nec presumatis eis in aliquo respondere vel decetero similia
10 attemptare.

Alioquin dilecto filio magistro Alberto de Parma¹, canonico basilice principis apostolorum de Urbe, nostris damus litteris in mandatis, ut ipse super hoc sub certa forma mandatum apostolicum exequatur.

Dat. ut supra.

^a *Verschrieben für* revocantes.

¹ Albert von Parma, siehe Nr. 336 Anm. 4.

478 (XL, 52)

Martin befiehlt Richard von Ferentino, sich nach Rieti zu begeben und die Verbannten aus dem Regno, die dort Unruhen gegen die Kirche und Karl von Anjou anzetteln, gefangenzunehmen und bis auf weiteres streng bewachen zu lassen. Von den der Umtriebe Verdächtigen soll er unter Strafandrohung Sicherheiten verlangen, dass sie nichts gegen die Kirche oder Karl von Anjou unternehmen.

Orvieto, 1284 Mai 30.

Reg. Vat. 42, fol. 100r

Martinus etc. Dilecto filio Riczardo de Ferentin.¹ capellano nostro salutem etc.

Precepto hactenus, quod plures de regno Sicilie diversarum turbationum tempore relegati vel exititii, de quorum astuta malitia poterat et potest hoc precipuo tempore dubitari, ad civitatem et diocesem Reatin.² confugerant et inibi morabantur, nos venerabiles fratres nostros . . Grossetan.³ primo et postmodum . . Tudertin.⁴ episcopos propter hoc cum litteris apostolicis sub certis formis illuc duximus destinandos et eisdem episcopis diversis temporibus mandatum nostrum exequentibus diligenter tandem^a ad mandatum dicti episcopi Tudertin., inmo pocius apostolicum, relegati et exititii huiusmodi de civitate ipsa et eius districtu fuerunt publice forbanniti. Sed, sicut nuper ad nostrum pervenit auditum, dicti forbanniti vel aliqui ex
10 eis ad civitatem redeuntes eandem, non solum conceptam exercere nequitiam, quinimmo alios fideles ecclesie Romane corrumpere falsis suasionibus moliuntur et tam ipsi quamplures alii per litteras et per internuntios seditiones et scandala contra eandem ecclesiam et carissimum in Christo filium nostrum C., Sicilie regem illustrem⁵, satagunt machinari.

Nolentes igitur talia sub dissimulatione transire ac intendentes perversorum huiusmodi
15 malitiis obviare, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ad dictam civitatem te personaliter conferens illum vel illos ex forbannitis eisdem, quem vel quos inveneris in

civitate vel districtu predictis, alium etiam vel alios, quem vel quos tibi constiterit in hac parte
machinando vel alias adeo graviter deliquisse, quod id illius vel illorum temeritas mereatur,
capi facias et sub fida custodia detineri circa mortis et mutilationis periculum usque ad nostre
20 beneplacitum voluntatis. Ab aliis autem, quos de machinationibus huiusmodi certitudinaliter
vel verisimilibus coniecturis poteris habere suspectos exhiberi tibi facias nostro et ecclesie
predicte nomine sufficientes, prout qualitas personarum et suspitionum exegerit, cautiones,
quod nichil contra nos et ecclesiam ac regem eosdem vel nostras aut ipsorum terras vel statum
prosperum earundem per se vel per alium seu alios publice vel occulte attemptare presumant
25 nec alias quomodolibet in turbationem nostram et eorundem ecclesie, regis ac regni vel
terrarum verbo, consensu vel opere aliquid machinentur invocato ad hoc, si opus fuerit,
auxilio brachii secularis contradictores et rebelles, si qui fuerint, per impositionem penarum
spiritualium et temporalium compellendo.

De cautionibus quoque huiusmodi confici facias publica instrumenta illa nobis in tuo reditu
30 portaturus ac relaturus fideliter, quicquid feceris in predictis.

Dat. apud Urbemveterem III. Kl. Iunii pontificatus nostri anno quarto. *

^a *Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt*

¹ Riccardo di Ferentino, siehe zu ihm Nr. 111 Anm. 1.

² Rieti.

³ Bartholomeo (de Amelia), OFM, vgl. Nr. 141.

⁴ Nicolaus, 1282 – 1296(?) Bischof von Todi, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 502.

⁵ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

479 (53, LI)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Rat und der Gemeinde von Rieti, Richard von Ferentino bei der Durchführung des oben erwähnten Auftrages zu unterstützen.

Orvieto, 1284 Juni 13.

Reg. Vat. 42, fol. 100v

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilectis filiis . . potestati, consilio et communi Reatin. salutem etc.

Intellecto dudum, quod plures de regno Sicilie diversarum turbationum tempore relegati vel
exitii, de quorum austuta^a malitia etc. ut in proximo verbis competenter mutatis usque de
civitate ipsa et eius districtu per vos publice forbanniti etc. usque machinari.

5 Unde nos talia sub dissimulatione transire nolentes ac intendentes perversorum huiusmodi
malitiis obviare dilecto filio Riczardo de Ferentin., capellano nostro, per alias litteras nostras
iniungimus¹, ut ad civitatem predictam se personaliter conferens illum vel illos etc. usque
compellendo.

10 Cum igitur huiusmodi negotium cordi specialiter habeamus et ad illud efficaciter
exequendum fervens nostra intentio dirigatur, universitatem vestram rogamus et hortamur
attente per apostolica vobis^b scripta mandantes, quatinus pro nostra et apostolice sedis
reverentia eidem capellano super hiis, cum ab eo fueritis requisiti, oportunum favorem,
consilium et auxilium impendatis, ita quod ipse premissa plenius exequi valeat nosque
proinde devotionis vestre proptitudinem non immerito commendemus.

15 Dat. apud Urbemveterem. Idibus Iunii pontificatus nostri anno quarto.

^a Für astuta. ^b Über der Zeile nachgetragen.

¹ Siehe Nr. 478.

480 (54)

Quittung für Guillelmo Fattinelli und Bonfilio Manfredutii aus der Luccheser Sozietät der 'Bettorum' über den Betrag von 5700 Mark Sterling, die sie auf Befehl des Kämmerers Berard aus dem in England und Irland gesammelten Kreuzzugszehnten den genannten Kaufleuten der Handelsgesellschaften 'Spiliati-Spine', 'Pulices-Rimbertini', 'Ricchardi' und 'Bonsignori' übergeben haben.

Orvieto, 1284 Juni 13.

Reg. Vat. 42, fol. 100v

Martinus^a etc. Dilectis filiis Guillelmi Fattinelli et Bonfilio Manfredutii de societate Bettorum civibus et mercatoribus Lucan. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte collecta auctoritate apostolica in regno Anglie ac Ibernia,¹ quam vos societas seu socii vestri in depositum seu quocumque alio modo habere noscebamini commendatam, dilectis filiis Dino Johannis de Thome Spiliati et Hugonis Spine et Mainecto Rainaldi de Pulicum et Rimbertinorum Florentin., Vanti Honesti de Riczardorum Lucan. et Thure Bonamiki de Bonaventure Bernardini et filiorum Rollandi Bonsignoris Senen. societatibus mercatoribus recipientibus nostro, Romane ecclesie et Terre Sancte nomine ad mandatum dilecti filii Berardi camerarii nostri² auctoritate litterarum nostrarum ei super hoc specialiter directarum et de speciali nostra conniventia vobis factum, quinque milia septingentas marcas sterlingorum vestro, Bartholomei Bonacursi et Jacobi Bettori, Cachianinuci Guerardi, Ubaldi Malaghalie et Colini Teste ac omnium aliorum sociorum vestrorum et societatis vestre nomine duxeritis persolvendas, nos solutionem huiusmodi ratam et gratam habentes ac volentes super hoc vestre societatis et sociorum ipsorum indemnitatibus precavere, presentium tenore fatemur de huiusmodi quantitate pecunie per vos vestro et eorundem sociorum et societatis vestre nomine persoluta fore nobis, Romane ecclesie ac Terre Sancte plenarie satisfactum decernentes, ut instrumenta seu quecumque littere et obligationes sub quavis forma verborum super huiusmodi quantitate pecunia^b decimarum confecta sint omnino cassa et vacua quoad huiusmodi^b quantitatem pecunie per vos, ut premittitur, persolutam mercatoribus supradictis nec aliquis pretextu eorundem instrumentorum vel litterarum et obligationum vos ac societatem eandem et socios ipsos ac vestros et heredes eorum et successores inposterum impetere valeat aut etiam molestare, has quoque litteras bulla nostra munitas in testimonium solutionis huiusmodi vobis ad vestram et eorundem sociorum vestrorum et societatis cautelam duximus concendendas.

Dat. apud Urbemveterem Idibus Iunii pontificatus nostri anno quarto.

^a Daneben am Rand: apodissa; darunter: de Anglia. ^{b-b} am Seitenende von der gleichen Hand, durch Zeichen hier eingefügt.

¹ England und Irland.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

481 (55, LII)

Quittung für die Florentiner Kaufleute Canti und Nero Ardingelli über den Betrag von 200 Mark Sterling aus dem in England gesammelten Kreuzzugszehnten.

(Orvieto, 1284 Juni 13).

Reg. Vat. 42, fol. 100v

Siehe Nr. 480.

Martinus^a etc. Dilectis filiis Canti et Nero Ardingelli civibus et mercatoribus Florentin. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte collecta auctoritate apostolica in regno Anglie, quam vos societas seu socii vestri etc. usque vobis factum, ducentas marcas sterlingorum vestro, societatis et sociorum vestrorum nomine duxeritis persolvendas, nos solutionem^b huiusmodi ratam^c et gratam habentes etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand: apodissa. ^b danach etc. gestrichen. ^c Über der Zeile nachgetragen.

482 (56, LIII)

Martin befiehlt Bischof (Paganello) von Lucca, die Exkommunikation der genannten Kaufleute seiner Stadt, die sich geweigert hatten, über ihre Einkünfte aus dem Kreuzzugszehnten Rechenschaft abzulegen, öffentlich zu verkünden bzw. verkünden zu lassen. Ihren Besitz soll er unter Zuhilfenahme der weltlichen Gewalt, die der Papst darüber informiert hat, bis auf weiteres konfiszieren.

Orvieto, 1284 Juni 11.

Reg. Vat. 42, fol. 100v-101r

Martinus etc. Venerabili fratri . . . episcopo Lucan.¹ salutem etc.

Olim dilecto filio . . . priori secularis ecclesie Sancti Stefani in Ponte Florentin., sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut Bonacursum et Jacobum Cunachi, Locterium Gentilis, Nicolaum Guertii, Michaelem Gentilis et Galganum Macaccioris, mercatores Lucan., per se vel alium ex parte nostra citaret, quod infra certum terminum peremptorium comparerent personaliter coram nobis de pecunia Terre Sancte * concessa subsidio apud ipsos vel societates eorum deposita nobis vel aliis, prout de beneplacito nostro procederet, satisfactionem plenariam dicte Terre Sancte nomine impensuri. Cum itaque predicti Bonacursus, Jacobus, Locterius, Nicolaus, Michael et Galganus mercatores auctoritate huiusmodi litterarum citati in nostra presentia contumaciter comparere contempserint post

terminum diutius expectati, nos nolentes ipsos de sua contumacia gloriari eos excommunicationis sententiae, quam exnunc in ipsos proferimus, decernimus subiaccere.

15 Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsos singulis diebus dominicis et festivis per ecclesias civitatis et diocesis Lucan. excommunicatos pulsatis campanis ac candelis accensis publice nunties et facias nuntiari ac ab omnibus artius evitari. Et nichilominus invocato contra eos auxilio brachii secularis per occupationem bonorum ipsorum tam mobilium quam stabilium efficaciter compellas eosdem, ut nostro se conspectui personaliter representent super hiis nostris mandatis et beneplacitis parituri, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Nos enim dilectis filiis . .
20 potestati, . . capitaneo, consilio et communi Lucan. nostris damus litteris in mandatis,² ut ipsi ad requisitionem tuam tibi favorabiliter assistentes tibi huiusmodi auxilium brachii secularis impendant.

25 Tu vero mandatum nostrum in hac parte sic diligenter et sollicite exequaris, quod tue diligentie studium possit exinde merito commendari, rescripturus nobis per tuas litteras sub sigillo tuo harum seriem continentes processum tuum, quem super premissis duxeris faciendum.

Dat. apud Urbemveterem III. Id. Iunii pontificatus nostri anno quarto.

¹ Paganello da Porcari, Bischof von Lucca 1274 - 1300, vgl. Guidi, *Serie dei vescovi*, 82.

² Siehe den untenstehenden Brief.

(LIII, 57)

Martin unterrichtet den Podestà, Kapitan, Rat und Gemeinde von Lucca über den obigen Vorgang und ersucht sie, den Bischof zu unterstützen und ihm die Hilfe des weltlichen Armes zu gewähren.

5 *Orvieto, 1284 Juni 12.*

In eundem modum .. potestati, .. capitaneo, consilio et comuni Lucan.

Olim dilecto filio, . ., priori secularis ecclesie etc. usque expectati, nos nolentes ipsos de sua contumacia gloriari eos excommunicationis sententiae, quam extunc in ipsos protulimus, decrevimus subiaccere, venerabili fratri nostro . . episcopo Lucan. nostris dantes litteris in
5 mandatis, ut ipsos singulis diebus dominicis et festivis per ecclesias civitatis et diocesis Lucan. excommunicatos pulsatis campanis et candelis accensis publice nuntiet et faciat nuntiari. Et nichilominus etc. mutatis mutandis usque compescendo.

10 Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis per apostolica scripta mandantes, quatinus prefato episcopo super hiis favorabiliter assistentes sibi huiusmodi auxilium brachii secularis efficaciter impendatis, quotiens ab eo fueritis requisiti, ita quod devotionem vestram possimus exinde dignis in Domino laudibus commendare.

Dat. apud Urbemveterem II. idus Iunii pontificatus nostri anno quarto.

483 (58, LV)

Martin befiehlt dem Rektor der Campania und Marittima, Andrea Spiliati, vorerst nicht - wie ursprünglich beabsichtigt - gegen den Podestà, den Rat, die Gemeinde und die Bürger der

Stadt Anagni wegen Befehlsverweigerung vorzugehen, nachdem er 1000 Goldflorenen von ihnen erhalten hat. Dennoch soll er im Kampf gegen Adinulf von Anagni und seine Anhänger nicht nachlassen.

Orvieto, 1284 Juni 18.

Reg. Vat. 42, fol. 101r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Andree Spiliati¹ capellano nostro Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

Sicut ex parte . . potestatis, consilii et communis Anagnie² fuit propositum coram nobis, tu intendis hostiliter procedere contra eos et contra fideiussores propter hoc tibi exhibitos ad
5 devastationem bonorum et exactionem penarum per te de mandato nostro impositarum eisdem, quas incurrisse noscuntur pro eo, quod dicti . . potestas, consilium et commune ad diruitionem domorum Adinulfi³ et sequacium suorum et alias etiam contra eum et bona ipsius ad mandatum tuum procedere contumaciter neglexerunt. Super quo dicti potestas, consilium et commune ad nos humiliter recurrentes apostolice sedis misericordiam implorarunt.

10 Nos autem sperantes, quod ipsi quanto nos sibi benigniores invenerint, tanto ferventius in ecclesie Romane devotione concrescent, ac intendentes eos in hac parte mansuetudinis gratia confovere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus receptis mille Floren. auri ad opus camere nostre ab eis ab huiusmodi processu usque ad nostrum beneplacitum supersedens contra potestatem, consilium et commune ac fideiussores predictos aut bona
15 ipsorum hac occasione in aliquo non procedas, donec aliud tibi super hoc duxerimus iniungendum. Non tamen intendimus, quod per hoc contra dictum Adinulfum eiusque sequaces procedere desinas, immo volumus, quod processus tuos contra eum et sequaces eius ac bona ipsorum iuxta mandatum apostolicum efficaciter prosequaris.

Dat. apud Urbemveterem. XIII. kal. Iulii pontificatus nostri anno quarto. *

¹ Andrea Spiliati, vgl. Nr. 94 Anm. 1.

² Anagni, Prov. Frosinone.

³ Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

484 (59, LVI)

Martin befiehlt dem Bischof von Spoleto, sich persönlich nach Sovana zu begeben und von der Erbtochter des Pfalzgrafen Ildebrand, Margarete, nachdem sie anerkannt hat, dass sie und ihre Vorfahren die Grafschaft und all ihre Güter von der Kirche zum Lehen haben, den Lehnseid, das Ligium, Homagium und Vassallagium einzufordern und sie zu investieren. Über den gesamten Vorgang soll er Notariatsinstrumente anfertigen lassen und sie bei seiner Rückkehr mitbringen.

Orvieto, 1283 Juni 9.

Reg. Vat. 42, fol. 101v

Martinus etc. Venerabili fratri . . episcopo Spoletan.¹ salutem etc.

Circa conservationem iurium^a ecclesie Romane, prout ex debito commissi nobis a Domino regiminis cura tenemur, sollicitè vigilantes volumus et per apostolica tibi scripta mandamus, quatinus ad civitatem Suanen.² vel ad alia loca illarum partium, si expedierit, te personaliter

5 conferens dilecta in Christo filia nobili muliere Margareta³, filia et herede quondam nobilis viri Ildebrandini, comitis Palatini, plene ac libere recognoscente comitatum, terras ac bona, in quibus eidem comiti succedit ut heres, ad ipsam ecclesiam pertinere^b ac ipsum comitem et antecessores suos eadem comitatum, terras et bona in feudum ab eadem ecclesia tenuisse, iuramentum fidelitatis ac ligium homagium⁴ ac vassallagium⁵ nostro et ecclesie predicte
10 nomine sic prudenter et provide cum debita sollempnitate recipias ab eadem, quod possit exinde tue circumspectionis studium merito commendari. Quibus omnibus iuxta nostrum beneplacitum adimplens predictam nobilem de comitatu, terris et bonis eisdem predicto nomine per cupam argenteam investire procures faciens de recognitione ac iuramenti, homagii et vassallagii receptione ac investitura huiusmodi confici publica instrumenta illa nobis in tuo
15 reditu portaturus ac relaturus fideliter, quicquid feceris in premissis.

Dat. apud Urbemveterem XIII kal. Iulii pontificatus nostri anno quarto.

^a Über der Zeile, auf der Zeile ein Wort gestrichen.

^b Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

¹ Roland Taverna, Bischof von Spoleto 1278 - 1285.

² Sovana (Heute Teil von Sorano, Prov. Grosseto).

³ Margherita Aldobrandeschi, Tochter des Pfalzgrafen Ildebrand „il Rosso“, * um 1255, seit 1270 verheiratet mit Guido von Montfort, zuletzt 1313 erwähnt, vgl. L. Marchetti, *Aldobrandeschi Margherita*, DBI, 2, 98 f.

⁴ Das Institut des 'homagium ligium' war gegen die Mehrfachvassallität gerichtet, vgl. dazu Diestelkamp, Art. 'Homo ligius', in: HdWb zur dt. Rechtsg. 2, Sp. 234 ff.

⁵ Bekenntnis des Vassallen zu Treue und Gehorsam, vgl. Nachweise bei Du Cange, VIII, 252.

485 (60, LVII)

Martin befiehlt dem Bischof von Spoleto, alle Privilegien, Notariatsinstrumente, Urkunden und sonstige Schreiben, die die Pfalzgräfin Margareta über ihre Lehen von der Kirche besitzt, in Augenschein zu nehmen und abschreiben zu lassen und weitere Nachforschungen darüber anzustellen. Die Abschriften und übrigen Ergebnisse soll er in einem Notariatsinstrument zusammentragen lassen und dieses mit zur Kurie bringen.

Orvieto, 1284 Juni 17.

Reg. Vat. 42, fol. 101v

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Venerabili fratri .. episcopo Spoletan. salutem etc.

Per alias tibi sub certa forma litteras nostras iniungimus, ut ad civitatem Suanen. vel ad alia loca illarum partium, si expedire videres, te personaliter conferens dilecta in Christo filia nobili muliere Margareta, filia et herede nobilis viri quondam Ildebrandini comitis Palatin.,
5 plene ac libere recognoscente comitatum, terras et bona, in quibus eidem comiti succedit ut heres, ad Romanam ecclesiam pertinere ac ipsum comitem et antecessores suos eadem comitatum, terras et bona in feudum ab eadem ecclesia tenuisse, iuramentum fidelitatis et ligium homagium ac vassallagium nostro et eiusdem ecclesie nomine recipias ab eadem et tandem nobilem ipsam predicto nomine de comitatu, terris et bonis eisdem investire procures.

10 Ceterum tam de hiis, que dicta comitissa et predecessores sui ratione dicti comitatus vel terrarum eius ecclesie Romane consueverunt facere vel recipere, ab eadem volentes habere notitiam pleniorum fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus omnia privilegia

et instrumenta seu quascumque litteras vel scripturas, que de dicto comitatu et terris ab eadem
ecclesia dicta nobilis obtineret, ab ipsa et quibuscumque aliis personis ecclesiasticis vel
15 secularibus tibi ostendi et fideliter transcribi facias et alias de predictis diligentius indagare
procures contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo,
transcripta huiusmodi et quicquid sic indagando colligere poteris de predictis, redigi faciens in
publica documenta illa nobis in tuo reditu portaturus ac relaturus fideliter, quicquid inveneris
et feceris in premissis.
20 Dat. apud Urbemveterem XV. kal. iulii pontificatus nostri anno quarto.^a

^a *Danach ist eine Zeile freigelassen.*

486 (61)

Martin versichert den Konsuln, dem Rat und der Gemeinde von San Leo in der Auseinandersetzung mit dem Podestà, der einige ihrer Mitbewohner gefangengenommen hat, seiner Unterstützung.

Città della Pieve, 1284 Juli 15.

Reg. Vat. 42, fol. 101v-102r

Baluze, Miscellanea III, 411 - Potthast 22166.

Martinus^a etc. Dilectis filiis consulibus, consili et communi civitatis Sancti Leonis.¹

Nuper ad nostrum pervenit auditum, quod . . . , potestas Montisferetri sine nostra
conniventia, inmo potius preter nostrum beneplacitum, diebus istis preteritis aliquos ex vobis
capere propria temeritate presumpsit, de quo tanto turbamur amarius, quanto dulcius quietem
5 vestram diligimus et vos inter alios ecclesie Romane devotos et filios oculo benigniori
respicimus vestrosque successus prosperos affectamus. Et ut apertius paternum, quo vos
prosequimur, sentiatis affectum, dilecto filio rectori Romaniole² per alias nostras litteras
scribimus, ut absque difficultate qualibet captivos huiusmodi restitui faciat libertati.

Vos autem, sicut viri prudentes et providi, quietis ubertatem et gratiam amplexantes mentes
10 vestra fugatis quibuslibet hesitationibus serenatis, ita quod in gremio sedis apostolice
recumbentes grate devotionis successibus de bono in melius vigeatis, nam potestis secure
confidere, quod pro hiis, que * prosperitatem vestram respiciant, sollicite vigilamus.

Et ecce dilectum filium magistrum Christoferum, priorem de Saltian., capellanum nostrum,
latorem presentium, ad vos duximus destinandum, per quem de intentione nostra circa
15 premissa poteritis plenius informari.

Dat. apud Castrumplebis idus Iulii^a anno quarto^a.

^a *Großes Maiuskel-M bei Martinus; daneben am Rand: in castro plebis.*

¹ San Leo, Prov. Pesaro e Urbino.

² Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

487 (62, LIX)

Martin befiehlt dem Rektor in der Romagna, (Guillaume Durand), dafür zu sorgen, dass die Bürger San Leos, die der Podestà gefangenhält, wieder freigelassen werden.

(Città della Pieve, 1284 Juli 15).

Reg. Vat. 42, fol. 102r

Siehe den vorhergehenden Brief.

Rectori Romaniolae^a. Nuper ad nostrum pervenit auditum etc. verbis competenter mutatis usque de quo digne turbati miramur, cum iidem^b cives in^c istis sue conversionis principiis, sicut potius quietis placandi ac dirigendi studiis quam turbationibus concitandi.^c

5 Ut ergo mentes eorundem civium de nostra benignitate placentur et tollatur eis occasio concitationis materiam assumendi, volumus et per apostolica tibi scripta mandamus, quatinus absque difficultate qualibet captivos huiusmodi restitui facias libertati omne, quod poteris, studium habiturus, quod dicti cives in ecclesie Romane devotione serventur.

Et ecce dilectum filium etc. in alia.

Dat. ut supra.

^a Über der Zeile nachgetragen.

^b Davor deberes potius gestrichen.

^c Davor eosdem gestrichen.

^c Etwa servire debeant zu ergänzen.

488 (63, LX)

Martin befiehlt dem Rektor der Romagna, Guillaume Durand, die ungerechtfertigten Kosten von 440 Goldflorenen für ein Pferd, das der Propst von Forlimpopuli Guido von Montfort zu Lasten der Kammer abgekauft hat, selbst zu übernehmen, wenn er diesen Kauf veranlaßt hat, oder aber dem Propst aufzuerlegen.

Città della Pieve, 1284 Juli 29.

Reg. Vat. 42, fol. 102r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro rectori provincie Romaniolae salutem etc.

5 Continebatur inter alia, que dilecto filio Berardo camerario nostro² tuis litteris intimasti, quod . . . prepositus Foropopulien.³, quem pro faciendis emendis equorum ad exercitum destinaras, dilecto filio nobili viro Guidoni de Monteforti⁴ pro quodam equo, quem pridem . . . thesaurarius noster in Romaniola sociis suis, mercatoribus in Romana curia, destinavit, quadringentos quadraginta florenos auri persolvit, quod, utrum de conscientia tua processerit, ignoramus.

10 Unde, cum dictum equum eidem nobili remitti fecerimus pro eo, quod eidem camerario per tuas speciales litteras intimasti, quod dictus equus non erat aliquatenus emendandus nec velimus cameram nostram in solutione dicte pecunie aggravari, presentium tibi tenore precipiendo mandamus, quatinus, si de tuo mandato dicti equi emendatio fuit facta, eandem

pecuniam restituas camere memorate. Alioquin eundem prepositum ad restituendam ipsam pecuniam sic solutam ab eo efficaciter compellere non postponas, ita quod dicta camera
15 exinde omnino conservetur indemnis nec oporteat super hoc aliud remedium adhiberi.

Dat. apud Castrumplebis⁵ iiii kl. augusti pontificatus nostri anno quarto.

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

³ Forlimpopuli (Prov. Forli).

⁴ Guido von Montfort, vgl. Nr. 269 Anm. 2.

⁵ Città della Pieve, Prov. Perugia.

489 (64, LXI)

Martin erteilt Giffrid von Anagni, dem Rektor der Mark Ancona, die Vollmacht, Quittungen über den Empfang von Geldbußen auszustellen, die Gualtero de Fontanis vor seiner Rückkehr an die Kurie in den Marken verhängt hatte.

Città della Pieve, 1284 Juli 25.

Reg. Vat. 42, fol. 102r-102v

Martinus etc. Dilecto filio magistro Giffredo notario nostro rectori¹ Marchie Anconitan. salutem etc.

Olim tibi et dilecto filio magistro Gualtero de Fontanis², capellano nostro, sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut diversas condemnationes et penas per diversos
5 Marchie Anconitan. rectores diversis factas retro temporibus et inflictas, que quoad quantitatem earum inmoderate ac excessive fore dicebantur, pensatis attentius et diligenter consideratis excessibus, iniuriis, offensis, delictis, conditionibus personarum ac aliis, propter que ad condemnationes et penas easdem rectores processere predicti, moderari et temperare curaretis, prout secundum deum videretis faciendum iuxta vestre discretionis arbitrium de
10 plano et asque^a strepitu et figura iudicii concessa vobis super hiis per predictas litteras plena et libera potestate. Et nichilominus tibi et eidem magistro G. componendi, transigendi seu paciscendi nostro et ecclesie Romane nomine super condemnationibus et penis eisdem cum universitatibus civitatum, castrorum * aliorumque locorum de Marchia et singularibus personis, quas condemnationes et pene ipse contingunt, et firmandi compositiones,
15 transactiones seu pactiones huiusmodi, quitandi, remittendi et diminuendi, prout faciendum videretur a vobis, plenam et liberam concessimus per alias nostras litteras potestatem.

Verum quia post nonnullas compositiones seu transactiones habitas super condemnationibus supradictis certis terminis nostre camere persolvendis idem magister Gualterus ad nostram presentiam est reversus, nos nolentes ex ipsius absentia solutionem
20 huiusmodi prorogari, faciendi refutationem et quitationem ydoneam eisdem universitatibus et singularibus personis vel aliis solventibus pro eisdem de hiis, que ex predictis condemnationibus tibi nomine nostro solverunt vel persolvent in terminis deputatis, plenam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem.

Dat. apud Castrumplebis, VIII kal. Augusti, pontificatus nostri anno quarto.

^a Für absque.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Gualterus de Fontanis, vgl. Nr. 248 Anm. 2.

490 (65, LXII)

Martin tadelt den Rektor der Mark Ancona, Giffrid von Anagni, für die Verschwendung der ihm übersandten Gelder und befiehlt ihm, sein Amt zum Nutzen und nicht zum Schaden der Kammer auszuüben. Die von Giffrid geforderte Summe von 8000 Florenen für die Bezahlung der Söldner hat er dem Rektor der Romagna, Guillaume Durand, übergeben, um sie jenen Söldnern, die in der Romagna Dienst leisten, auszuzahlen.

(Città della Pieve, 1284 Juli 25).

Reg. Vat. 42, fol. 102v

Siehe zu den Personen den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio magistro Giffredo notario nostro Marchie Anconitan. rectori salutem etc.

Nuper nobis tuis litteris intimasti, quod de octo milibus Florinorum auri, quos tibi pridem per dilectum filium fratrem Huguitionem¹, cubicularium nostrum, mandavimus assignari, stipendiariis nostris pro emendis equorum ac conventis eis stipendiis de duobus mensibus certis et diversis temporibus terminandis extitit satisfactum. Verum quia huiusmodi duo menses, pro quibus iidem stipendia receperunt, sunt in proximo terminandi, petebas instanter a nostra camera octo milia Florinorum pro emendis equorum et pro solutione stipendorum pro aliis duobus mensibus eisdem stipendiariis in posterum facienda.

Nos autem ex eo vehementer mirari cogimur et moveri, quod camera ipsa in solutione ipsorum stipendiariorum totiens iam gravata nullum, sicut nosti, est exinde commodum assecuta, quamquam olim multis tuis inductionibus et hortamentis preambulis ad profectum dicte camere utilius procurandum precipue in condemnationibus exigendis tibi stipendiarios ipsos concesserimus et nichilominus in favorem executionis plenius faciende dilectum filium magistrum Gualterum, capellanum nostrum, ad partes ipsas requisito sepe per tuas litteras cum expensis non modicis duxerimus transmittendum. Verum si hec diligenter adverteres, non deberes cameram ipsam amplioribus gravare sumptibus, sed eam potius relevare ab expensis huiusmodi ac procurare studio efficaci, ut, unde dispendium pertulit, alicuius utilitatis commodum tue operationis ministerio reportaret.

Ideoque presentium tibi tenore mandamus, quatinus super hoc sic tuum utiliter exerceas studium, quod tibi ad negligentiam impingi nequeat, set potius tua possit exinde discretio commendari. Pecuniam autem, quam pro dictis stipendiariis petiisti, dilecto filio .. rectori Romaniol² mandavimus destinari per eum dictis stipendiariis, qui in partibus sue iurisdictioni subiectis ad nostrum et ecclesie Romane servitium commorantur, prout expediens fuerit, persolvendam.

Dat. ut supra.

¹ Huguitio de Vercelli, vgl. Nr. 193 Anm. 1.

² Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

491 (66, LXIII)

Martin befiehlt Giffrid, alle Einkünfte aus Geldstrafen, die er und Gualtero de Fontanis in den Marken vereinbart haben, vollständig zur Kammer zu schicken.

Città della Pieve, 1284 Juli 26.

Reg. Vat. 42, fol. 102v

Siehe zu den Personen Nr. 489.

Martinus etc. Dilecto filio magistro Giffredo notario nostro Marchie Anconitan. rectori salutem etc.

Sicut discretionem tuam non ignorare credimus, de proventibus Marchie Anconitan., postquam ipsius regimen tibi commisimus, camera nostra nullum est commodum consecuta, set potius in retentis ibidem stipendiariis gravia pertulit onera expensarum.

5

Quare volumus et presentium tibi tenore precipiendo mandamus, quatinus, quicquid de condemnationibus, super quibus a te et dilecto filio magistro Gualtero de Fontanis, capellano nostro, ad concordiam vel transactionem seu alias processum esse dinoscitur, recepisti hactenus vel in futurum recipies, totum sine diminutione aliqua studeas ad prefatam cameram sollicite et fideliter destinare, ita quod tue diligentie studium possit exinde merito commendari.

10

Dat. apud Castrumplebis, VII kal. Augusti, pontificatus nostri anno quarto.

492 (67, LXIII)

Martin befiehlt Giffrid, dafür zu sorgen, dass eine möglichst große Anzahl Bewaffneter aus der Mark Ancona den Rektor der Romagna, Guillaume Durand, bei seinem geplanten Feldzug gegen das aufständische Urbino, der am 15. August beginnen soll, unterstützt.

Città della Pieve, 1284 Juli 27.

Reg. Vat. 42, fol. 102v-103r

Siehe zu den Personen Nr. 490.

Eidem. Cum, sicut dilectus filius magister G., rector provincie Romaniolae, suis nobis litteris intimavit, ex diligenti deliberatione premissa contra Urbinat. rebelles ecclesie quintodecimo die proximi mensis * Augusti cum generali exercitu fidelium commisse sibi provincie sit hostiliter tribuente Domino processurus, nos in hac parte ipsius sollicitudinem commendantes volumus et presentium tibi tenore precipiendo mandamus, quatinus fideles nostros Marchianos tue ditioni subiectos cum diligentia, qua poteris, requiras attentius et inducas, ut contra eosdem rebelles viriliter se accingant ad dictum exercitum predicto tempore, sicut melius ordinare poteris, in copiosa multitudine armatorum tam militum quam peditum favorabiliter accessuri, ita quod devotionem ipsorum possimus exinde dignis in Domino laudibus commendare.

5

10

Dat. apud Castrumplebis VI kal. Augusti pontificatus nostri anno quarto.

493 (68, LXV)

Martin befiehlt Gualtero de Fontanis, die französischen Söldner, die im Begriff waren, das päpstliche Heer in der Romagna zu verlassen, für bis zu sechs weitere Monate in päpstlichen Dienst zu nehmen. Über alle Belange, die das Heer betreffen, soll er gemeinsam mit dem Rektor Guillaume Durand entscheiden.

Città della Pieve, 1284 Juli 26.

*Reg. Vat. 42, fol. 103r
Siehe zu den Personen Nr. 490.*

Martinus etc. Dilecto filio magistro Gualtero de Fontanis capellano nostro preposito de Ingreyo in ecclesia Carnoten. salutem etc.

Prout nuper accepimus, nonnulli milites et scutiferi¹ gallici, quos ad nostrum et ecclesie Romane servitium in partibus Romaniole fecimus retineri, finito tempore, pro quo
5 promiserunt in ipsis partibus remanere, quod in proximo imminet terminandum, intendunt, quod ad propria remeare.

Nos autem volentes ipsos adhuc ulteriori tempore nostris et ipsius ecclesie obsequiis in predictis partibus immorari volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus ad eosdem te personaliter conferens ipsos vel alios de gente gallica, quos ad dicta servitia ydoneos esse
10 putaveris, sub illis pactis et conditionibus, que inter te ac ipsos alias intervenisse dicuntur, vel aliis, de quibus videris utilius expedire, usque ad sex menses dictum tempus immediate sequentes ad stipendia nostre camere studeas retinere, et etiam circa statum nostri exercitus illa ordinare unacum dilecto filio magistro Guillelmo^a Duranti, rectore provincie Romaniole, studeas, que pro utili directione ipsius videris expedire. Nos enim ratum haberi volumus id,
15 quod tu cum predicto rectore super hiis duxeris faciendum.

Dat. apud Castrumplebis VII kal. Augusti pontificatus nostri anno quarto.

^a Davor Gualtero gestrichen.

¹ Zu den *scutiferi* (leichtbewaffnete Reiter), vgl. Göbbels, *Militärwesen*, 108 ff.

494 (69, LXVI)

Martin befiehlt Hugo de Varano, der behauptet, von Guido de Montfort, dem Kapitan des päpstlichen Heeres in der Romagna, als dessen Stellvertreter eingesetzt worden zu sein, dem rechtmäßigen Stellvertreter, Guillelmo Chinini, Gehorsam zu leisten und das ihm angeblich übertragene Amt nicht weiter zu beanspruchen.

Città della Pieve, 1284 Juli 31.

*Reg. Vat. 42, fol. 103r
Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 436 - Potthast 22169.*

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Hugoni de Varanis salutem etc.

Pridem propter absentiam dilecti filii, nobilis viri, Guidonis de Monteforti¹, exercitus Romane ecclesie in Romaniola capitanei generalis, dilecto filio, magistro Guillelmo Duranti², rectori ipsius provincie, sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut ipse aliquem
5 de gente gallica, quem ad hoc putaret ydoneum, usque ad reditum ipsius capitanei eius vicarium deputaret. Idem autem rector dilecti filii, nobilis viri G. Chinini fidelitatem et probitatem attendens ipsum ad exercendum capitaneie officium usque ad eiusdem Guidonis reditum ordinavit. Verum, prout accepimus, te asserente a dicto Guidone fore vicarium
10 constitutum ei prout alii stipendiarii obedire recusas, immo, quod peius^a est, temerario ausi contendis pretextu commissionis tibi facte ab eodem Guidone usurpare tibi dictum officium vicarie, quamquam idem Guido constituendi vicarium in dicta capitania nullam a nobis habuerit potestatem.

Cum itaque talis contentio prorsus votis nostris contraria mentem nostram vehementer turbarit nec velimus aliquatenus sustinere, quod ex dicta commissione tibi presumas dictum
15 officium vindicare vel illud quomodolibet exercere, presentium tibi tenore sub pena nostre gratie districte precipiendo mandamus, quatinus eidem Guillelmo Chinini tamquam vicario generali in hiis, que ad suum spectant officium, humiliter et devote intendens dictam^b vicariam commissam tibi, ut premittitur, per eundem Guidonem nullatenus exercere presumas sciturus pro certo, quod nisi obtentu dilectionis, quam ad personam patris tui gerimus, in hac
20 parte tuo detulissemus honori, de huiusmodi excessu te sic acriter puniremus, quod pena docente per effectum sentiret, quam temerarium fuerit te tante insolentie insistere vel inniti.

Alioquin dicto rectori nostris damus litteris in mandatis, ut omnibus stipendiariis et aliis de provincia sibi commissa inhibeat, ne tibi tamquam vicario obediant in aliquo, et te a tanta temeritate, prout viderit expedire, compescat.

25 Dat. apud Castrumplebis II kal. Augusti pontificatus nostri anno quarto.

^a Davor potius gestrichen. ^b Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt, danach dictam gestrichen.

¹ Guido von Montfort, vgl. Nr. 269 Anm. 2.

² Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

(70, LXVII)

Martin befiehlt dem Rektor in der Romagna, Guillaume Durand, zu verhindern, dass jemand in seiner Provinz H(ugo de Varano) als Stellvertreter des Kapitäns anerkennt, und fordert ihn auf, gegen diesen vorzugehen.

5 *(Città della Pieve, 1284 Juli 31).*

In eundem modum. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti capellano nostro rectori Romaniolae verbis competenter mutatis usque inniti.

Quocirca discretionis tue per apostolica scripta mandamus, quatinus omnibus stipendiariis et aliis de provincia tibi commissa inhibeas, ne dicto H., tamquam vicario, obediant in aliquo, et
10 eum a tanta temeritate, prout videris expedire, compescas.

Dat. ut s. *

495 (71, LXVIII)

Martin befiehlt Nicola und Riccardo Annibaldi, den beiden Geistlichen, die unrechtmäßigerweise zwei Pfründen in der Kirche Sancta Sanctorum innehaben und die sie bisher unterstützt haben, jegliche Unterstützung zu entziehen und stattdessen der Pfründenbesetzung, die der Kanoniker von St. Peter, Albert von Parma, in päpstlichem Auftrag vorgenommen hat, zum Erfolg zu verhelfen.

Città della Pieve, 1284 Juli 31.

*Reg. Vat. 42, fol. 103v
Vgl. Savio, Gli Annibaldi, 363*

Martinus etc. Dilectis filiis nobilibus viris Nicolas et Riccardo filiis quondam Theobaldi de Anibaldis¹ civibus Roman. salutem etc.

Intellecto dudum, quod in basilica de Sanctasanctorum de Urbe, in qua ad Romanum pontificem spectat dumtaxat institutio clericorum, duo beneficia tunc vacabant, dilecto filio magistro Alberto de Parma², canonico basilice principis apostolorum de Urbe, sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut de huiusmodi beneficiis auctoritate nostra duabus personis ydoneis provideret. Cumque^a idem magister ad executionem mandati nostri vellet procedere iuxta traditam sibi formam, . . . prior et capitulum dicte basilice tres clericos ad predicta beneficia non sine contemptu sedis apostolice motu proprio, inmo pocius presumptione temeraria, receperunt. Propter quod eidem magistro per alias litteras^b nostras^b mandavimus, ut eos exinde penitus excluderet et etiam ammoveret iniuncto per alias litteras eisdem priori et capitulo, ut eos non haberent pro canonicis seu clericis ipsius basilice nec eis de aliquibus responderent. Nuper autem, sicut accepimus, in eadem basilica uni presbytero et uni clerico de predictis beneficiis iuxta formam mandati nostri per eundem magistrum Albertum provisiva duo ex intrusis predictis vestro fulti favore et provisioni huiusmodi de facto, cum de iure nequeant, multipliciter se opponunt non sine ipsorum et animarumstrarum periculo ac nostra et apostolice sedis iniuria et contemptu, de quo tanto vehementius admiramur, quanto ab hiis, que famam nostram commaculant et in nostram et apostolice sedis iniuriam manifeste redundant, vos, tamquam devotos filios et honoris nostri zelatores precipuos, credebamus specialius abstinere.

Quocirca nobilitatem vestram attente requirimus et rogamus per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus considerantes prudenter, quod talia fame vestre derogant et saluti quodque ea non possemus aliquatenus sustinere, prefatis intrusis nullum detis auxilium^c vel favorem, quominus ipsius magistri Alberti provisio, inmo pocius apostolica, suum effectum laudabiliter sortiatur, preces et mandatum nostrum taliter impleturi, quod circa id non oporteat aliud experiri remedium, sed devotio vestra exinde merito valeat commendari.

Dat. apud Castrumplebis II. kal. Augusti pontificatus nostri anno quarto.

^a 'que' über der Zeile nachgetragen, danach itaque gestrichen ^b Durch Zeichen umgestellt. ^c für auxilium.

¹ Nicola und Riccardo (gest. 1302) waren Söhne des 1266 verstorbenen Tebald aus der Familie der Annibaldi, vgl. Carocci, *Baroni*, 317 (Stammtafel der Annibaldi).

² Albert von Parma, siehe Nr. 336 Anm. 4.

496 (72, LXVIII)

Martin ersucht Anibaldo, den Senator Roms, Nicola und Riccardo Annibaldi, mit denen er verwandt ist, zu veranlassen, den obigen Befehl zu beachten.

(Città della Pieve, 1284 Juli 31).

Reg. Vat. 42, fol. 103v

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Anibaldo senatori Urbis¹ salutem etc.

In eundem modum verbis competenter mutatis usque commendari.

Cum itaque, sicut creditur, iidem nobiles, utpote tibi linea consanguinitatis coniuncti, in hiis, que honorem et salutem ipsorum respiciunt, monitis et exhortationibus tuis debeant
5 efficaciter obedire, nobilitatem tuam requirimus et rogamus, quatinus super hoc apud eos partes tuas sic sollicite interponas, quod tuo studio faciente nullo presidio vel favore prefatis intrusis contra predictam provisionem auctoritate nostra factam assistant per se vel alios vel eidem provisioni quomodolibet opponere se presumant preces nostras taliter impleturus, quod
10 per effectum operis evidenter appareat ea, que cordi gerimus, te prompta sollicitudine prosequi ac etiam procurare.

Dat. ut supra.

¹ Annibaldo di Transmondo, * wohl zwischen 1220 -1230, 1290 zum letzten Mal erwähnt, aus dem Geschlecht der Annibaldi, 1260/61 und 1284/85 Senator in Rom, vgl. über ihn ausführlich Waley, *Annibaldi, Annibaldo*, DBI, 3, 344 f.

497 (74, LXX)

Martin befiehlt dem Kardinallegaten Gerhard von Parma, das restliche Geld, das die Kirche Karl von Salerno geliehen hat, an dessen Vater Karl I. von Anjou auszuzahlen, sobald er es von dem Bischof Peter von Rieti erhalten hat.

Città della Pieve, 1284 August 3.

Reg. Vat. 42, fol. 103v

Martinus^a etc. Venerabili fratri . . episcopo Sabinen.¹ apostolice sedis legato salutem etc.

In litteris, quas nuper dilecto filio Berardo, camerario nostro², misisti, tibi postulasti per nostrum beneplacitum explicari utrum residuum pecunie, quam dilecto filio nobili viro . . , principi Salernitan.³, primogenito carissimi in Christo filii nostri . . , regis Sicilie illustris⁴, pridem Romana ecclesia mutuavit solvendum per venerabilem fratrem nostrum . . , episcopum Reatin.,⁵ eidem regi debeas exhibere, si residuum ipsum^b contingat tibi ab eodem episcopo assignari.

Nos igitur attendentes, quod non contemplatione persone ipsius principis, set pro ipsius regni defensione factum fuit mutuuum supradictum, quod utique regi fecissemus predicto, si
10 tunc temporis in regno extitisset eodem, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus predictum residuum memorato regi integre persolvere non postponas, quamcito tibi

fuerit ab eodem episcopo persolutum recepturus a predicto rege vel alio recipiente pro eo et ad hoc legitimum mandatum habente * de solutione huiusmodi residui apodixam ydoneam, quam per fidelem mutuum^c ad cameram nostram transmittere^d ac, quicquid super premissis per te
15 factum fuerit, nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas intimare.

Dat. apud Castrumplebis III non. Augusti pontificatus nostri anno quarto.

^a Daneben am Rand: de decimis. ^b Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt. ^c Verschrieben für nuntium. ^d wohl non postponas zu ergänzen.

¹ Gerhard von Parma, vgl. Nr. 447 Anm. 3.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

³ Karl II. von Anjou, vgl. Nr. 310 Anm. 1.

⁴ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

⁵ Pietro da Ferentino, vgl. Nr. 447 Anm. 1.

498 (74, LXXI)

Martin befiehlt dem Prior von Santo Stefano in Ponte in Florenz, die Florentiner Kaufleute Sisso Fassoli und Bianco Jandonis, die sich geweigert hatten, über das bei ihnen verwahrte Geld aus dem Kreuzzugszehnten Rechenschaft abzulegen, zu exkommunizieren, ihre Exkommunikation zu verkünden und unter Zuhilfenahme der weltlichen Gewalt ihre Güter zu konfiszieren und sie so zur Rechnungslegung zu zwingen.

Città della Pieve, 1284 August 7.

Reg. Vat. 42, fol. 104r

Martinus etc. Dilecto filio . . . priori secularis ecclesie Sancti Stephani in Ponte Florentin. salutem etc.

Olim tibi sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut Sissum Fassolli et Bianchum Jandonis, cives et mercatores Florentin., per te vel alium ex parte nostra citares,
5 quod infra certum terminum comparerent personaliter coram nobis de pecunia Terre Sancte concessa subsidio apud ipsos vel socios suos seu societatem eorum deposita nobis vel aliis, prout de beneplacito nostro procederet, satisfactionem plenariam dicte Terre Sancte nomine impensuri.

Cum itaque iidem Sissus et Bianchus auctoritate huiusmodi litterarum citati in nostra
10 presentia contumaciter comparere contempserint post terminum diutius expectati nec satisfecerint^a de pecunia supradicta, nos nolentes ipsos de sua contumacia gloriari eos excommunicationis sententie, quam exnunc in ipsos proferimus, decernimus subiacere, discretioni tue per apostolica scripta mandantes, quatinus ipsos singulis diebus dominicis et
15 festivis per ecclesias civitatis et diocesis Florentin. excommunicatos pulsatis campanis et candelis accensis publice nunties et facias nuntiari et ab omnibus artius evitari et nichilominus invocato contra eos auxilio brachii secularis per apprehensionem bonorum ipsorum tam mobilium quam stabilium efficaciter compellas eosdem, ut nostro se conspectui personaliter representent super hiis nostris mandatis et beneplacitis parituri, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Nos enim dilectis filiis . . . potestati, . .
20 capitaneo, consilio et communi Florentin. nostris damus litteris in mandatis, ut ipsi ad

requisitionem tuam tibi favorabiliter assistentes tibi huiusmodi auxilium brachii secularis impendant.

25 Tu vero mandatum nostrum in hac parte sic diligenter et sollicite exequaris, quod tue diligentie studium possit exinde merito commendari. Processum autem tuum et quicquid super predictis duxeris faciendum, nobis per tuas patentes litteras harum seriem continentes sub tuo sigillo studeas quamtotius fideliter intimare.

Dat. apud Castrumplebis VII idus August. pontificatus nostri anno quarto.

^a Für satisfecerint.

499 (75, LXXII)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Kapitan, dem Rat und der Gemeinde von Florenz, den Prior von Santo Stefano bei der Durchführung die Unterstützung der weltlichen Gewalt zu gewähren.

(Città della Pieve, 1284 August 7).

Reg. Vat. 42, fol. 104r

Martinus etc. Dilectis filiis . . potestati, . . capitaneo, consilio et communi Florentin. salutem etc.

5 Olim dilecto filio . . priori secularis ecclesie Sancti Stephani in Ponte Florentin. sub certa forma etc. verbis competenter mutatis usque de pecunia supradicta. Nos nolentes ipsos de sua contumacia gloriari, eos excommunicationis sententie decernimus subiacere, eidem priori etc. usque compescendo.

10 Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus prefato priori super hiis favorabiliter assistentes sibi huiusmodi auxilium brachii secularis efficaciter impendatis, quotiens fueritis requisiti, ita quod devotionem vestram possimus provide^a dignis in Domino laudibus commendare.

Dat. ut supra.

^a für proinde.

500 (76, LXXIII)

Martin befiehlt dem Prior von Santo Stefano in Ponte, Forense Falconeri und Lapo Davanzati sowie die übrigen Kaufleute der Sozietät Falconeri peremptorisch, unter Androhung der Exkommunikation und weiterer Strafen, denen sie automatisch bei Zuwiderhandeln verfallen sollen, zur Kurie zu zitieren, damit sie nach zehn Tagen über ihre Einnahmen aus dem Kreuzzugszehnten Rechenschaft ablegen. Ansonsten soll er ihre Exkommunikation auf der üblichen Weise in der Stadt und Diözese Florenz verkündigen. Sollten die Exkommunizierten nach acht weiteren Tagen noch immer nicht einlenken, soll er die Verantwortlichen von Florenz zur Hilfe rufen und den gesamten Besitz der genannten Kaufleute einziehen.

Città della Pieve, 1284 August 9.

Reg. Vat. 42, fol. 104r-104v

Martinus etc. Dilecto filio . . priori Sancti Stephani in Ponte Florentin. salutem etc.

Volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus Forensem Falconerii et Lapum Davanzati ac alios de societate Falconeriorum, cives et mercatores Florentin., quos in civitate Florentin. contigerit reperiri, ex parte nostra per te vel per alium peremptorie citare procures
5 ac eis nichilominus tam sub excommunicationis, quam eos ipso facto incurrere volumus, si huiusmodi citationi parere contempserint, quam penis in instrumentis depositorum apposis districte precipias, ut ipsi suo et sociorum eorum nomine infra decem dies post citationem tuam compareant personaliter coram nobis de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte apud eos vel societates eorum deposita nobis vel alii, prout de beneplacito nostro
10 processerit, satisfactionem plenariam impensuri.

Alioquin extunc eos, qui super hiis se reddiderint contumaces, singulis diebus dominicis et festivis per ecclesias civitatis et diocesis Florentin. excommunicatos pulsatis campanis et candelis accensis publice nunties et facias nuntiari ac ab omnibus artius evitari. Et * si forte huiusmodi excommunicationis sententiam per octo dies sustinuerint animo indurato, tu
15 invocato contra eos auxilio brachii secularis per captionem bonorum illorum tam mobilium quam stabilium efficaciter compellas eosdem, ut mandatis apostolicis plene pareant in hac parte contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Nos enim dilectis filiis . . potestati, . . capitaneo, consilio et communi Florentin. nostris damus litteris in mandatis, ut ipsi ad requisitionem tuam tibi favorabiliter assistant et huiusmodi
20 auxilium brachii secularis impendant.

Tu vero mandatum nostrum super hiis sic diligenter et sollicite exequaris, quod tue diligentie studium possit exinde merito commendari. Processum autem tuum et quicquid super predictos duxeris faciendum, nobis per tuas patentes litteras harum seriem continentes tuoque sigillo signatas studeas quamtotius fideliter intimare.

25 Dat. apud Castrumplebis V idus Augusti pontificatus nostri anno quarto.

(77, LXXIV)

Martin befiehlt dem Podestà, dem Kapitan, dem Rat und der Gemeinde von Florenz, den Prior von Santo Stefano bei der Durchführung des obigen Mandats zu unterstützen.

(Città della Pieve, 1284 August 9).

In eundem modum. .. potestati, .. capitaneo, consilio et communi Florentin.

Dilecto filio . . priori Sancti Stephani in Ponte Florentin. nostris damus litteris in mandatis, ut Forensem Falconerii etc. verbis competenter mutatis usque compescendo.

5 Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus prefato priori super hiis favorabiliter assistentes sibi huiusmodi auxilium brachii secularis efficaciter impendatis, quotiens ab eo fueritis requisiti, ita quod devotionem vestram possimus proinde dignis in Domino laudibus commendare.

Dat. ut supra.

(78, LXXV)

Befehl an den Bischof (Paganello) von Lucca die Zitierung der Kaufleute Ubaldus Bonacursum, Bornectus Cardellini, Ghettum und Gaddum Honesti sowie Orlandinum, Johannem et Nicolaum Paganelli betreffend [Siehe Nr. 500 (76)]

5 *Città della Pieve, 1284 August 8.*

Item in eundem modum. Venerabili fratri . . episcopo Lucan.¹ salutem etc.

5 Volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus Ubaldum Bonacursum, Bornectum Cardellini ac Ghettum et Gaddum Honesti necnon Orlandinum, Johannem et Nicolaum Paganelli ac alios de singulis societatibus eorundem, cives et mercatores Lucan., quos in civitate Lucan. contigerit reperiri, ex parte nostra per te vel per alium etc. ut supra in secunda littera verbis competenter mutatis usque in finem.

Dat. apud Castrumplebis VI idus Augusti pontificatus nostri anno quarto.

¹ Paganello da Porcari, Bischof von Lucca 1274 - 1300, vgl. Guidi, *Serie dei vescovi*, 82.

(79, LXXVI)

Befehl an den Podestà, den Kapitan, den Rat und die Gemeinde von Lucca, Bischof (Paganello) bei der Ausführung des obigen Mandats zu unterstützen.

(Città della Pieve, 1284 August 8).

Item in eundem modum. Dilectis filiis . . potestati, . . capitaneo, consilio et communi Lucan.

Venerabili fratri nostro . . episcopo Lucan. nostris damus litteris in mandatis, ut Ubaldum etc. ut supra verbis competenter mutatis usque in finem.

5 Dat. ut supra.

501 (80, LXXVII)

5 *Quittung für Cieffo Bonisigne und die übrigen Kaufleute der Florentiner Handelsgesellschaft 'de Scala', der aus dem in England eingesammelten Kreuzzugszehnten 1514 Mark, 7 Soldi, 10 Denare neuere Sterling und einen viertel Sterling auf Befehl des Kämmerers Berard an die Handelsgesellschaften 'Spiliati - Spine', 'Pulices - Rimbentini', 'Ricchiardi' und 'Bernardini - Bonsignori' ausgezahlt hat.*

Città della Pieve, 1284 August 13.

Reg. Vat. 42, fol. 104v

Martinus^a etc. Dilecto filio Cieffo Bonisigne de societate de Scala civi et mercatori Florentin. salutem etc.

5 Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte collecta auctoritate apostolica in regno Anglie, quam tu, societas seu socii tui in depositum seu quocumque alio modo habere noscebamini commendatam, dilectis filiis Dino Johannis de Thome Spiliati et
10 quondam Maynecti Spine et Maynecto Raynaldi de Pulicum et Rimbentorum Florentin., Vanti Honesti de Riczardorum Lucan. et Thure Bonamiki de Bonaventure Bernadini et filiorum Rollandi Bonsignoris Senen. societatibus mercatoribus recipientibus nostro, Romane ecclesie et Terre Sancte nomine ad mandatum dilecti filii Berardi, camerarii nostri¹,
15 auctoritate litterarum nostrarum ei super hoc specialiter directarum et de speciali nostra conniventia tibi factum, mille quingentas quatuordecim marcas, septem soldos et decem denarios sterlingorum novorum et quartam partem unius sterlingi tuo, Maynecti Hugonis et Lapi de Scala, Jacobi Johannis, Alberti, Folie et Alammanni filiorum quondam Aymerii Cose, Carellani Lapi, Lippi et Riccardi filiorum quondam Petri Bonicase, Tegle Amadoris, Case
20 Fulchi, Hugolini de Vichio et Lotherii Bonaguide ac omnium aliorum sociorum tuorum et societatis tue nomine duxeris persolvendum, nos solutionem huiusmodi ratam et gratam habentes ac volentes super hoc tue societatis et sociorum ipsorum indemnitatibus precavere presentium tenore fatemur, de huiusmodi quantitate pecunie per te tuo et eorundem sociorum et societatis nomine solventem fore nobis, Romane ecclesie ac Terre Sancte plenarie
25 satisfactum decernentes, ut instrumenta seu quecumque littere et obligationes sub quavis forma verborum super huiusmodi pecunia decimarum confecta sint omnino cassa et vacua, que ad premissam quantitatem pecunie per te, ut premittitur, persolutam mercatoribus supradictis nec aliquis pretextu eorundem instrumentorum vel litterarum et obligationum te ac societatem eandem et socios ipsos ac tuos et heredes eorum et successores imposterum
impetere valeat aut etiam molestare, has quoque litteras bulla nostra munitas in testimonium solutionis huiusmodi tibi ad tuam et eorundem sociorum tuorum et societatis cautelam duximus concedendas.

Dat. apud Castrumplebis Idibus Augusti pontificatus nostri anno quarto. *

^a *Daneben am Rand:* apodissa; *daneben von neuzeitlicher Hand:* idest acceptilatio quittance.

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

502 (81, LXXVIII)

Martin teilt den Konsuln, dem Rat und der Gemeinde von San Leo mit, dass er den Bürger Orvietos, den päpstlichen Kaplan Mattheus Citadini, zu ihnen gesandt hat, damit er sie über die päpstlichen Absichten in ihrem Konflikt mit dem Podestà von Montefeltro näher informiert, und fordert sie zum Gehorsam auf.

Città della Pieve, 1284 August 18.

Reg. Vat. 42, fol. 105r

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr. 437 - Potthast 22170.

Martinus^a episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis . . . consulibus, consilio et communi Sancti Leonis salutem et apostolicam benedictionem.

Intellecto pridem, quod . . . potestas Montisferetri, sine nostra conniventia, immo potius preter nostrum beneplacitum, aliquos de vobis capere propria temeritate presumpsit, nos
5 exinde tanto amarius turbati fuimus, quanto dulcius quietem vestram diligimus, et vos inter alios ecclesie Romane devotos et filios oculo benigniori respicimus vestrosque successus prosperos affectamus. Et ut apertius paternum, quo vos prosequimur, sentiretis affectum, dilecto filio . . . rectori Romaniol¹ per litteras nostras mandavimus, ut absque difficultate aliqua captivos huiusmodi restitui faceret libertati, dilecto filio magistro Cristoforo, priore de
10 Saltiano, capellano nostro, propter hoc ad vos et ipsum rectorem spetialiter destinato. Verum quia circa quietem et prosperum statum vestrum super hiis nondum perpendimus, prout cordi gerimus, votive provisionis remedium provenisse, ecce dilectum filium Matheum Citadini, civem Urbevetan., de cuius fidelitate confidimus, ad vos presentialiter duximus transmittendum, per quem de intentione nostra super hiis poteritis plenius informari, devotioni
15 vestre paternis affectibus suadentes ac presentium tenore mandantes, quatinus prosperitatem vestram illius providentie studiis advertatis, quod in solita devotione ac fide Romane ecclesie constanti animo persistentes ex hoc apostolici favoris augementum de bono in melius comprobemini promereri.

Dat. apud Castrumplebis XVIII kal. Septembris pontificatus nsotri anno quarto.

^a *Großes Maiuskel-M; am oberen Seitenrand: in castro plebis.*

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

(82, LXXIX)

Brief gleichen Inhalts wie oben an den Rektor der Romagna, Guillaume Durand.

(Città della Pieve, 1284 August 18).

In eundem modum. Dilecto filio magistro Guillelmi Duranti capellano nostro decano
5 Carnoten. rectori Romaniol salutem etc.

Intellecto etc. verbis competenter mutatis usque provenisse, ecce dilectum filium Matheum Citadini, civem Urbevetan., de cuius fidelitate confidimus, ad ipsos et te presentialiter

duximus transmittendum, per quem de intentione nostra super hiis tam tu quam ipsi poteritis plenius informari.

10 Dat. ut supra.

503 (83, LXXX)

Martin ersucht den Podestà, den Rat und die Gemeinde Orvieto, Margarete, die Erbtöchter des Grafen Rubeus und Gattin Guidos von Montfort, wegen der Grafschaft Sovana, die Margarete und ihre Vorfahren vom Papst zum Lehen haben, nicht weiter zu bedrängen. Wenn sie Ansprüche zu haben meinen, sollen sie diese vor dem apostolischen Stuhl vorbringen. Zu ihrer genaueren Unterrichtung hat er ihnen Pandulf, den Überbringer diese Schreibens, geschickt.

Città della Pieve, 1284 August 16.

Reg. Vat. 42, fol. 105r

Martinus etc. Dilectis filiis . . . potestati, consilio et communi Urbevetan.¹ salutem etc.

Nuper ad nostrum auditum non sine turbatione et admiratione pervenit, quod vos contra dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Margaretam², natam et heredem quondam .. comitis Rubei, uxorem dilecti filii, nobiliis viri Guidonis de Monteforti³, ad gravamina et
5 offensas indebite aspirantes super comitatu Suanen.⁴ ac pertinentiis eius, quos, sicut vos ignorare credimus, eadem nobilis a nobis et Romana ecclesia tenet in feudum ac patrem suum et antecessores eius eundem comitatum ab eadem tenuisse ecclesia legitime recognovit, quasdam nitimini facere novitates in ipsius nobilis grave preiudicium ac nostram et prefate ecclesie manifestam iniuriam et contemptum.⁵

10 Unde, cum ex hoc, nisi oportunis occurramus remediis, gravia possint suscitari pericula et status vester pacificus ac fidelium ipsarum partium perturbari nec nos deceat id clausis oculis preterire, universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus pro nostra et apostolice sedis reverentia a gravaminibus et offensis dicte nobilis abstinentes super dicto comitatu eiusque pertinentiis nichil penitus facere presumatis,
15 quod in eius, immopotius ecclesie prefate, iuris vergat dispendium vobisque ad ingratitude et indevotionem possit impingi.

Ceterum, si contra dictam nobilem forsitan creditis vos aliquod ius habere, illud poteritis confidenter sub examine apostolico experiri recepturi iustitie complementum. Ut autem super premissis vobis votum nostrum clarius innotescat, ecce dilectum filium Bandulfum de
20 Suburra⁶, capellanum nostrum, latorem presentium, ad vos propter hoc duximus destinandum, per quem utpote sufficienter instructum de intentione nostra poteritis plenius informari.

Dat. apud Castrum plebis XVII kal. Septembris.

¹ Orvieto.

² Margherita Aldobrandeschi, vgl. Nr. 503 Anm. 2.

³ Guido von Montfort, vgl. Nr. 269 Anm. 2.

⁴ Grafschaft Sovana (bei Grosseto).

⁵ In Orvieto hatten 1284 die Ghibellinen unter Raineri della Greca die Herrschaft übernommen. Sie unterstützten die Grafen von Anguillara, die nach dem Tod des Grafen Aldobrandino im Mai 1284 versuchten, in das Herrschaftsgebiet der Aldobrandeschi vorzudringen, vgl. Waley, *Medieval Orvieto*, 56 f.

⁶ Pandulfus de Subura, vgl. Nr. 167 Anm. 5.

504 (84, LXXXI)

Martin befiehlt seinem Kämmerer Berard zu veranlassen, dass bis zu 15600 Goldunzen aus den Einkünften aus dem Kreuzzugszehnten, der in den Königreichen Schottland, Dänemark, Schweden, Ungarn sowie Teilen Slawoniens und Polens gesammelt worden war, den genannten Kammerkaufleuten übergeben werden, damit sie diese Summe den Prokuratoren König Karls von Sizilien aushändigen, der diesen Kredit innerhalb von zwei Jahren der Kurie zurückzahlen soll.

Città della Pieve, 1284 Juli 25.

Reg. Vat. 42, fol. 105r-v

Raynaldi, Annales ecclesiastici ad anno 1284, § 41 - Potthast 22168.

Martinus etc. Dilecto filio Berardo camerario nostro¹ salutem etc.

Nuper ex parte carissimi in Christo filii nostri Caroli Sicilie regis illustris² fuit nobis cum instantia supplicatum, ut, cum sibi pro defensione ac custodia dicti regni Sicilie sit subsidium pecuniarium plurimum oportunum, fateremur ei usque ad certam quantitatem pecunie, prout de beneplacito^a nostro procederet, mutuari.

Nos igitur attendentes, quod in huiusmodi defensione ac custodia non solum dicti regis, set etiam Romane ecclesie honor et utilitas procurantur, volumus et presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus de pecunia decimarum regnorum Scotie, ^bDacie et Suetie^b et Ungarie³ necnon partium Slavonie et Polonie⁴ apud quoscumque mercatores vel alias personas tam in Romanam curiam quam etiam extra ipsam deposita seu quocumque modo alio commendata dilectis filiis Dino Johannis de Thomasii Spiliati et Lapi Hugonis, Francisco Rimbertyni, Maynecto Raynaldi et Ademaro Rote de Pulicum et Rimbertynorum Florentin., Thure Bonamiki et Bindo Clarici de Bonaventure Bernardini Senen. et Lapro Vulpelli et Vanto Honesti de Ricardorum Lucan. societatibus camere nostre mercatoribus seu aliquibus ex eis vel aliis ex sociis eorundem usque ad quantitatem quindecim milium et sexcentarum unciarum auri facias submoto cuiuslibet difficulatis obstaculo assignari ac^c dilectis filiis magistro Goberto de sancto Quintino clerico et nobili viro Odoni Pelacen. dicti regis procuratoribus recipientibus pro ipso rege ab eisdem camere nostre mercatoribus ipsorum nomine mutuari reddendam per ipsum regem infra biennium in Romana curia a tempore contractus * huiusmodi mutui faciendi, recepturus postmodum ab eisdem mercatoribus dicte camere, quibus huiusmodi quantitatem pecunie feceris assignari, pro cautela Romane ecclesie ac etiam Terre Sancte publicum instrumentum, quod ipsi predictum mutuum, postquam eis a dicto rege fuerit integre restitutum, illud Romane ecclesie et Terre Sancte restituent, et si contigeret regem ipsum mutuum huiusmodi non solvere in termino supradicto, litteras procurationis dicti regis et instrumenta super mutuo facienda predicto nostre camere fideliter resignabunt et totum ius eis competens per eadem in prefatam Romanam ecclesiam ac Terram Sanctam libere transferrent atque cedent.

Dat. apud Castrumplebis VIII kal. Augusti pontificatus nostri anno quarto.

^a *Daneben am Rand:* de mutuo. obstaculo assignare gestrichen.

^{b-b} *Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.*

^c *Davor ac dilectis*

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

³ Königreiche Schottland, Dänemark, Schweden, Ungarn.

⁴ Slawonien und Polen.

505 (85, LXXXII)

Martin quittiert dem Kardinallegaten (Bernhard) von Porto - Santa Rufina, dass er 3650 Goldflorenen durch den Kaufmann Ture Bonamiki der Kammer überwiesen hat, nachdem ihm 5000 Goldunzen aus dem Kreuzzugszehnten übergeben worden waren, um damit in Venedig Mannschaften für Schiffe zur Unterstützung Karls von Salerno anzuwerben.

Città della Pieve, 1284 August 21.

Reg. Vat. 42, fol. 105v

Martinus^a etc. Venerabili fratri . . . episcopo Portuen.¹ apostolice sedis legato salutem etc.

Cum de quadam summa pecunie decimarum, quam pridem dilecto filio, nobili viro Karolo², principi Salernitan., primogenito et tunc vicario generali carissimi in Christo filii nostri K., illustris regis Sicilie³, pro defensione ac regni custodia fecimus mutuari, quinque
5 milia unciarum auri expendenda de mandato tuo apud Venetias pro stipendiariis peditibus conducendis ad muniendum quasdam galeas et quedam alia vasa marina, que dictus princeps contra rebelles siculos preparari fecerat, de mandato nostro tibi fuerint assignata⁴ ac de dicta
quantitate quinque milium unciarum tria milia sexcentos quinquaginta Floren. auri per
10 dilectum filium Thuram Bonamiki de societate Bonaventure Bernardini et filiorum
Bonsignoris de Senis, mercatorem, nostre camere feceris assignari, nos pro cautela tua in
testimonium solutionis huiusmodi presentes litteras bulla nostra munitas tibi duximus
concedendas.

Dat. apud Castrumplebis XV. kal. Septembris pontificatus nostri anno quarto.

^a *Daneben am Rand:* apodissa.

¹ Bernardo da Languissel, vgl. Nr. 35 Anm. 2.

² Karl II. von Anjou, vgl. Nr. 310 Anm. 1.

³ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

⁴ Venedig hatte sich geweigert, Truppen zur Verfügung zu stellen und war deshalb von Bernard mit dem Interdikt belegt worden, vgl. Waley, *DBI*, 9, 273.

506 (86, LXXXIII)

Quittung für Bernardo Garnii und die übrigen Kaufleute der Handelsgesellschaft 'de Crusoli' aus Montpellier dafür, dass er aus dem vom damaligen päpstlichen Kaplan und jetzigen Erzbischof von Arles (Bertrand) in Dänemark und Schweden eingesammelten

Kreuzzugszehnten 300 Silbermark auf mündlichen Befehl des Kämmerers Berard an diesen ausgezahlt hat.

Città della Pieve, 1284 August 5.

Reg. Vat. 42, fol. 105v

Martinus^a etc. Dilecto filio Bernardo Garnii de Figiaco de societate Johannis, Guillelmi et Bertrandi de Cruxolis mercatorum Montispesulan. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum Terre Sancte subsidio concessarum per venerabilem fratrem nostrum B., archiepiscopum Arelaten.¹, tunc capellanum nostrum, in partibus Dacie et Suetie apostolica auctoritate collecta, quam tu societas seu socii tui habebatis in depositum seu quocumque alio modo commendatam, ad requisitionem et mandatum dilecti filii Berardi, camerarii nostri², factum tibi ex parte nostra oretenus mille trecentas marcas argenti de Gandano ad pondus Trecen. tue societatis et omnium sociorum tuorum nomine eidem camerario duxeris persolvendas, nos solutionem huiusmodi ratam habentes et gratam ac volentes super hoc tue et eorundem sociorum et societatis indemnitati paterna in posterum diligentia precavere, presentium tenore fatemur, de huiusmodi marcarum quantitate a te dicto camerario, ut premititur, persoluta, fore nobis, Romane ecclesie et Terre Sancte plenarie satisfactum decernentes, ut instrumenta seu quecumque littere vel obligationes, sub quacumque forma confecta exinde apparerent, quoad eandem quantitatem solutam per te prefato camerario de decimis supradictis sint cassa et vacua nec aliquis eorum pretextu te et societatem tuam necnon et socios ipsos tuos et heredes eorum ac successores in perpetuum impetere valeat aut etiam molestare, has quoque litteras nostras tibi in testimonium solutionis huiusmodi et ad tuam et eorundem sociorum et societatis cautelam duximus concedendas.

Dat. apud Castrum plebis non Augusti pontificatus nostri anno quarto.

^a *Daneben am Rand: apodissa.*

¹ Bertrand Amalric, Erzbischof von Arles 1282 -1286, vgl. Nr. 445 Anm. 2.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

507 (87, LXXXIII)

Quittung für den Luccheser Kaufmann und Mitglied der Handelsgesellschaft der Ricchiardi, Vanto Honesti, und die genannten Kaufleute, dafür, dass Vanto in ihrem Namen 560 Goldunzen aus dem Kreuzzugszehnten, die der Bischof (Peter) von Rieti im Regno eingesammelt und ihnen übergeben hatte, an den Kämmerer Berard ausgezahlt hat, nachdem die genannten Kaufleute wegen dieser noch ausstehenden Zahlung bereits exkommuniziert worden waren.

Città della Pieve, 1284 August 22.

Reg. Vat. 42, fol. 105v-106r

Martinus^a etc. Dilecto filio Vanto Honesti de societate Riczardorum civi et mercatori Lucan. salutem etc.

Olim dilecto filio . . . priori secularis ecclesie Sancti Stephani in Ponte Florentin. nostris sub certa forma dedimus litteris in mandatis, ut Bonacursum et Jacobum Cunachi, Lotterium

5 Gentilis, Nicolaum Guertii, Michaellem Gentilis et Galganum Maccaccioris, mercatores
Lucan., per se vel alium ex parte nostra citaret, quod infra certum terminum peremptorium
comparerent personaliter coram nobis de pecunia Terre Sancte concessa subsidio apud ipsos
vel societates eorum deposita nobis vel aliis, prout de beneplacito nostro procederet,
satisfactionem plenariam dicte Terre Sancte nomine impensuri. Cumque iidem mercatores
10 auctoritate huiusmodi litterarum citati comparere in nostra presentia contumaciter
contempsissent diutius expectati, nos nolentes ipsos de sua contumacia gloriari eos
decrevimus excommunicationis sententie subiacerere, venerabili fratri nostro . . episcopo
Lucan.¹ sub certa forma nostris litteris iniungentes, ut ipsos^b singulis diebus dominicis et
festivis per ecclesias civitatis et diocesis Lucan. excommunicatos pulsatis campanis et
15 candelis accensis publice nuntiaret.

Verum quia tu postmodum pro eisdem mercatoribus de predictis decimis, quas habebant,
offerens te satisfactionem plenariam impensurum quingentas et sexaginta uncias auri de
decima regni Sicilie apud eos per venerabilem fratrem nostrum . . episcopum Reatin.² deposita
dilecto filio Berardo³, camerario nostro, ipsorum nomine persoluisti, nos solutionem
20 huiusmodi ratam et gratam habentes de huiusmodi quantitate pecunie fatemur, nobis, Romane
ecclesie et Terre Sancte nomine integre satisfactum. Decernentes, ut instrumenta seu
quecumque littere vel obligationes, sub quacumque forma confecta exinde apparerent, quoad
eandem quantitatem solutam per te prefato camerario de decimis supradictis sint omnino cassa
et vacua, nec iidem mercatores ipsorumque socii et heredes possint inposterum quoad
25 huiusmodi quantitatem a te ipsorum nomine * persolutam impeti vel etiam molestari, has
quoque litteras bulla nostra munitas tibi in testimonium solutionis huiusmodi et ad tuam et
eorundem sociorum et societatis cautelam duximus concedendas.

Dat. apud Castrumplebis XI kal. Septembris pontificatus nostri anno quarto.

^a Daneben am Rand: apodissa. ^b danach mercatores gestrichen.

¹ Paganello da Porcari, Bischof von Lucca 1274 - 1300, vgl. Guidi, *Serie dei vescovi*, 82.

² Pietro da Ferentino, vgl. Nr. 447 Anm. 1.

³ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

508 (88, LXXXV)

Martin befiehlt seinem Kämmerer Berard dafür zu sorgen, dass die von zahlreichen Kaufleuten verwahrten Einnahmen aus dem Kreuzzugszehnten aus Portugal und Teilen Deutschlands den genannten Kaufleuten der Handelsgesellschaften 'Spiliati - Spine', 'Pulices - Rimbertyni', 'Ricchhiardi' und 'Bonaventure Bernardini' übergeben werden. Er erteilt ihm die Vollmacht, über die Auszahlungen Quittungen auszustellen.

Città della Pieve, 1284 August 21.

Reg. Vat. 42, fol. 106r

Martinus^a etc. Dilecto filio Berardo camerario nostro¹ salutem etc.

Sicut ex veridica relatione accepimus, collectores decimarum Terre Sancte in regno Portugalie² ac partibus Alamannie³ auctoritate apostolica collectarum magnam partem pecunie

dictarum decimarum apud quamplures et diversos mercatores tam in curia nostra quam extra
5 ipsam morantes nimis particulariter deposuerunt pro sue libito voluntatis.

De quorum mercatorum fidelitate licet non sit, ut dicitur, dubitandum, volentes tamen
predicte Terre negotio in hac parte cautius et utilius providere ac dictam pecuniam sic
particulariter depositam ad magis compendiosa redduci deposita, ut suo loco et tempore ad
opus dicte Terre Sancte huiusmodi deposita facilius et commodius rehaberi valeant,
10 presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus huiusmodi pecuniam decimarum ipsarum
apud eosdem mercatores quocumque nomine depositam seu eis alias etiam assignatam dilectis
filiis Dino Johannis et Feo Bonfantini de Thome Spiliati et Lapi Hugonis, Maynecto Raynaldi,
Francisco Rimbertyni et Ademaro Rote de Pulicum et Rimbertynorum Florentin., Lapro
Vulpelli et Vanto Honesti de Riccardorum Lucan. ac Thure Bonamiki et Bindo Clarici de
15 Bonaventure Bernardini Senen. societatibus mercatoribus vel aliis eorum sociis de
societatibus supradictis, de quorum facultatum sufficientia et fidelitate experta plenam
certitudinem obtinemus, nostro et ecclesie Romane et predicte Terre Sancte nomine in
depositum facias equis portionibus integre assignare eos, apud quos dicta pecunia reperitur, ad
id, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam vel alias, prout expedire videris, appellatione
20 postposita compellendo.

Nos enim de hiis, que mercatoribus predictarum societatum predicto nomine fuerint
assignata de decimis supradictis, faciendi nostro et earundem ecclesie Romane et Terre Sancte
nomine plenam refutationem et quitationem ydoneam, cassandi, quoque annullandi,
cancellandi et restituendi instrumenta, litteras et obligationes sub quacumque conditione seu
25 forma confecta, ita quod eorum pretextu hii, qui pecuniam ipsam solverint seu assignaverint,
nec eorum socii, societates, successores vel heredes eorum pro rata solutionis in perpetuum
impeti vel molestari valeant, plenam tibi concedimus facultatem.

Volumus autem, ut pro nostra, ecclesie Romane et predicte Terre Sancte cautela de singulis
assignationibus predictis ipsarum societatum mercatoribus, ut predicatur, faciendis, facias
30 confici publica instrumenta in archivis nostre camere conservanda.

Dat. apud Castrumplebis XII kal. Septembris pontificatus nostri anno quarto.

^a *Daneben am Rand:* de decimis.

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Portugal.

³ Deutschland.

509 (89, LXXXVI)

*Martin befiehlt dem Zehntkollektor in Schottland, Baiamundus de Vicia, unter Androhung
des Verlusts aller kirchlicher Pfründen bei Zuwiderhandlung, dafür zu sorgen, dass alle
Einkünfte aus dem in Schottland gesammelten Kreuzzugszehnten innerhalb von drei Monaten
nach Erhalt dieses Schreibens den genannten Kammerkaufleuten oder deren
Mitgesellschaftern übergeben werden.*

Città della Pieve, 1284 August 5.

Reg. Vat. 42, fol. 106r-v.

Martinus etc. Dilecto filio magistro Baiamundo de Vicia¹ canonico Asten. collectori decime in regno Scotie Terre Sancte subsidio deputate salutem etc.

De fidelitate probata et facultatum sufficientia dilectorum filiorum Medici Aliocti, Azolini et Symonis Gerardi de Thomasii Spiliati et Lapi Hugonis, Bonincontri Jacobi, Abrachini
5 Gherardi et Rodulfi Bonaguide de Rimbertainorum et Pulicum Florentin., Bartholomei Marchi et Jacobi Bramanzonis de Bonaventure Bernardini Senen. ac Johannis Symonecti, Raynerii Machiani, Orlandini de Podio, Raynerii Guiditionis et Burnetti Baronarii de Riccardorum Lucan. societatibus mercatorum plenarie confidentes volumus et sub pena privationis omnium beneficiorum tuorum ecclesiasticorum, quam eo ipso te incurrere volumus, si mandatum
10 nostrum in hac parte neglexeris adimplere,² ac in virtute obedientie per apostolica tibi scripta districte precipiendo mandamus, quatinus eisdem mercatoribus vel aliquibus ex eis seu aliis ex predictis societatibus, uni vel pluribus, presentes litteras deferentibus totam decimam regni Scotie collectam per te vel alios de mandato tuo et etiam colligendam apud quascumque personas ecclesiasticas vel etiam seculares vel loca tam in eodem regno quam extra depositam
15 seu quocumque alio modo vel nomine commendatam vel aliquibus mutuatam infra tres menses post representationem presentium sublato cuiuslibet diffiultatis obstaculo nostro, ecclesie Romane ac Terre Sancte nomine, videlicet cuilibet societati predictorum mercatorum pro quarta parte assignes et facias assignari; non obstantibus quocumque mandato apostolico contrario per nostras litteras tibi facto de dictis decimis vel earum parte mercatoribus societatum Circulorum et Frescobaldorum,. quondam Rolfi Backarelli et Nutii Abbatis vel
20 aliis mercatoribus assignandis, a quibus infra unum mensem in eodem regno Scotie post requisitionem tuam volumus totum, quod ex dictis decimis recepunt, restitui et assignari societatum mercatoribus predictarum, ad quod tam mercatores ipsos quam alios quoscumque per excommunicationem vel alias, prout expedire videris, auctoritate nostra compellas
25 invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, seu quibuscumque litteris apostolicis, cuiuscumque tenoris existant, seu quibuscumque processibus habitis per easdem, per quas posset effectus presentium impediri quomodolibet vel differri.

Volumus autem, ut de qualibet assignatione decimarum ipsarum, prout per te facta fuerit, confici facias duo similia publica instrumenta, quorum alterum penes te retinens * reliquum
30 nobis mittere non postponas significaturus nobis nichilominus per tuas litteras, quid, quantum et quando mercatoribus ipsis assignari contigerit de decimis supradictis.

Ceterum, ut diligenter advertas, quam graviter nostram indignationem incurreres, si in huiusmodi mandati nostri executione negligens fueris vel remissus, dilectis filiis magistris Giffredo³ Cameracen. camere nostre clerico in Anglia commoranti et Johanni de Luco
35 Londonien. ecclesiarum canonicis nostris damus litteris in mandatis, ut, si tu infra predictum tempus mandatum ipsum neglexeris adimplere, ipsi vel eorum alter extunc per se vel per alium seu alios te ex parte nostra peremptorie citare procurent, ut infra duos menses dictos tres immediate sequentes sic privatus dictis beneficiis tuis compareas personaliter coram nobis facturus et recepturus, quod tibi duxerimus iniungendum, et nichilominus in premissis
40 mandatum apostolicum efficaciter exequantur faciendo dictas decimas iuxta premissam formam earundem societatum mercatoribus assignari contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Dat. apud Castrumplebis non. Augusti pontificatus nostri anno quarto.

¹ Baiamundus de Vicia, vgl. Nr. 420.

² Schon am 1283 Juli 21 war Baiamundo wegen ausbleibenden Zahlungen aus dem Zehnten zur Kurie zitiert worden, vgl. *Les Registres Martin IV.*, Nr. 390. Ursache hierfür war wohl der Widerstand des schottischen Königs gegen die Überweisung des Zehnten, vgl. Ferguson, *Medieval papal representatives*, 142.

³ Giffrid von Vezano, vgl. zu ihm Nr. 43 Anm. 3.

510 (LXXXVII, 90)

Martin befiehlt dem Kammerkleriker und Kanoniker in Cambrai, Giffred, und dem Kanoniker in London, Johannes de Luco, den Zehntkollektor (Baiamundus), sollte er der päpstlichen Aufforderung nicht nachkommen, peremptorisch zur Kurie zu zitieren, um sich zu verantworten. Sie sollen dann selbst dafür sorgen, dass die Einkünfte aus dem (in Schottland gesammelten) Zehnten den Kammerkaufleuten übergeben werden.

Città della Pieve, 1284 August 6.

Reg. Vat. 42, fol. 106v.

Martinus etc. Dilectis filiis magistris Giffredo¹ camere nostro clerico Cameracen. in Anglia commoranti et Johanni de Luco Londonien. ecclesiarum canonicis salutem etc.

De fidelitate probata etc. verbis competenter mutatis usque^a

5 Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si dictus collector infra dictum tempus mandatum nostrum in hac parte neglexerit adimplere², vos vel alter vestrum extunc per vos vel alium seu alios ipsum collectorem ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra duos menses dictos tres immediate sequentes sic privatus dictis beneficiis suis compareat personaliter coram nobis facturus et recepturus, quod sibi duxerimus iniungendum, et nichilominus in premissis mandatum apostolicum efficaciter exequi studeatis
10 faciendo dictas decimas iuxta premissam^b earundem societatum mercatoribus assignari contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali³ seu aliquibus per litteras sedis apostolice est indultum, quod interdicti, excommunicari nequeant vel suspendi.

15 Diem vero citationis et formam et quicquid super premissis duxeritis faciendum per vestras patentem^c litteras harum seriem continentes studeatis nobis fideliter intimare.

Dat apud Castrumplebis VIII. Id(ib)us Augusti pontificatus nostri anno quarto.

^a Hier wohl assignari (Nr. 509 Z. 18) zu ergänzen.
ergänzen.

^b Nach dem vorhergehenden Brief wäre hier formam zu

^c Davor litteras gestrichen.

¹ Giffrid von Vezano, vgl. zu ihm Nr. 43 Anm. 3.

² Siehe Anm. 2 vom vorhergehenden Brief.

³ *Constitutio de duabus dietis*, c. 37 Conc. Lat. IV = X 1, 3, 28

511 (LXXXVIII, 91)

Martin befiehlt denselben [Giffrid und Johannes de Luco], dafür zu sorgen, dass alle Einkünfte aus dem (in Schottland gesammelten) Kreuzzugszehnten, die Kaufleute, die sich in

England aufhalten, in Verwahrung haben, den genannten Kammerkaufleuten oder deren Mitgesellschaftern übergeben werden.

(Città della Pieve, 1284 August 6).

Reg. Vat. 42, fol. 106v – 107r.

Martinus etc. Eisdem. De fidelitate probata et facultatum sufficientia mercatorum de Thomasia Spiliati et Lapi Hugonis ac Rimbertainorum et Pulicum Florentin., Bonaventure Bernardini de Senis et Riccardorum de Luca societatibus plenarie confidentes dilecto filio magistro Baiamundo de Vicia¹ canonico Asten. collectori decime in regno Scotie Terre Sancte subsidio deputate nostris sub certa forma damus litteris in mandatis, ut totam decimam predicti regni collectam per eum vel alios auctoritate apostolica et etiam colligendam mercatoribus earundem societatum nostra litteras deferentibus nostro, ecclesie Romane et Terre Sancte nomine in depositum, videlicet cuilibet ipsarum societatum pro quarta parte, assignet et faciat assignari.

Verum quia, sicut accepimus, nonnulli mercatores in regno Anglie commorantes certas quantitates in depositum habere dicuntur de decima supradicta, nos intendentes, ut predictarum societatum mercatores ex predictis nostris litteris plenum et optatum commodum assequantur, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si vos vel alter vestrum huiusmodi decimam apud quoscumque mercatores per dictum regnum Anglie existentes depositam vel quocumque alio nomine commendatam poteritis per vos vel per alium seu alios reperire, dilectis filiis Medico Aliotti, Atzolino Salvi et Symoni Gerardi de Thomasia Spiliati et Lapi Hugonis et Duraczo Uberti, Rodulfo Scolaris, Benincontro Jacobi, Ridolfo Bonaguide et Abracino Gerardi de Pulicum et Rimbertainorum, Barthomeo Marchi et Jacobo Bramanzonis de Bonaventure Bernardini ac Johanni Symonecti, Raynerio Machiani, Orlandino de Podio, Raynerio Guiditionis, Burnecto Baroncini et Abbati Talgardi de Riccardorum predictorum mercatorum societatibus vel aliquibus ex eis, uni vel pluribus, presentes litteras deferentibus faciatis cuilibet ipsarum societatum pro quarta parte, ut premittitur, per vos vel per alium seu alios nostro et earundem ecclesie ac Terre Sancte nomine in depositum assignari depositarios ipsius decime ad id per censuram ecclesiasticam et alias, prout expedire videritis, appellatione postposita compellendo invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis non obstantibus, si dictis mercatoribus depositariis vel sociis eorum de mandato nostro dicta decima vel eius pars fuit predicto nomine assignata, seu quibuscumque litteris vel indulgentiis apostolicis impetratis, de quibus quarumque tenoribus oporteat in presentibus fieri mentionem vel per quas posset earum effectus impediri quomodolibet vel differri, seu constitutione de duabus dietis edita in concilio generali.²

Volumus enim, quod de singulis assignationibus decime supradicte faciatis confici duo similia publica instrumenta continentia quid, quantum, quibus, quando et coram quibus predictam decimam duxeritis assignandam. Quorum quidem instrumentorum unum penes vos retineatis et reliquum per fidelem nuntium nobis mittatis rescripturi nichilominus nobis per vestras litteras, quicquid in premissis duxeritis faciendum.

Ceterum faciendi nostro, Romane ecclesie et Terre Sancte nomine refutationem et quitationem ydoneam illis, a quibus earundem societatum mercatoribus predicta decima fuerit assignata, necnon compellendi per vos vel per alium seu alios per censuram eandem^a et alias, prout expedire putabitis, quascumque personas ad exhibendum vobis instrumenta, litteras et quelibet alia documenta super assignatione decime * predicte confecta, que noscuntur esse deposita penes eas, plenam vobis concedimus tenore presentium potestatem.

Dat. ut supra.

^a *Zu erwarten wäre ecclesiasticam.*

¹ Baiamundus de Vitia, vgl. Nr. 420.

² *Constitutio de duabus dietis*, c. 37 Conc. Lat. IV = X 1, 3, 28

512 (LXXXVIII, 92)

Martin befiehlt dem päpstlichen Legaten, dem Kardinalpriester von S. Cäcilia J(ean Cholet), dafür zu sorgen, dass alle Einkünfte aus dem (in Schottland gesammelten) Kreuzzugszehnten, die Kaufleute, die sich in Frankreich aufhalten, in Verwahrung haben, den genannten Kammerkaufleuten oder deren Mitgesellschaftern übergeben werden.

(Città della Pieve, 1284 August 6).

Reg. Vat. 42, fol. 107r. – Die abgekürzten Teile sind nach Nr. 511 zu ergänzen.

Martinus etc. Dilecto filio I. tituli Sancte Cecilie¹ presbytero cardinali apostolice sedis legato salutem etc.

De fidelitate probata et facultatum sufficientia etc. ut in proxima usque assignari.

5 Verum quia, sicut accepimus, nonnulli mercatores in regno Francie commorantes certas
quantitates etc. usque mandamus, quatinus huiusmodi decimam apud quoscumque mercatores
per dictum regnum Francie existentes depositam vel quocumque alio nomine commendatam
poteris per te vel alium seu alios reperire, dilectis filiis Lapo Johannis, Ductio Iuncte, Bonino
Raynerii et Misgiocto Johannis de Thomasii Spiliati et Lapi Hugonis et Aringo Fentii, Canti
Gerardi, Gutio Ricevuti et Rodulpho Bonaguide de Rimbertainorum et Pulicum Florentin.,
10 Andree Christofori, Rainaldo Mancellati, Currado Beringnonis, Bartholomeo Bramanzonis,
Frederico Doni et Cristoforo Bonsignoris de Bonaventure Bernardini et Riczardino Gottori,
Barohecte del Barcha, Conti Guiditionis et Lotto Aldibrandini de Riczardorum Lucan.
predictorum mercatorum societatibus vel aliis eorundem sociis, uni vel pluribus, presentes
litteras deferentibus facias cuilibet ipsarum societatum pro quarta parte, ut premittitur, etc.
15 usque in finem.

Dat. ut supra.

¹ Jean Cholet, seit 1281 Kardinalpriester von S. Cäcilia, gest. 1292, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 10.

513 (93, XC)

Martin erlaubt den genannten Kaufleuten und ihren Gesellschaften, nachdem sie Karl I. von Anjou 12200 Goldunzen geliehen haben, 11437 Mark und 6 Soldi neuer Sterling aus dem in Schottland gesammelten Zehnten, sobald er in ihre Hände gelangt, zu entnehmen. Zu ihrer Sicherheit soll ihnen der päpstliche Kämmerer Berard die Einkünfte aus den in Portugal und Deutschland gesammelten Zehnten verpfänden.

Città della Pieve, 1284 August 17.

Reg. Vat. 42, fol. 107r

Martinus^a etc. Dilectis filiis Thome Spiliati, Lapo Hugonis, Dino Johannis, Varino Jacobi, Lippo Hugonis et Rucho Cambii de ipsorum^b Thome et Lapi Umberto et Guelfo, Raynaldi, Francisco et Franchieto Rimbertini^c, Symoni et Ademaro Rote ac Maynetto Rainaldi de Rimbertinorum et Pulicum Florentin., Riccardo Rossimpelli, Paganucio Guidationis, Johanni Symonetti, Raynerio Bandini, Labro Volpelli, Vanto Honesti et Dimarano Aluca de Riccardorum Lucan. et Bonaventure et Bernardini, Rainerio Jacobi, Pangio Giliotti, Rainutio Balzi, Facio Berringnonis, Ture Bonamiki et Brado Clarici de ipsius Bonaventure Senen. societatibus camere nostre mercatoribus et aliis eorum sociis salutem etc.

Cum de pecunia decimarum in regno Sotie^c ¹ ac quibusdam aliis partibus auctoritate apostolica collectarum usque ad quantitatem quindecim milium sexcentarum unciarum auri carissimo in Christo filio nostro C., regi Sicilie illustri², pro defensione ac custodia regni Sicilie sub certa forma a vobis nomine vestro mandaverimus mutuari vosque receptis tribus milibus quadringentis unciis auri de decimis supradictis decimis eiusdem regni Scotie dumtaxat exceptis, cum de ipsis Scotie decimis, quas communiter vobis sub certa forma per apostolicas litteras assignari mandavimus, nondum aliquod ad manus vestras potuerit pervenisse pro complendo huiusmodi mutuo, de vestra pecunia de spetiali nostra conscientia et mandato duodecim milia et ducentas uncias auri dilectis filiis magistro Goberto de Sancto Quintino, clerico et nobili viro Oddoni de Pelatin³, dictis regis procuratoribus, duxeritis mutuanda, nos ex hoc devotionis vestre promptitudinem merito commendantes ac volentes vestris indempnitatibus precavere, presentium vobis auctoritate concedimus, ut undecim milia quadringentas triginta septem marchas et sex solidos sterlingorum novorum pro recompensatione predictarum duodecim milium ducentarum unciarum auri solutarum a vobis, cum eadem decima Scotie ad manus vestras pervenerit, videlicet cuilibet^d societatum vestrarum pro quarta parte, liceat retinere. Interim autem volumus pro securitate vestra, quod exnunc apud vos decime Alamannie et Portugalie⁴ per dilectum filium Berardum, camerarium nostrum⁵, ubicumque tam in Romana Curia quam extra ipsam apud quascumque personas poterant reperiri, vobis predicto nomine integraliter in depositum assignentur, de quibus, si aliquo casu contigerit, dictam decimam Scotie apud vos iuxta formam mandati nostri, ut premittitur, non deponi, extunc retinendi tantumdem, sicut supra de predicta decima Scotie exprimitur, pro recompensatione quantitatis solute a vobis de vestra pecunia in mutuo supradicto plenam vobis tribuimus facultatem, decernentes, ut tam de predictis tribus milibus quadringentis quam prefatis duodecim milibus ducentis unciis auri in dicto mutuo facto a vobis nostro nomine vos et socii vestri non teneamini ullis temporibus aliam reddere

rationem; non obstante, quod in contractu mutui non continetur, quod predictae quantitates fuerint de pecunia decimarum. In premissorum autem testimonium has nostras litteras bulla nostra munitas ad vestram et sociorum cautelam vobis duximus concedendas.

Dat. apud Castrumplebis XVI. kal. Septembris pontificatus nostri anno quarto.

^a Daneben: de mutuo. ^b Daneben am Rand: de mutuo facto apud Castrum Plebis. ^c Verschrieben für Scotie ^d Über der Zeile nachgetragen. ^e Über der Zeile nachgetragen.

514 (94, XCI)

Martin ernennt Friedrich, den Elekten von Ivrea, zum Rektor in temporalibus et spiritualibus für die Provinz Campagna und Marittima und stattet ihn mit den entsprechenden Vollmachten aus.

Città della Pieve, 1284 August 23.

Reg. Vat. 42, fol. 107r-107v
Pásztor, Amministrazione, 185

¹ Schottland.

² Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

³ Nicht identifiziert.

⁴ Deutschland und Portugal.

⁵ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

Martinus etc. Dilecto filio Frederico electo Yporien.¹ Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

Inter alias provincias^a nobis et ecclesie Romane devotas Campanie Maritimeque² partes in ipsius ecclesie gremio constitutas eo benignius paternis oculis intuemur, quo specialius in illis
5 - velud eiusdem ecclesie orto efferenti - fructus dulcedinis delectamur. Cupientes itaque, quod in eisdem partibus pacis opulentia et cultus iustitie conserventur, te^b, de cuius fidelitate ac experta bonitate confidimus, nostre mentis aciem convertentes generalem rectorem in eisdem Campania et Maritima ordinamus, statuimus et etiam deputamus tibi in illis plene rectoris provincie officium in spiritualibus et temporalibus committentes petendi nichilominus et
10 recipiendi nostro et ipsius ecclesie nomine universa bona et iura, que in eisdem partibus ad nos et^c ecclesiam ipsam^d spectant queve nobis et ecclesie predictae debentur, et ea defendendi ac etiam conservandi, disponendi, quoque ordinandi, statuendi, precipiendi, penas imponendi et impositas exigendi, mandandi ac super faciendi exequendi et omnia et singula in predictis partibus, que ad nostra et ipsius ecclesie ius et dominium ac iurisdictionem spiritualiter et
15 temporaliter pertinent et que prospero statui partium * earundem cognoveris expedire, contradictores etiam et rebelles spirituali et temporalis distictione, qua convenit, compellendi concessa tibi expresse tenore presentium plenaria potestate.

Ideoque discretionis tue per apostolica scripta mandamus, quatinus rectoriam ipsam devote suscipiens sic illam laudabiliter gerere studeas, quod exinde possis merito commendari ac
20 nostre et dicte sedis gratiam de bono in melius promereri.

Nos enim processus, sententias sive penas, quas spiritualiter et temporaliter rite tuleris vel inflixeris in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter observari; non obstantibus aliquibus privilegiis

25 vel indulgentiis aut litteris apostolicis quibuscumque personis, communitatibus, universitatibus et locis religiosis, ecclesiasticis aut secularibus ab eadem sede concessis, per que tue in hac parte iurisdictionis executio posset quomodolibet impediri et de quibus fieri debeat in nostris litteris de verbo ad verbum mentio specialis.

Dat. apud Castrumplebis X. kal. Septembris pontificatus nostri anno quarto.

^a Daneben am Rand: de commisione Campanie.
ad gestrichen.

^b Davor ad zu ergänzen.

^c Davor et

^d Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

¹ Friedrich von Ivrea, siehe Nr. 201 Anm. 2. - Er blieb während des restlichen Pontifikats Martins IV. im Amt, vgl. Pásztor, *Amministrazione*, 185.

² Über die Provinz Campagna Marittima vgl. Waley, *Papal State*, 91 f.

515 (95, XCII)

Martin verkündet den weltlichen Machthabern in der Campagna und Marittima die Ernennung des Elekten Friedrich von Ivrea zum Rektor und fordert sie auf, diesem den geschuldeten Gehorsam zu leisten.

(Città della Pieve, 1284 August 23).

Reg. Vat. 42, fol. 107v

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilectis filiis nobilibus, potestatibus seu rectoribus communitatibus^a et universitatibus ceterisque personis secularibus civitatum, castrorum et aliorum locorum per Campaniam et Maritimam constitutis salutem etc.

Inter alias provincias etc. verbis competenter mutatis usque potestate.

5 Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsum, immo potius nos in ipso, benigne recipientes et honorifice pertractantes eidem, tamquam Campanie et Maritimeque rectori, plene in omnibus intendere ac obedire curetis, ita quod exinde commendari merito valeatis.

10 Alioquin sententias sive penas, quas spiritualiter vel temporaliter rite tulerit aut inflixerit in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari; non obstantibus aliquibus privilegiis vel indulgentiis aut litteris apostolicis quibuscumque personis, communitatibus, universitatibus et locis ab eadem sede concessis, per que sue in hac parte iurisdictionis executio possit quomodolibet impediri et de quibus fieri debeat in nostris litteris de verbo ad verbum mentio specialis.

15 Dat. ut supra.

^a Über der Zeile nachgetragen.

516 (96, XCIII)

Martin verkündet den geistlichen Würdenträgern in der Campagna und Maritima die Ernennung des Elekten Friedrich von Ivrea zum Rektor und fordert sie auf, diesem den geschuldeten Gehorsam zu leisten.

(Città della Pieve, 1284 August 23).

Reg. Vat. 42, fol. 107v

Siehe Nr. 514.

Martinus etc. Venerabilibus fratribus universis episcopis et dilectis filiis abbatibus, prioribus et conventibus Cisterciensium et aliorum ordinum ac decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbiteris, capitulis et aliis ecclesiarum prelatis seu rectoribus ceterisque personis ecclesiasticis exemptis et non exemptis ac hospitalis Jerosolimitan., Militie Templi magistris
5 et preceptoribus necnon prioribus et guardianis et fratribus Predicatorum et Minorum per Campaniam et Maritimam constitutis salutem etc.

Inter alias provincias etc. usque potestate.

Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem rectori in hiis, que ad ipsius rectorie spectant officium, devote intendere ac efficaciter obedire curetis, ita
10 quod devotionem vestram exinde commendare merito valeamus.

Alioquin etc. usque observari; non obstantibus indulgentiis vel privilegiis apostolicis, cuiuscumque tenoris existat^a, per que mandati nostri executio posset quomodolibet^b impediri et de quibus plenam et expressam seu de verbo ad verbum fieri oporteat in nostris litteris mentionem.

15 Dat. ut supra.^b

^a Für existant.

^{a-a} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

517 (XCV)

Quittung für Bonfilio Manfredutti und Guiducto Cazamimici aus der Luccheser Sozietät der 'Bettorum' über den Betrag von 3162 Mark und 19 Denare Sterling, die sie auf Befehl des Kämmerers Berard aus dem in England und Irland gesammelten Kreuzzugszehnten den genannten Kaufleuten der Handelsgesellschaften 'Spiliati-Spine', 'Pulices-Rimbertini', 'Ricchardi' und 'Bonsignori' übergeben haben.

Città della Pieve, 1284 August 29.

Reg. Vat. 42, fol. 107v

Martinus etc. Dilectis filiis Bonfilio Manfredutti et Guiducto Cazamimici de societate Bettorum civibus et mercatoribus Lucan. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte collecta auctoritate apostolica in regno Anglie ac Ibernia,¹ quam vos societas seu socii vestri in depositum seu

5 quocumque alio modo habere noscebamini commendatam, dilectis filiis Dino Johannis de
 Thome Spiliati et Lapi Hugonis ac Maynecto Rainaldi de Pulicum et Rimbertainorum
 Florentin., Vanto Honesti de Riczardorum Lucan. et Thure Bonamiki de Bonaventure
 Bernardini et filiorum Rollandi Bonsignoris Senen. societatibus, mercatoribus recipientibus
 10 nostro et Romane ecclesie et Terre Sancte nomine, ad mandatum dilecti filii Berardi,
 camerarii nostri², auctoritate litterarum nostrarum ei super hoc spetialiter directarum et de
 spetiali nostra conniventia vobis factum, tria milia centum sexaginta duas marcas et decem et
 novem denarios sterlingorum vestro, Bartholomei Bonacursi et Jacobi Bettori, Cachiamimici
 Overardi, Ubaldi Malaghalie et Guillelmi Fartinelli, Colini Teste ac omnium sociorum
 15 vestrorum et societatis vestre nomine duxeritis persolvenda^a, nos solutionem huiusmodi ratam
 et gratam habentes ac volentes super hoc vestre societatis et sociorum ipsorum
 indempnitatibus precavere, presentium tenore fatemur de huiusmodi quantitate pecunie per
 vos vestro et eorundem sociorum et societatis vestre nomine persoluta fore nobis, Romane
 ecclesie ac Terre Sancte plenarie satisfactum. Decernimus^b etiam, ut instrumenta seu
 quecumque littere et obligationes sub quavis forma verborum super huiusmodi pecunie
 20 decimarum confecta sint omnino cassa et vacua quoad huiusmodi quantitatem pecunie per
 vos, ut premittitur, persolutam mercatoribus supradictis. Nec aliquis pretextu eorundem
 instrumentorum vel litterarum et obligationum vos ac societatem eandem et socios ipsos ac
 vestros et heredes eorum et successores imposterum impetere valeat aut^c molestare, has
 quoque litteras bulla nostra munitas in testimonium solutionis huiusmodi vobis ad vestram et
 25 eorundem sociorum vestrorum et societatis cautelam duximus concedendas.

Dat. apud Castrumplebis III. kal. Septembris pontificatus nostri anno quarto.

^a Daneben am Rand: Registretur. nachgetragen, ac etiam gestrichen.

^b 'us' über der Zeile nachgetragen.

^c Über der Zeile

¹ England und Irland.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

518 (97, XCVI)

Quittung für Odoni Gaytano aus Pisa und Sissum Fassoli und Bianchum Guiandoni aus Florenz dafür, dass Odo in deren Namen 453 Pfund und zwei Soldi Turonen aus dem Kreuzzugszehnten, die der Kollektor Benenatum in den Königreichen Aragon und Navarra gesammelt und ihnen übergeben hatte, an den Kämmerer Berard ausgezahlt hat, nachdem Sissus und Bianchus wegen dieser noch ausstehenden Zahlung bereits exkommuniziert worden waren.

(Città della Pieve, 1284 August 29).

Reg. Vat. 42, fol. 107v-108r

Martinus etc. Dilecto filio Odoni Gaytano civi Pisan. salutem etc.

Olim dilecto filio . . ., priori secularis ecclesie Sancti Stephani in Ponte Florentin. nostris sub certa forma dedimus litteris in mandatis, ut Sissum Fassoli et Bianchum Guiandoni, cives et mercatores Florentin., per se vel alium ex parte nostra citaret, quod infra certum terminum
 5 peremptorium compareant personaliter coram nobis de pecunia decimarum concessarum

subsidio Terre Sancte apud ipsos vel socios suos seu societatem eorum deposita nobis vel aliis, prout de beneplacito nostro procederet, satisfactionem plenariam dicte Terre Sancte nomine impensuri. Cumque iidem mercatores auctoritate huiusmodi litterarum citati comparere in nostra presentia contempsissent diutius * expectati, nos nolentes ipsos de sua
10 contumacia gloriari eos decrevimus excommunicationis sententie subiacere predicto priori sub certa forma nostris litteris iniungentes, ut ipsos excommunicatos singulis diebus dominicis et festivis per ecclesias civitatis et diocesis Florentin. pulsatis campanis et candelis accensis publice nuntiaret.

Verum quia tu postmodum pro eisdem mercatoribus de predictis decimis, quas habebant,
15 offerens te satisfactionem plenariam impensurum quadringentas quinquaginta tres libras et duas solidos Turonen. parvorum in grossis Turonen. argenti de decima regnorum Aragonie et Navarre apud eos per quondam magistrum Benenatum, canonicum Narbonnen., tunc collectorem a sede apostolica deputatum, deposita dilecto filio Berardo, camerario nostro¹, ipsorum nomine persolvisti, nos solutionem huiusmodi ratam et gratam habentes de
20 huiusmodi quantitate pecunie fatemur nobis, Romane ecclesie et Terre Sancte fore integre satisfactum.

Decernimus etiam, ut instrumenta seu littere quecumque vel obligationes, sub quacumque forma confecta exinde apparerent, quoad eandem quantitatem solutam per te ipsorum nomine prefato camerario de decima supradicta sint omnino cassa et vacua. Nec iidem mercatores
25 ipsorumque socii et heredes possint inposterum impeti vel etiam molestari^a, has quoque litteras bulla nostra munitas tibi in testimonium solutionis huiusmodi et^b ad tuam et eorundem mercatorum cautelam duximus concedendas.

Dat ut supra.

^a Daneben ein Loch. ^b Über der Zeile nachgetragen.

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

519 (98, XCVII)

Quittung für die genannten Kaufleute aus der Florentiner Handelsgesellschaft der 'Bardi' über den Betrag von 678 Mark, 5 Soldi und 10 Denare Sterling aus dem in England gesammelten Kreuzzugszehnten, die in ihrem Namen der Florentiner Kaufmann Maynetto Raynaldi an die Kammer übergeben hat.

(Città della Pieve, 1284 August 29).

Reg. Vat. 42, fol. 108r

Martinus^a etc. Dilectis filiis Gualterotto Lapo Cino et Bartholo Jacobi, Richi Bardi, Richo Salvaterre, Bonisigne Angiolini, Michaeli Bonasere, Bartholo Jacoppi, Lapo Stoldi et Lapo Compagni de societate Bardorum eorumque sociis civibus et mercatoribus Florentin. salutem etc.

5 Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte collecta auctoritate apostolica in regno Anglie, quam vos, societas seu socii vestri in depositum seu quocumque alio modo habere noscebamini commendatam, dilectis filiis Dino Johannis de Thome Spiliati et Lapi Hugonis ac Maynecto Raynaldi de Pulicum et Rimbertainorum Florentin., Vanto

10 Honeste de Riczardorum Lucan. et Thure Bonamiki de Bonaventure Bernardini et filiorum
Rollandi Bonsignoris Senen. societatibus, mercatoribus recipientibus nostro, Romane ecclesie
et Terre Sancte nomine, ad mandatum dilecti filii Berardi, camerarii nostri¹, auctoritate
litterarum nostrarum ei super hoc specialiter directarum et de speciali nostra conniventia vobis
factum, sexcentas septuaginta octo marcas, quinque soldos et decem denarios sterlingorum per
15 manus eiusdem Maynecti vestro ac omnium sociorum vestrorum et societatis vestre nomine
duxeritis persolvendos, nos solutionem huiusmodi ratam et gratam habentes ac volentes super
hoc vestre societatis et sociorum ipsorum indemnitatibus precavere, presentium tenore
fatemur, de huiusmodi quantitate pecunie per eundem Maynectum vestro et eorundem
sociorum et societatis vestre nomine persoluta fore nobis, Romane ecclesie ac Terre Sancte
plenary satisfactum.

20 Decernimus etiam, ut instrumenta seu quecumque littere et obligationes sub quavis forma
verborum super huiusmodi pecunia decimarum confecta sint omnino cassa et vacua quoad
huiusmodi quantitatem pecunie vestro nomine, ut premititur, persolutam mercatoribus
supradictis. Nec aliquis etc. ut supra in secunda littera proximo scripta.

Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand: apodissa.

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

520 (99, XCVIII)

*Quittung für Alfano Johannis und die übrigen Kaufleute aus der Florentiner
Handelsgesellschaft der 'Alfani' über den Betrag von 1986 Unzen und 4 Florenen Gold aus
dem von G(erhard), dem jetzigen Bischof von Caiazzo, in Ungarn, Slawonien und Polen
gesammelten Kreuzzugszehnten.*

Città della Pieve, 1284 August 5.

Reg. Vat. 42, fol. 108r

Martinus^a etc. Dilecto filio Alfano Johannis de societate Alfanorum civium et mercatorum
Florentinorum salutem etc.

5 Cum de pecunia decimarum Terre Sancte subsidio concessarum per venerabilem fratrem
nostrum G., episcopum Caiacen.,¹ tunc subdiaconum et scriptorem nostrum, in regno Ungarie
ac Sclavonie et Polonie partibus apostolica auctoritate collecta, quam in diversis monetis tu,
societas seu socii tui habebatis in depositum seu quocumque nomine commendatam, ad
requisitionem et mandatum dilecti filii Berardi, camerarii nostri², factum tibi ex parte nostra
oretenus mille nongentas octuaginta sex uncias et quatuor Floren. auri tuo, Aldebrandini
Brunetti, Jacobini Verimilii et Foresii de Alfani tue societatis et omnium sociorum tuorum
10 nomine eidem camerario duxeris persolvendas, nos solutionem huiusmodi ratam habentes et
gratam ac volentes super hoc tue ac eorundem sociorum et societatis indemnitati paterna
inposterum diligentia precavere presentium tenore fatemur de huiusmodi quantitate pecunie a
te dicto camerario, ut premititur, persoluta fore nobis, Romane ecclesie ac Terre Sancte
plenary satisfactum, decernentes, ut instrumenta seu quecumque littere vel obligationes sub

15 quacumque forma confecta exinde apparent, quoad eandem quantitatem solutam per te
prefato camerario de decimis supradictis sint cassa et vacua. Nec aliquis eorum pretextu te et
societatem tuam necnon et socios ipsos tuos et heredes eorum ac successores imperpetuum
impetere valeat aut etiam molestare, has quoque litteras bulla nostra munitas tibi in
20 testimonium solutionis huiusmodi et ad tuam et eorundem sociorum et societatis cautelam
duximus concedendas.

Dat. apud Castrumplebis non. Augusti pontificatus nostri anno quarto.

^a Daneben am Rand: apodissa.

¹ Gerard von Modena; Er war von 1275 - 1286 Zehntkollektor in den genannten Gebieten, vgl. Gottlob, *Kreuzzugssteuern*, 108 f., 1283 Elekt, 1284 Bischof von Caiazzo (Prov. Caserta), 1255 - 1265 als päpstlicher Schreiber belegt, vgl. Nüske, *Untersuchungen*, Nr. 85.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

521 (100, XCIX)

Quittung für Cambino Forensi und die übrigen Kaufleute aus der Florentiner Handelsgesellschaft der 'Falconeri' über den Betrag von 1840 Mark, 5 Soldi und 4 Denare Sterling aus dem in England gesammelten Kreuzzugszehnten, die Cambino den genannten Kaufleuten der Handelsgesellschaften der 'Spiliati - Spine', 'Pulices - Rimbertyni', 'Riccardi' und 'Bonsignori' übergeben hat.

Città della Pieve, 1284 September 2.

Reg. Vat. 42, fol. 108r-108v

Martinus^a etc. Dilecto filio Cambino Forensis de societate Falconeriorum civi et mercatori Florentin. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte collecta auctoritate apostolica in regno Anglie¹, quam tu societas seu socii tui in depositum seu quocumque alio
5 modo habere noscebamini commendatam, dilectis filiis Dino Johannis de Thome Spiliati et
Lapi Hugonis ac Maynecto Raynaldi de Pulicum et Rimbertynorum Florentin., Vanto Honesti de Riccardorum Lucan. et Thure Bonamiki de Bonaventure Bernardini et filliorum Rollandi Bonsignoris Senen., societatibus mercatoribus, nostro, Romane ecclesie et Terre Sancte nomine ad mandatum dilecti filii Berardi, camerarii nostri², auctoritate litterarum * nostrarum
10 ei super hoc specialiter directarum et de speciali nostra conniventia tibi factum, mille octingentas quadraginta marcas, quinque soldos et quatuor denarios sterlingorum tuo, Fulchi de Falconeriis, Davanzati^b Baldoini, Lapi Davanzati^b, Ugolini Zampe, Clari Jacobi, Clarissimi Falchi de Falconeriis et omnium sociorum ipsorum et societatis tue nomine duxeris persolvendos, nos solutionem huiusmodi ratam et gratam habentes ac volentes super hoc tue societatis et sociorum ipsorum indemnitatibus precavere, presentium tenore fatemur, de huiusmodi quantitate pecunie per te tuo et eorundem sociorum et societatis tue nomine persoluta fore nobis, Romane ecclesie ac Terre Sancte plenarie satisfactum.

Decernimus etiam, ut instrumenta seu quecumque littere et obligationes sub quavis forma verborum super huiusmodi pecunia decimarum confecta sint omnino cassa et vacua quoad
20 huiusmodi quantitatem pecunie per te, ut permittitur, persolutam mercatoribus supradictis.

25 Nec aliquis pretextu eorundem instrumentorum vel litterarum et obligationum te ac societatem eandem et socios ipsos ac tuos et heredes eorum et successores in posterum impetere valeat aut etiam molestare, has quoque litteras bulla nostra munitas in testimonium solutionis huiusmodi tibi ad tuam et eorundem sociorum tuorum et societatis cautelam duximus concedendas.

Dat. apud Castrumplebis IIII. non. Septembris pontificatus nostri anno quarto.

^a Daneben am Rand: apodissa. ^{b-b} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

¹ England.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

522 (101, C)

Martin befiehlt dem Rektor der Campagna und Marittima, dem Elekten Friedrich, die Strafen und Bußen, die gegen Adinulf und seine Anhänger durch seine Vorgänger oder den Apostolischen Stuhl verhängt worden waren, unverzüglich einzufordern. Art, Höhe und wer sie beglichen hat, soll er ihm mitteilen.

Città della Pieve, 1284 September 8.

Reg. Vat. 42, fol. 108v

Martinus etc. Dilecto filio Frederico electo Iporien.¹ Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

5 Cum penas et condempnationes, in quas Adinulfus quondam Mathie de Anagnia² suique complices et fautores ac quecumque communitates vel singulares persone de Campania et Maritima tam suis culpis quam per processum per sedem apostolicam et . . . rectores, qui pro tempore fuerunt ibidem, contra eos habitos inciderunt, per te velimus exigi ab eisdem, presentium tibi tenore firmiter precipiendo mandamus, quatinus penas et condempnationes huiusmodi a predictis nostro et ecclesie Romane nomine sollicite ac intrepide exigere non postponas contradictores et rebelles spiritualiter et temporaliter appellatione postposita
10 potestate tibi tradita compescendo significaturus nobis per tuas litteras harum seriem continentes quid, quantum et a quibus receperis de penis et condempnationibus supradictis.

Dat. apud Castrumplebis VI. idus Septembris pontificatus nostri anno quarto.

¹ Friedrich von Ivrea, vgl. Nr. 201 Anm. 2.

² Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

523 (102, CI)

Martin befiehlt Friedrich, Gilbert de Anibian. als Kapitän des päpstlichen Heeres in der Campagna unverzüglich zu entlassen und einen geeigneten Nachfolger aus seinen Söldnern zu bestimmen.

Città della Pieve, 1284 September 9.

Reg. Vat. 42, fol. 108v

Martinus etc. Dilecto filio Frederico electo Iporien.¹ Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

Cum, sicut accepimus, Gilbertus miles de Anibian. pro capitaneo stipendiariorum Romane ecclesie in Campanie partibus commorantium habeatur nosque ex certis causis rationabilibus, 5 quas in presentibus scienter non duximus exprimendas, prefatum Gilbertum nolimus huiusmodi capitanie ulterius exercere officium neque nostris et ecclesie predictae servitiis immorari, volumus et per apostolica tibi scripta mandamus, quatinus eundem Gilbertum ab eodem officio sine more dispendio amovere procures tam ei quam omnibus illis de stipendiariis supradictis, de quibus expedire putaveris, eiusdem ecclesie stipendia penitus 10 subtrahendo nichilominus illis licentiam impensurus. Verum, ne illos, quos ex stipendiariis ipsis duxeris retinendos, gubernatoris presidio carere contingat, alicui de retentis huiusmodi, quem ad hoc sufficientem et utilem reputabis, predictum committas officium exercendum.

Dat. apud Castrumplebis V. idus Septembris pontificatus nostri anno quarto.

¹ Friedrich von Ivrea, vgl. Nr. 201 Anm. 2.

524 (103, CII)

Martin befiehlt Galtero de Fontan. sich in die Provinz Romagna zu begeben, um die Mißstände im päpstlichen Heer zu beseitigen. Gegebenenfalls soll er neue ausländische Söldner anwerben und die alten entlassen.

Città della Pieve, 1284 September 11.

Reg. Vat. 42, fol. 108v

Martinus etc. Dilecto filio magistro Galtero de Fontan.¹ preposito de Ingreyo in ecclesia Carnoten. capellano nostro salutem etc.

Nuper non absque turbatione mentis accepimus, quod plerique stipendiariorum, quos in Romaniote partibus contra Urbinates² mandavimus congregari, ad ea, que ipsis exequenda 5 incumbunt, se reddunt negligentes, tepidos et remissos, nonnulla etiam, que in huiusmodi essent facienda et ordinanda negotio, periculosius omittuntur.

Gerentes itaque de tue probate circumspectionis industria fiduciam in Domino plenioris discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ad partes illas te personaliter conferens ordines, corrigas et reformes auctoritate nostra, que ordinanda et corrigenda videris

10 et etiam reformanda, illis ex stipendiariis supradictis, quos licentiandos putaveris, impendendo
licentiam ac loco eorum personas alias de ultramontanis partibus oriundas ad hoc ydoneas
subrogando. Ceterum, quia predictorum stipendiariorum numerus asseritur diminutus,
volumus, ut numerum ipsum de ultramontanis, quos ydoneos ad hoc fore putaveris, restaurare
ac etiam plures recipere studeas, si considerata qualitate negotii videris expedire.

15 Nos enim ratum haberi volumus, quicquid per te unacum dilecto filio, magistro Guillelmi
Duranti³, decano Carnoten., capellano nostro, rectore Romaniolae, in hac parte factum fuerit et
etiam ordinatum.

Dat. apud Casstrumplebis III. Id. Septembris pontificatus nostri anno quarto.

¹ Über ihn siehe Nr. 248 Anm. 2.

² Urbino.

³ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

525 (CIII)

*Martin befiehlt dem Rektor der Romagna, Guillaume Durand, Guillaume Cheni, den er zum
Kapitan des sich im Kampf mit Urbino befindlichen päpstlichen Heeres ernannt hat, mit Rat
und Tat zu unterstützen und dafür zu sorgen, dass die Einwohner der Urbino benachbarten
Orte seinen Anweisungen Folge leisten.*

(Città della Pieve, 1284 September 11).

Reg. Vat. 42, fol. 108v-109r

Siehe zu den Namen auch den vorhergehenden Brief.

Martinus^a etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti decano Carnoten. capellano nostro
rectori Romaniolae salutem etc.^a

5 Laudanda probitatis experte merita, quibus dilectus filius, nobilis vir Guillelmus Cheni
pollere dinoscitur, diligentius attendentes et considerantes attentius strenuitatis probate
virtutem, qua ipsum gratiarum decor altissimus detenuit, secunda fiducia ducimur, ut, que suis
robustis imponimus humeris, prudenter et viriliter perferat ac studiis efficacibus exequatur.

10 Cum itaque prefatum Guillelmum stipendiariorum nostrorum et Romane ecclesie in
Romaniolae partibus commorantium ac etiam totius exercitus ipsi ecclesie, que contra
Urbinates mandavimus congregari, capitaneum duxerimus ordinandum, volumus et per
apostolica tibi scripta mandamus, quatinus eidem capitaneo super hiis, que ad huiusmodi
commissum sibi officium spectare noscuntur, assistas consiliis, auxiliis et favoribus oportunitis
et nichilominus ab hominibus tue iurisdictioni subiectis civitati Urbinate vicinis facias eidem
capitaneo super facto guerre predictis Urbinatibus faciente devote intendi ac humiliter *
obediri, ita quod contra Urbinates eosdem facilius et efficacius actore Domino procedatur.

15 Dat. ut supra.

^{a-a} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

526 (104, CIV)

Brief gleichen Inhalts [wie Nr. 525] an den Rektor der Mark Ancona, Giffrid von Anagni.

(Città della Pieve, 1284 September 11).

Reg. Vat. 42, fol. 109r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Giffredo de Anagnia¹ notario nostro Marchie Anconitan rectori salutem etc.

Laudanda probitatis experte merita, quibus dilectus filius, nobilis vir Guillelmus Cheni pollere dinoscitur, etc. ut in proxima^a littera verbis competenter mutatis usque in finem.

5 Dat. ut supra.

^a *Über der Zeile nachgetragen, danach secunda gestrichen.*

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

527 (105, CV)

Martin befiehlt den Söldnern des Heeres, das sich im Kampf mit Urbino befindet, ihrem neuen Kapitan Guillelmo Cheni Gehorsam zu leisten.

(Città della Pieve, 1284 September 11).

Reg. Vat. 42, fol. 109r

Siehe Nr. 525.

Martinus etc. Dilectis filiis universis nostris et ecclesie Romane stipendiariis in Romaniolle partibus commorantibus salutem etc.

Attendentes laudanda probitatis experte merita, quibus dilectus filius nobilis vir Guillelmus Cheni pollere dinoscitur, et considerantes attentius etc. ut supra verbis competenter mutatis usque exequatur.

5

Cum itaque prefatum Guillelmum vestrum et totius exercitus, quem contra Urbinates congregari mandavimus, capitaneum duxerimus ordinandum non ignorantes, quod populus corrui, ubi deesse dinoscitur gubernator, universitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatinus eidem Guillelmo super hiis, que ad huiusmodi commissum sibi officium spectare noscuntur, devote parere ac efficaciter intendere studeatis, ita quod idem utilius et efficacius predictum possit officium exercere vestraque devotio proinde laudum preconia mereatur.

10

Dat. ut supra.

528 (106, CVI)

Martin ernennt Guillelmo Cheni zum Kapitan des sich im Krieg mit Urbino befindlichen päpstlichen Heeres in der Romagna.

(Città della Pieve, 1284 September 11).

Reg. Vat. 42, fol. 109r

Siehe Nr. 525.

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Guillelmo Cheni salutem etc.

Laudanda probitatis experte merita, quibus pollere dinosceris, diligentius attendentes et considerantes attentius strenuitatis probate virtutem, qua te gratiarum dator altissimus decoravit, segura fiducia ducimur, ut, que tuis robustis imponimus humeris, prudenter et viriliter perferas ac studiis efficacibus exequaris.

5

Cum itaque nostri et ecclesie Romane stipendiarii, qui, sicut nosse te credimus, in Romaniote partibus commorantur, rectoris presidio carere noscantur adpresens nosque in hac parte velimus, prout expedit, salubriter providere, non ignorantes, quod populus corrui, ubi deesse dinoscitur gubernator, te stipendiarioum ipsorum et etiam totius exercitus ecclesie, quem contra Urbinates mandavimus congregari, capitaneum duximus ordinandum.

10

Quocirca nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente tibi que presentium tenore mandamus, quatinus ad honorem Dei et ecclesie memorate huiusmodi officium quamvis non levibus plenum laboribus et sollicitudinibus variis et diveris onustum promptis assumens animis sic illud prudenter, solerter et fideliter studeas exercere, ut crescas exinde meritis apud Deum, penes nos gratia et apud homines clara fama. Nos enim predictis stipendiariis per alias litteras nostras iniungimus, ut in hiis, que ad prefatum spectant officium, tibi devote intendere ac efficaciter parere procurent.

15

Dat ut supra.

529 (107, CVII)

Quittung für Lanto Angolanti und die übrigen Kaufleute der Handelsgesellschaft der 'Ammannati' aus Pistoia über den Betrag von 5000 Goldflorenen aus dem in Portugal von dem Franziskaner Monaldus eingesammelten Kreuzzugszehnten, die Lanto den genannten Kaufleuten der Handelsgesellschaften der 'Spiliati - Spine', 'Pulices - Rimbentini', 'Ricchardi' und 'Bonsignori' übergeben hat.

Città della Pieve, 1284 September 24.

Reg. Vat. 42, fol. 109r

Martinus^a etc. Dilecto filio Lanto Angolanti de societate Ammannatorum civi et mercatori Pistorien. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte collecta auctoritate apostolica in regno Portugalie et per dilectum filium, fratrem Monaldum ordinis Minorum,¹

5 penes socios tuos eadem auctoritate deposita in diverso genere monetarum dilectis filiis Dino
 Johannis de Thome Spiliati et Lapi Hugonis, Maynetto Raynaldi de Pulicum et
 Rimbertainorum Florentin., Thure Bonamiki de Bonaventure Bernardini Senen. et Vanto
 Honesti de Riczardorum Lucan. societatibus, mercatoribus recipientibus nostro, ecclesie
 Romane ac Terre Sancte nomine, ad mandatum dilecti filii Berardi, camerarii nostri²,
 10 auctoritate litterarum nostrarum ei super hoc specialiter directarum et de speciali nostra
 conniventia tibi factum, quinque milia Florenorum auri tuo, Bandini Ammannati, Johannis
 Gerardini, Martini Jacobi Veronesii et Gualterocti Bartholomei, Jacobi Agolantis, Spine
 Philippi, Landonis Aczi, Lapi Bonichi, Napoleonis Bandini et Nesii Rutgerii ac omnium
 15 aliorum sociorum tuorum et societatis tue nomine duxeris persolvenda, nos solutionem
 huiusmodi ratam et gratam habentes ac volentes super hoc tue societatis et sociorum ipsorum
 indemnitatibus precavere, presentium tenore fatemur de huiusmodi quantitate pecunie per te
 tuo et eorundem sociorum et societatis tue nomine, ut premittitur, dictis mercatoribus
 persoluta fore nobis, Romane ecclesie ac predictae Terre Sancte plenarie satisfactum.

Decernentes, ut instrumenta seu quecumque littere et obligationes sub quavis forma
 20 verborum super pecunia huiusmodi decimarum confecta sint omnino cassa et vacua quoad
 eandem quantitatem pecunie sic solutam per te mercatoribus supradictis nec aliquis pretextu
 eorundem instrumentorum vel litterarum et obligationum te ac societatem eandem et socios
 ipsos ac tuos et heredes eorum et successores imposterum impetere^b valeat aut etiam
 molestare, has quoque litteras bulla nostra munitas in testimonium solutionis huiusmodi tibi
 25 ad tuam et eorundem sociorum tuorum et societatis cautelam duximus concedendas.

Dat. apud Castumplebis VIII kal. Octobris pontificatus nostri anno quarto.

^a Daneben am Rand: apodissa. ^b Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

¹ Monaldus de Matelica. In einem Kollektorenverzeichnis aus dem Jahr 1287 wird berichtet, dass *frater Monaldus de Mathelica Camerinensis diocesis* nach Portugal gesandt wurde, um den Zehnten, den der Kollektor Gerald, Archidiakon von Braga, zur Zeit Johannes' XXI. und Nikolaus' III. dort gesammelt hatte, den Kaufleuten zu übergeben, damit sie ihn an die Kurie weiterleiten, vgl. Gottlob, *Kreuzzugssteuern*, 97.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

530 (108, CVIII)

Quittung für Ranutio Rustici und die übrigen Kaufleute aus der Florentiner Handelsgesellschaft der 'Abbati' über den Betrag von 300 Mark Silber aus Freiburg (nach Mainzer Pfund) und 158 Mark Silber und 3 Unzen aus Freiburg (nach Wormser Pfund) sowie 760 Mark und 5 Unzen aus Straßburg (nach Straßburger Pfund), die (Theoderich), der Prior von San Andrea aus Orvieto, aus dem in Deutschland gesammelten Kreuzzugszehnten den Mitgesellschaftern Ranutios übergeben hatte, und die Ranutio den genannten Kaufleuten der Handelsgesellschaften der 'Spiliati - Spine', 'Pulices - Rimbertaini', 'Ricchardi' und 'Bonsignori' ausgezahlt hat.

Città della Pieve, 1284 September 25.

Reg. Vat. 42, fol. 109r-v

Martinus^a etc. Dilecto filio Ranutio Rustici de societate Lamberti de Abbatibus civi et mercatori Florentin.^b salutem etc.

Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte in Alamannia¹ apostolica auctoritate collecta et per dilectum filium . . priorem secularis ecclesie Sancti Andree Urbevetan.² penes socios tuos eadem auctoritate deposita in diverso genere monetarum, dilectis filiis Dino Johannis de Thome Spiliati et Lapi Hugonis, Maynetto Raynaldi de Pulicum et Rimbertainorum Florentin., Thure Bonamiki de Bonaventure Bernardini Senen. et Vanto Honesti de Riczardorum Lucan. societatibus, mercatoribus recipientibus nostro, ecclesie Romane ac Terre Sancte nomine, ad mandatum dilecti filii Berardi. camerarii nostri³, auctoritate litterarum nostrarum ei super hoc spetialiter directarum et de spetiali nostra conniventia tibi factum tuo Lapi, Johannini, Forasaxi, Lamberti et Sclaris Abbatis, Johannis Rossi, Baccarelli et Albizi Rustici de Abbatibus ac omnium aliorum sociorum tuorum et societatis tue nomine trecentas argenti de Friborgen. * ad pondus Maguntin. et centum quinquaginta octo cum tribus unciis eiusdem argenti ad pondus Warmacien. ac septingentas sexaginta cum quinque unciis argenti de Argentina ad pondus Argentinen. marcas duxeris persolvendas, nos solutionem huiusmodi ratam et gratam habentes ac volentes super hoc tue societatis et sociorum ipsorum indemnitatibus precavere, presentium tenore fatemur de huiusmodi quantitate pecunie per te tuo et eorundem sociorum et societatis tue nomine, ut premittitur, dictis mercatoribus persoluta, fore nobis, Romane ecclesie ac predictae Terre Sancte plenarie satisfactum.

Decernentes, ut instrumenta seu quecumque littere et obligationes sub quavis forma verborum super pecunia huiusmodi decimarum confecta sint omnino cassa et vacua quoad eandem quantitatem pecunie sic solutam per te mercatoribus supradictis nec aliquis pretextu eorundem instrumentorum vel litterarum et obligationum te ac societatem eandem et socios ipsos ac tuos et heredes eorum et successores in posterum impetere valeat aut etiam molestare, has quoque litteras bulla nostra munitas in testimonium solutionis huiusmodi tibi ad tuam et eorundem sociorum tuorum et societatis cautelam duximus concedendas.

Dat. apud Castrumplebis VII. kal. Octobris pontificatus nostri anno quarto.

^a Daneben am Rand: apodissa. ^b Daneben am Rand: hic.

¹ Deutschland (siehe oben Einleitung XLIX f.).

² Theoderich von Orvieto; er amtierte seit 1282 in den Erzdiözesen Mainz und Trier als Zehntkollektor, seit 1284 auch in den norddeutschen Erzdiözesen, bis 1291 in Deutschland tätig, 1295 päpstlicher Kämmerer, im gleichen Jahr Erzbischof von Pisa, 1298 Kardinalpriester, 1299 Kardinalbischof, vgl. über ihn und sein Wirken in Deutschland Petersen, *Gegen den Lyoner Kreuzzugszehnten*, 300 ff.

³ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

531 (109, CIX)

Quittung wie oben für Petro Foresii und die übrigen Mitgesellschafter der Lambertuzzi Frescobaldi aus Florenz über den Betrag von 443 Mark Silber aus Straßburg (nach Straßburger Pfund), 300 Mark Silber aus Freiburg (nach Mainzer Pfund) und 478 Mark Silber und ein Achtel einer Unze aus Freiburg (nach Speyrer Pfund).

(Città della Pieve, 1284 September 25).

*Reg. Vat. 42, fol. 109v
Siehe Nr. 530.*

Martinus^a etc. Dilecto filio Petro Foresii de societate Lambertucii^b Frescobaldi civi et mercatori Florentin. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum etc. ut supra verbis competenter mutatis usque tibi factum, tuo et Caveli Bene, Lambertucii Frescobaldi, Restori Spiliati, Carutii Delverre, Philippi Raynesi et
5 Michaelis Doni ac omnium sociorum tuorum et societatis tue nomine marcas quadringentas quadraginta tres argenti de Argentina ad pondus Argentin., trecentas argenti de Friborgen. ad pondus Maguntin. ac quadringentas septuaginta octo et octavam partem unius uncie eiusdem argenti de Friborgen. ad pondus Spiren. duxeris persolvendas, nos solutionem
10 huiusmodi ratam etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand: apodissa. ^b 'tucii' über der Zeile.

532 (CX)

Martin teilt dem Rektor Friedrich, der Konrad von Antiochia und seine Anhänger bei Castrocielo besiegt hat, mit, dass er befohlen hat, dass ihm das erbetene Geld für den Ankauf von Pferden für den Kampf, für den Ersatz der getöteten Pferde sowie für den Sold der Söldner zugewiesen wird und fordert ihn auf, in seinem Eifer für die päpstliche Sache fortzufahren.

Perugia, 1284 Oktober 15.

Reg. Vat. 42, fol. 109v

Raynaldi, Annales ecclesiastici ad anno 1284, § 15 - Potthast 22181.

Martinus^a etc. Dilecto filio F. electo Iporien.¹ Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

Transmisse nobis tue littere continebant, quod Conrado de Antiochia², tamquam emulo pacis regni Sicilie ac karissimi in Christo filii nostri C.³, eiusdem regni regis illustris, adversario manifesto cum quibusdam perditionis filiis partes ipsius regni invadere per
5 Castrum Celle⁴ temere attemptante, tu una cum dilecto filio, nobili viro Stephano de Genezano⁵ ac stipendiariis nostris et nonnullis aliis fidelibus Romane ecclesie ac predicti regis ad castrum ipsum propere accedens ac iniens bellum cum eisdem rebellibus, eos in virtute divini nominis debellasti ex eis captis quampluribus et peremptis. Unde, cum pro emendis equorum ante conflictum predictum quibusdam stipendiariis faciendis quam pro emendis
10 equorum in conflictu huiusmodi occisorum necnon pro stipendiis prefatis stipendiariis in posterum persolvendis petebas tibi mitti pecuniam oportunam, nos autem tuam in hac parte sollicitudinem in Domino commendantes petitam a te pecuniam per cameram nostram mandavimus tibi celeriter destinari.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus circa commissum tibi
15 regimen cepte sollicitudinis studia sic inantea diligenter continuare procures, quod preter divinum retributionis premium apud nos et sedem apostolicam potioris favoris gratiam de bono in melius merearis.

Dat. Perusii idibus Octobris pontificatus nostri anno quarto.

^a Daneben am Rand: Perusii, darunter ein Kreuz.

¹ Friedrich von Ivrea, siehe Nr. 201 Anm. 2.

² Konrad von Antiochien, vgl. Nr. 140 Anm. 2. - Siehe über die hier geschilderten Ereignisse auch Meriggi, *Corrado I*, 173 f.

³ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

⁴ Castrocielo, Prov. Frosinone.

⁵ Stefano II (gest. 1300) oder Stefano III Colonna, vgl. die Stammtafel bei Carocci, *Baroni*, 366.

533 (CXI)

Martin befiehlt dem Kämmerer Berard, Pandulf Savelli und Annibaldo Transmundi, den Senatoren Roms, auf deren Bitten hin 3000 Goldflorenen für ein Jahr, und zwar zur privaten Verwendung, zu leihen und ihrem Prokurator zu übergeben.

Perugia, 1284 November 6.

Reg. Vat. 42, fol. 109v

Martinus^a etc. Dilecto filio Berardo camerario nostro¹ salutem etc.

Ex parte dilectorum filiorum, nobilium virorum Pandulfi de Sabello² et Anibaldi Transmundi³, senatorum Urbis, fuit nobis cum instantia supplicatum, ut eis - non tamquam senatoribus, set eorum proprio nomine - pro quibusdam ipsorum oportunitatibus usque ad
5 illam quantitatem, que de beneplacito nostro procederet, faceremus de pecunia nostre camere mutuari.

Nos igitur volentes eos, tamquam devotos filios, in hiis prosequi gratia et favore, presentium tibi tenore mandamus, quatinus dilecto filio Stephano Bartholomei Cerracli de Castis Core, procuratori eorum ad hoc specialiter constituto, pro eis non tamquam senatoribus,
10 set privatis personis et eorum proprio nomine recipienti, tria milia florenorum auri de pecunia dicte camere nostro et ecclesie Romane nomine studeas mutuare restituenda dicte camere infra annum a die contractus huiusmodi celebrati.

Volumus autem, ut de hoc facias fieri publicum instrumentum pro cautela nostra et predictae Romane ecclesie in archivis eiusdem camere conservandum.

15 Dat. Perusii VIII idus Novembris pontificatus nostri anno quarto.

^a *Daneben am Rand:* de mutuo.

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Pandulf Savelli, 1284 -1286 als Senator in Rom belegt, vgl. de Bouïard, *Régime politique*, 246.

³ Annibaldo di Transmondo, seit 1284 August 4 als Senator belegt, siehe Nr. 496.

534 (CXII)

Martin befiehlt Adam Fourrier, dem Rektor des Patrimoniums beati Petri, den päpstlichen Kubikular Huguccio beim Ankauf von Getreide für die Kurie möglichst persönlich zu unterstützen und wenn er verhindert ist, ihm, Martin, die Ursache seiner Verhinderung mitzuteilen. Zwischenzeitlich soll er dem Kubikular andere geeignete Personen als seine Stellvertreter zur Seite stellen.

Perugia, 1284 November 5.

Reg. Vat. 42, fol. 109v-110r

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Ade Forerri¹ rectori Patrimonio beati Petri in Tuscia salutem etc.

Pridem dilectum filium fratrem Huguitionem², cubicularium nostrum, pro emendo blado ad opus elemosine et familie nostre ad partes Patrimonii destinantes tibi nostris dedimus litteris
5 in mandatis, ut sibi super hoc assisteres per te vel alium, qui a te plenam potestatem haberet faciendi super hiis omnia oportuna.

Verum quia idem cubicularius nobis suis litteris intimavit, quod ex tua presentia huiusmodi negotium utilius ageretur quodque tu multis negotiis occupatus, ut asseris, nequis personaliter ei assistere in premissis, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus si absque
10 gravi dampno eorum, que tibi facienda in*cumbunt, fieri poterit, personaliter assistas eidem vel causam, quare sibi assistere nequeas, nobis studeas intimare, interim autem per alium vel alios in hiis tua vice fungentes sic efficaciter impendas eidem favorem et auxilium opportunum, quod tuo studio operante circa celerem et utilem emptionem dicti bladi, quo tam pro
elemosina quam familia nostris in quantitate non modica noscitur nostra camera indigere,
15 idem cubicularius commissum sibi negotium laudabilius exequatur et nichilominus tua diligentia exinde merito valeat commendari.

Dat. Perusii non. Novembris pontificatus nostri anno quarto.

¹ Adam Fourrier, vgl. Nr. 11 Anm. 1. - Fourrier ist also nicht, wie Kiesewetter (DBI, 49, 516) meint, im Sommer 1284 gestorben.

² Huguitio de Vercelli, vgl. Nr. 193 Anm. 1.

535 (CXIII)

Martin entspricht einer Bitte derjenigen, die aus dem aufständischen Urbino wegen ihrer Treue zur Kirche verbannt und damit all ihrer Güter beraubt worden sind, und befiehlt dem Rektor der Romagna, Guillaume Durand, sie nicht weiter mit der Tallia zu belegen.

(Perugia, 1284 November 5).

Reg. Vat. 42, fol. 110r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro decano Carnoten. rectori provincie Romaniolle salutem etc.

Ex parte dilectorum filiorum exicitiorum de Urbino fuit expositum coram nobis, quod, licet ipsi pro devotione ac fide, quam ad Romanam habent ecclesiam, per intrinsecos Urbinates, rebelles ipsius ecclesie, bonis suis omnibus in civitate et districtu Urbinatibus existentibus nequiter spoliati diu coacti fuerint et adhuc cogantur miserabiliter mendicare, tu tamen eos nichilominus ad contribuendum in talliis hominibus commisse tibi provincie impositis impetis et molestas. Quare humiliter supplicabant, ut providere eis super hoc misericorditer dignaremur.

Nos igitur attendentes, quod afflictis non debet addi afflictio, set potius eos convenit ab afflictionibus relevari, presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus eis persistentibus in fidelitate sedis apostolice quoad ipsos supersedeas exactionibus huiusmodi talliarum², ita quod earum pretextu ipsos, quorum inopie compatimur, non oporteat decetero ad nos habere recursum, set ad confusionem et conculcationem dictorum rebellium viriliter insistentes in nostri et prefate ecclesie servitiis immorari fortius animentur.

Dat. ut supra.

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

² Zu dieser Steuer vgl. Waley, *Papal State*, 291 ff.

536 (114, CXIII)

Martin befiehlt den Einwohnern der Stadt San Leo, die den Bischof und zwei seiner Familiare gefangengenommen haben, unter Androhung von Exkommunikation und Interdikt sowie einer Geldstrafe von 2000 Silbermark, diese unverzüglich wieder freizulassen.

Perugia, 1284 November 9.

Reg. Vat. 42, fol. 110r

Martinus etc. Hominibus civitatis^a Sancti Leonis¹ spiritum consilii sanioris.

Presumptuose temeritatis audacia, qua in venerabilem^b fratrem nostrum . . ., episcopum vestrum², sacrilegas manus vestras divino timore postposito extendistis ipsumque ac duos familiares eius in cumulum gravioris offense captivos detinere presumitis, mentem nostram replevit gravi amaritudine et dolore. Nam nullatenus credebamus, quod deveniretis ad tantam vesaniam, ut patrem vestrum et animarum vestrarum pastorem pro quavis offensione vel causa presumeretis tam gravibus provocare iniuriis et tam enormibus obprobriis lacesare.

Cum igitur idem episcopus sic captivus a vobis detineri nequeat sine animarum vestrarum periculo ac nostra et Romane ecclesie iniuria et obprobrio manifesto, universitatem vestram monemus et hortamur attente vobis sub excommunicationis, quam omnes officiales^c et consiliarios^e vestros, et interdicti ac duarum milium marcarum argenti penis, quas terram vestram et universitatem ipso facto incurrere volumus, si mandatum nostrum in hac parte contempseritis adimplere, per apostolica scripta districte precipiendo mandantes, quatinus provide attendentes, quod preter animarum pericula multa vobis et terre vestre personarum et rerum discrimina possunt exinde provenire, eundem episcopum cum predictis familiaribus suis sine alicuius more dispendio restituatis pristinae libertati, ita quod exinde merito commendari possitis nec nos habeamus materiam contra vos aliter spiritualiter vel temporaliter procedendi.

Dat. Perusii V. idus Novembris pontificatus nostri anno quarto.

^a Über der Zeile nachgetragen.
durch Zeichen hier eingefügt.

^b Daneben eine Randbemerkung (unleserlich).

^{c-c} Am Rand,

¹ San Leo, Prov. Pesaro e Urbino. - Die Anrede zeigt, dass sich die Stadt wieder von der päpstlichen Seite abgewandt hatte.

² Robert von Montefelero (?), siehe zu ihm Nr. 178 Anm. 1. Wann er die Bischofsweihe erhalten hat, ist unklar.

537 (115, CXV)

Martin befiehlt dem Abt und dem Konvent des Salvatorklosters in Rieti, nur solche Personen als Rektor, Vikar, Verwalter oder sonstige Amtsträger zur Ausübung der weltlichen Gerichtsbarkeit in ihrem Gebiet einzusetzen, die ihm, dem Papst, und Karl I. von Anjou treu ergeben sind.

Perugia, 1284 November 8.

Reg. Vat. 42, fol. 110r

Martinus etc. Dilectis filiis . . . abbati et conventu^a monasterii Sancti Salvatoris Reatin.¹ salutem etc.

Audivimus, quod interdum in terris et locis vestri monasterii generalem vicarium vel rectorem seu ballivum, quocumque nomine nominetur, aut officiales alios ordinatis, qui pro
5 tempore nomine vestro et dicti monasterii iurisdictionem temporalem in eisdem locis et terris exercent.

Nos autem specialiter diebus istis sollicite precaveri volentes, ne quicquam in turbationem nostram et carissimi in Christi filii nostri C., Sicilie regis illustris², possit emergere, devotionem vestram tenore presentium premonemus per apostolica vobis scripta districte
10 precipiendo mandantes, quatinus in ordinatione huiusmodi vicarii vel rectoris seu ballivi aut officialium attendatis potissime personas nobis acceptas et non alias inibi deputare, que sint nobis et eisdem ecclesie ac regi fideles et de ipsorum actibus non possit in aliquo dubitari, set potius ad dicti regis quietem et exaltationem ferventer intendant et nostrum in hac parte beneplacitum prosequantur.

15 Dat. Perusii VI. idus novembris pontificatus nostri anno quarto.

^a Zu erwarten wäre conventui.

¹ San Salvatore Maggiore, Benediktinerkloster südlich von Rieti, dessen Besitz bis ins Regno reichte, vgl. Schuster, I., *Il monastero imperiale del S. Salvatore sul Monte Letenino*, ASRSP 37 (1914), S. 393ff.

² Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

Brief gleichen Inhalts für Abt und Konvent des Klosters Subiaco.

In eundem modum . . . abbati et conventui monasterii Subiacen.¹ *

¹ Subiaco (Prov. Rom).

538 (116, CXVI)

Martin befiehlt dem Kardinallegaten, dem Kardinalpriester J(ean). von S. Cecilia, die Kaufleute der Handelsgesellschaften der 'Cardellini', 'Squartialupi', 'Battosi', 'Ghetti Honesti', 'Orllandini Paganelli' und 'Alfani', die sich bisher geweigert haben, das von ihnen verwahrte Geld aus dem in England, Portugal und Teilen Deutschlands gesammelten Kreuzzugszehnten den genannten Kammerkaufleuten zu übergeben, bis auf weiteres gefangenzunehmen und ihre Güter zu konfiszieren, wenn er sie im Gebiet seiner Legation oder in den umliegenden Orten findet.

Perugia, 1284 Oktober 15.

Reg. Vat. 42, fol. 110v

Martinus^a episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio I. tit. Sancte Cecilie presbitero cardinali apostolice sedis legato¹ salutem et apostolicam benedictionem.

Olim, sicut ex veridica relatione accepimus, collectores decimarum Terre Sancte in regnis Anglie ac Portugalie et partibus Alamannie² auctoritate apostolica collectarum magnam
5 partem pecunie dictarum decimarum apud quamplures et diversos mercatores tam in curia nostra quam extra ipsam morantes nimis particulariter deposuerant pro sue libito voluntatis, de quorum mercatorum fidelitate licet non esset, ut dicebatur, aliquatenus dubitandum.

Volentes tamen predictae Terre negotio in hac parte cautius et utilius providere ac dictam pecuniam sic particulariter depositam ad magis compendiosa reduci deposita, ut suo loco et
10 tempore ad opus dicte Terre Sancte huiusmodi deposita facilius et commodius rehaseri valerent, dilecto filio Berardo, camerario nostro³, sub certa forma nostris diversis litteris dedimus in mandatis, ut huiusmodi pecuniam decimarum apud eosdem mercatores quocumque nomine depositam seu eis alias etiam assignatam dilectis filiis Dino Johannis et Feo Bonfantini de Thome Spiliati et Lapi Hugonis, Francisco Rimbertyni, Maynetto Raynaldi
15 et Ademario Rote de Pulicum et Rimbertynorum Florentin., Labro Vulpelli et Vanto Honesti de Riczardorum Lucan. ac Thure Bonamiki et Bindo Clarici de Bonaventure Bernardini Senen., societatibus mercatoribus vel aliis eorum sociis de societatibus supradictis, de quorum facultatum sufficientia et fidelitate plenam certitudinem obtinemus, nostro et ecclesie Romane ac predictae Terre Sancte nomine in depositum faceret equis portionibus integre assignari, eos,
20 apud quos dicta pecunia reperiretur ad id, si opus foret, per censuram ecclesiasticam vel alias, prout expedire videret, appellatione postposita compellendo.

Verum licet idem camerarius auctoritate huiusmodi litterarum nonnullos mercatores de societatibus Kardellinorum, Squartialuporum, Battosorum, Ghetti Honesti, Orllandini Paganelli et Alfanzorum Lucan. et Florentin. civitatum tunc in nostra curia commorantes, apud
25 quos de dictis decimis certe et diverse pecuniarum summe in depositum haberi noscuntur, duxerit requirendos eisque districte preceperit, ut infra certum terminum huiusmodi pecuniam decimarum ipsarum prefatis mercatoribus nunc Romane ecclesie ac predictae Terre nomine assignarent, ipsi tamen sed ad malitiam convertentes id facere contempserunt.

Cum igitur nostra intersit super hoc de oportuno remedio providere, volumus et discretioni
30 tue per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatinus singulos mercatores de predictis Kardellinorum, Squartialuporum, Battosorum, Ghetti Honesti, Orlandini Paganelli et

Alfanorum eorundem societatibus, ubicumque in terra tue legationis seu locis ipsi vicinis poterunt reperiri, per captionem personarum et arestationem bonorum suorum ac alias etiam spiritualiter et temporaliter, prout videris expedire, per te vel per alium seu alios sublato
35 cuiuslibet dilationis et appellationis obstaculo efficaciter compellere non postponas, donec per speciales apostolice sedis litteras tibi constiterit, quod de predicta pecunia decimarum apud eos deposita necnon dampnis, expensis et interesse ac penis in instrumentis depositorum adiectis eisdem Dino, Francisco, Labro et Thure vel aliis ex ipsorum sociis nostro et predictarum Romane ecclesie ac Terre Sancte nomine apud sedem apostolicam fuerit plenarie
40 satisfactum, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstante, si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint, per ipsius sedis litteras, que de indulto huiusmodi plenam et expressam non fecerint^b mentionem.

Mandatum autem nostrum sic in hac parte diligenter et celeriter exequaris, quod tue
45 sollicitudinis studium possimus exinde non immerito commendare rescripturus nobis frequenter per tuas litteras harum seriem continentes, quicquid super premissis duxeris faciendum.

Dat. Perusii Idibus Octobris pontificatus nostri anno quarto.

^a Paragraphenzeichen fehlt, großes Maiuskel-M, daneben ein X.

^b Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt, fecerunt getilgt.

¹ Jean Cholet, Kardinalpriester von S. Cäcilia 1281 – 1292, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 10.

² England, Portugal, Deutschland.

³ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

539 (117)

Martin befiehlt dem Prior des Kollegiatstiftes Santo Stefano in Ponte in Florenz, Kaufleute der Handelsgesellschaften der 'Cardellini', 'Squartialupi', 'Battosi', 'Ghetti Honesti', 'Orllandini Paganelli' und 'Alfani', sofern sie sich in der Toskana oder benachbarten Orten aufhalten, aus dem oben geschilderten Grund zur Kurie zu zitieren, damit sie das von ihnen verwahrte Geld aus dem Kreuzzugszehnten unter Begleichung der angefallenen Zinsen und sonstigen der Kurie entstandenen Verluste innerhalb von acht Tagen aushändigen. Diejenigen, die sich weigern, soll er exkommunizieren und nach acht Tagen ihre Güter konfiszieren.

Perugia, 1284 Oktober 15.

Reg. Vat. 42, fol. 110v-111r

Siehe auch den vorhergehenden Brief.

Martinus^a etc. Dilecto filio priori secularis ecclesie Sancti Stephani ad pontem Florentin. salutem etc.

Olim sicut ex veridica relatione accepimus etc. ut in proximo usque contempserunt.

5 Quia vero nostra interest super hoc de oportuno remedio providere, dilecto filio nostro I., tit. sancte Cecilie presbitero cardinali, apostolice sedis legato, sub certa forma nostris damus

litteris firmiter in preceptis,¹ ut singulos mercatores de predictis Kardellinorum, Squartialuporum, Battosorum, Gheti Honesti, Orlandini Paganelli et Alfanorum eorundem societatibus, ubicumque in terra sue legationis seu locis ipsi vicinis poterunt reperiri, per captionem personarum et arestationem bonorum suorum et alias etiam spiritualiter et temporaliter, prout viderit expedire, per se vel per alium seu alios sublato cuiuslibet dilationis et appellationis obstaculo efficaciter compellere non postponat, donec per spetiales apostolice sedis litteras ei constiterit, quod de predicta pecunia decimarum apud eos deposita necnon dampnis, expensis et interesse ac penis in instrumentis depositorum adiectis eisdem Dino, Francisco, Labro, Thure vel aliis ex ipsorum sociis nostro et predictorum Romane ecclesie ac Terre Sancte nomine apud sedem apostolicam fuerit plenarie satisfactum.

Et nichilominus, ne predictorum mercatorum * vel societatum apud quos, ut premittitur, habentur in depositum decime supradicte, tam detestabilis et horrendus excessus transeat incorrectus ac aliis ausum prebeat similia committendi, volentes artius procedere contra eos discretioni tue per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatinus singulos sepedictorum societatum Kardellinorum, Squartialuporum, Battosorum, Gheti Honesti, Orlandini Paganelli et Alfanorum mercatores, ubicumque per Tusciam et partes illi vicinas poterunt reperiri, auctoritate nostra per te vel alium seu alios monere et requirere studeas, ut infra octo dies post requisitionem tuam de prefata pecunia cum dampnis, expensis et interesse ac penis predictis in Romana curia celerem satisfactionem impendant. Illos vero, qui secus fecerint, quos extunc excommunicationis sententie decernimus subiacere, singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis per omnia loca, de quibus traxerant originem vel in quibus eos morari contigitur, excommunicatos publice nunties et tanquam excommunicatos facias ab omnibus artius evitari.

Et nichilominus, si per octo dies huiusmodi excommunicationem substinuerint anno^b indurato, per apprehensionem bonorum suorum tam mobilium quam stabilium et alias spiritualiter et temporaliter, prout expedire videris, districte compellas eosdem, donec in hac parte apostolicis mandatis paruerint et a predicta sede satisfactione plenaria precedente meruerint absolutionis beneficium obtinere, invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo non obstantibus aliquibus litteris apostolicis olim tibi vel aliis quibuscumque directis super cogendis eisdem mercatoribus vel eorum aliquo ad solutionem predictae decime faciendam seu processibus habitis per easdem, quos nichilominus in suo robore volumus permanere, seu si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per ipsius sedis litteras, que de indulto huiusmodi plenam et expressam non fecerint mentionem.

Mandatum autem^c nostrum sic in hac parte diligenter et celeriter exequaris, quod tue sollicitudinis studium possimus exinde non immerito commendare rescripturus nobis frequenter per tuas litteras harum seriem continentes, quicquid super premissis duxeris faciendum.

Dat. idus Perusii octobris pontificatus nostri anno quarto.

^a Daneben am Rand ein X.

^b Für animo.

^c Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

¹ Siehe Nr. 539.

540 (118)

Martin gewährt den geistlichen Personen und allen weltlichen Personen und Institutionen im Venaissin für den Zeitraum von drei Jahren, dass für die geistlichen Personen allein die eingesetzten Richter, für die weltlichen Personen und Institutionen allein der vom Papst eingesetzte Rektor Gerichtsinstanzen sind, und erklärt alle Papstbriefe und Briefe der päpstlichen Legaten, die anderes beinhalten, für nichtig.

Perugia, 1284 November 29.

Reg. Vat. 42, fol. 111r

Martinus etc. Venerabilibus fratribus episcopis et dilectis filiis religiosis ac nobiles viris baronibus, comunitatibus quoque ac hominibus universis in comitatu Venaysin.¹ constitutis nostris et ecclesie Romane fidelibus salutem etc.

Sicut ad nostrum pervenit auditum, nonnulli clerici et laici vos coram diversis iudicibus per
5 litteras sedis apostolice et legatorum eius faciunt ad iudicium evocari et fatigant plerumque
laboribus et expensis, quamquam ordinarius vester de vobis, fratres episcopi, necnon de vobis,
filii clerici et religiosi, vestri ordinarii super causis ad eorum forum spectantibus ac rector
Terre Venaysin. per sedem apostolicam deputatus de vobis, filii barones, comunitates et
10 homines super hiis, que ad iurisdictionem suam pertinent, parati existant cuilibet conquerenti
exhibere iustitie complementum.

Nos igitur quieti vestre, ne taliter impetamini, providere volentes auctoritate vobis
presentium indulgemus, ut, quamdiu vos episcopi, clerici et religiosi coram dictis ordinariis,
vos vero barones, comunitates et homines coram eodem rectore et suis officialibus parati
fueritis stare iuri, per huiusmodi dicte sedis et legatorum eius litteras impetratas, quarum
15 auctoritate nullus habitus est processus, et etiam impetrandas - nisi eodem littere apostolice
impetrande de presentibus fecerint mentionem - super premissis molestari ab aliquibus usque
ad triennium nullatenus valeatis. Nulli ergo etc.

Dat. Perusii III kal. Decembris pontificatus nostri anno quarto.

¹ Venaissin.

541 (119)

Martin befiehlt dem Bischof (Guillaume) von Orange, dafür zu sorgen, dass im Venaissin niemand entgegen des (obigen) päpstlichen Erlasses geistliche Personen und weltliche Personen und Institutionen vor unrechtmäßige Richter zitiert.

Perugia, 1284 November 29.

Reg. Vat. 42, fol. 111r-v

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus episcopus etc. Venerabili fratri . . . episcopo Aurasicen.¹ salutem etc.

Sicut ad nostrum pervenit auditum, nonnulli clerici et laici venerabiles fratres episcopos et dilectos filios clericos et religiosos ac nobiles viros barones, comunitates quoque ac homines in comitatu Venaysin. constitutos, nostros et ecclesie Romane fideles, coram diversis
5 iudicibus per litteras sedis apostolice et legatorum eius faciunt ad iudicium evocari et fatigant plerumque laboribus et expensis, quamquam eorundem episcoporum ordinarius de ipsis episcopis necnon de prefatis clericis et religiosis eorum ordinarii super causis ad ipsorum forum spectantibus ac rector Terre Venaysin. per sedem apostolicam deputatus de supradictis baronibus, comunitatibus et hominibus super hiis, que ad iurisdictionem suam pertinent, parati
10 existant cuilibet conquerenti exhibere iustitie complementum. Nos igitur quieti ipsorum, ne taliter impetantur, providere volentes eis per litteras nostras duximus indulgendum, ut, quamdiu ipsi episcopi cora^a suo, clerici vero ac religiosi coram ipsorum ordinariis et prefati barones, communitates ac homines coram eodem rectore ac suis officialibus parati fuerint stare iuri per huiusmodi dicte sedis et legatorum eius litteras impetratas, quarum auctoritate
15 nullus habitus est processus, et etiam impetrandas, nisi eodem littere apostolice impetrande de predictis nostris litteris fe*cerint mentionem super premissis, usque ad triennium ab aliquibus nullatenus valeant molestari.

Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus eosdem episcopos, clericos, religiosos, barones, communitates et homines per idem triennium non permittas
20 contra indulti nostri tenorem ab aliquibus molestari molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstante, si aliquibus a sede sit indultum eadem, quod interdicti vel excommunicari nequeant aut suspendi.

Dat. Perusii III. kal. Decembris pontificatus nostri anno quarto.

^a Für coram.

¹ Orange; 1280 und 1285 wird ein 'Guillelmus' als Bischof genannt, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 117.

542 (120)

Martin befiehlt dem Bischof von Spoleto, den Podestà, Kapitan, die Ratsmitglieder sowie sonstige Bürger und die Stadt Spoleto, die sich Übergriffe auf den Ort und die Kirche von Foligno schuldig gemacht haben, von Exkommunikation bzw. Interdikt zu lösen, nachdem sie sich wieder dem päpstlichen Befehl unterstellt haben, und gestattet dem Bischof und dem Klerus der Stadt, wieder ihr Amt auszuüben.

Perugia, 1284 Dezember 21.

Reg. Vat. 42, fol. 111v

Martinus^a etc.^a Venerabili fratri episcopo Spoletan.¹

Contigitur hactenus, quod propter multiplices et graves excessus perpetratos et continuatos diutius per . . potestatem, . . capitaneum, consilium et commune Spoletan. contra prohibitiones et mandata nostra in Fulginates et ecclesias et ecclesiasticas personas, terras
5 quoque ac bona Fulginatum² ipsorum in eosdem potestatem, capitaneum et consiliarios excommunicationis et in civitatem ipsorum interdicti sententias sub certa forma preter temporales penas duximus exigente iustitia promulgandas.

Cum autem potestas, capitaneus, consilium et commune predicti derelicto indevotionis
 10 invio, per quod periculosus^b oberrabant, ad devotionis semitas se consultius redducentes
 super premissis excessibus per proprium syndicum ad hoc speciale mandatum habentem
 iuraverint et promiserint nostris et ecclesie precise stare beneplacitis et mandatis ac demum,
 quantum nos et ecclesiam predictam contingunt, de premissis satisfaciendi iuxta^c nostrum
 beneplacitum plenam dederint cautionem, nobis humiliter supplicarunt, ut eos absolvere ab
 15 excommunicationis sententia ac interdictum huiusmodi relaxare misericorditer dignaremur,
 nos igitur more pii patris offensarum immemores, ubi ad hoc penitentiae signis congruentibus
 invitamur, ad eosdem potestatem, capitaneum, consilium et commune ac ad dictam civitatem
 misericordie gratiam convertentes volumus et fraternitati tue per apostolica scripta mandamus,
 quatinus prefatis potestati, capitaneo et consiliariis necnon et singularibus personis civitatis
 20 eiusdem ac districtus Spoletan., cum ab eis fueris requisitus, auctoritate nostra iuxta formam
 ecclesie per te vel alium seu alios beneficium absolutionis impendas et interdicto relaxato
 predicto tu ac clerus ibidem, que ad vestrum spectant officium, auctoritate simili exequamini
 libere^d sicut prius. Per predictam autem absolutionem prefatis Fulginatibus ecclesiis et
 ecclesiasticis personis ac aliis dampna passis non intendimus aliquod preiudicium generari,
 quominus super dictis excessibus seu dampnis per . . potestatem, capitaneum et consiliarios et
 25 commune predictos de mandato ipsorum factis et^e illatis teneantur plenarie stare iuri.

Dat. Perusii XII kal. Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

^{a-a} Am Rand nachgetragen. ^b periculosus vor Korrektur. ^c Korrigiert aus iusta. ^d Über der
 Zeile nachgetragen. ^e Über der Zeile nachgetragen.

¹ Rolando Taverna, Bischof von Spoleto 1278-85, vgl. Ughelli, *Italia sacra I*, 1263.

² Foligno. Spoleto hatte Perugia in seinem Konflikt mit Foligno 1282/1283 unterstützt und war deswegen mit dem Interdikt belegt worden, vgl. Waley, *Papal State*, 206.

543 (121)

Martin befiehlt dem Bischof von Spoleto, den Podestà, die Ratsmitglieder und die Gemeinde von Spoleto, über die aufgrund verschiedener Vergehen Exkommunikation bzw. Interdikt verhängt worden waren, davon zu lösen und ihnen das Bußsakrament zu spenden. Darüberhinaus befiehlt er ihm anzuordnen, dass ein rechtmäßiger Vertreter Spoletos innerhalb von 15 Tagen nach Weihnachten vor der Kurie erscheinen soll, um die päpstlichen Anordnungen bezüglich der verhängten Geldbußen entgegenzunehmen.

(Perugia, 1284 Dezember 21).

Reg. Vat. 42, fol. 111v

Siehe den vorhergehenden Brief.

Eidem. Ex parte . . potestatis, consilii et communis Spoletan. fuit nobis humiliter
 supplicatum, ut, cum ipsi nonnullas excommunicationum et interdicti sententias et pecuniarias
 penas in diversis litteris nostris eis directis appositas pro eo, quod contra ipsarum litterarum
 tenores nobiles viros dominos de Alivan.¹ ac castri Mevales² homines, vassallos eorum, et
 5 universitates Nursie³ et Cerreti⁴ hostiliter impugnarunt necnon et victualia ad Romanam
 curiam per ipsorum districtum non permiserunt deferri, incurrisse noscantur, et super hiis

paratos se offerant stare nostris beneplacitis et mandatis, easdem excommunicationum et interdicti sententias faceremus per discretum aliquem misericorditer relaxari.

10 Nos itaque more pii patris volentes agere benignius cum eisdem fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eis a prefatis dumtaxat excommunicationum sententiis per te vel alium seu alios, cum ab ipsis fueris requisitus, auctoritate nostra beneficium absolutionis impendas iuxta^a formam ecclesie consuetam et relaxato huiusmodi interdicto iniungas eis penitentiam salutarem. Nos autem non intendimus per absolutionem et relaxationem huiusmodi ipsos liberare vel relevare in aliquo a penis pecuniariis supradictis, 15 quominus ad solutionem earum, prout nobis placuerit, nostre camere teneantur ac eisdem nobilibus et universitatibus super iniuriis et dampnis illatis, si contra eos contendere voluerint, plenarie stare iuri.

Et quia volumus, quod super eisdem penis pecuniariis per ipsos Spoletan. nostris beneplacitis pareatur, presentium tibi auctoritate mandamus, ut eisdem Spoletan. auctoritate 20 nostra precipias, quod infra quindenam instantis natalis Domini per legitimum syndicum ad hoc spetialiter constitutum compareant coram nobis facturi et recepturi, quod eis super hiis duxerimus iniungendum, aperte predicens eisdem, si^b secus fecerint, ad exactionem dictarum penarum et alias spiritualiter et temporaliter procedi, prout expedire viderimus, faciemus.

Dat. ut supra.

^a Davor eine Lücke.

^b Davor wohl quod zu ergänzen.

¹ Alivano, Prov. Perugia.

² Meval, Prov. Perugia.

³ Norcia, Prov. Perugia.

⁴ Cerreto di Spoleto, Prov. Perugia.

544 (122)

Martin erteilt dem Inquisitor, dem Mindererbruder Monaldus, den Befehl, Stadt und Einwohner von Narni, die sich wieder dem Papst unterstellt haben, von Interdikt und Exkommunikation zu lösen.

(Perugia, 1284 Dezember 21).

Reg. Vat. 42, fol. 111v-112r

Sbaralea, Bullarium Franciscanum I, Nr. 69 - Potthast 22188.

Dilecto filio fratri Monaldi ordinis fratrum minorum inquisitori heretice pravitatis in administratione beati Francisci a sede apostolica deputato¹.

5 Ex parte . . . potestatis, consilii ac hominum civitatis et diocesis * Narnien.² fuit nobis expositum, ut, cum ipsi super excommunicationis et interdicti sententiis ac certis penis pecuniariis, quas pro eo, quod contra mandatum apostolicum sub certa forma per speciales et 10 diversas nostras litteras eis factum et alias etiam hominibus Perusin. et eorum sequacibus tunc in rebellione sedis apostolice presistentibus contra homines Fulgineo³ dederunt auxilium, consilium et favorem, incurrisse noscuntur, per . . . syndicum eorum legitimum ad hoc spetialiter constitutum precise stare iuraverint nostris beneplacitis et mandatis sitque per eos de huiusmodi penis iuxta nostrum beneplacitum nostre camere satisfactum, ipsos a dicta 10 excommunicatione absolvi et interdictum huiusmodi relaxari per discretum aliquem

15 misericorditer mandaremus, nos itaque more pii patris volentes benignius agere cum eisdem
ac satisfactionem huiusmodi acceptantes eos a prefatis penis pecuniariis presentium
auctoritate absolvimus et quitamus tibi, de cuius circumspectione confidimus, per apostolica
scripta mandantes, quatinus auctoritate nostra prefatum interdictum relaxans eisdem potestati,
consiliariis et officialibus et hominibus dicte civitatis et diocesis Narnien., cum ab ipsis
requisitus fueris, per te vel alium seu alios a prefata excommunicationis sententia beneficium
absolutionis impendas iuxta formam ecclesie consuetam et iniungas eis penitentiam
20 salutarem. Nos autem non intendimus per quitationem, absolutionem et relaxationem
huiusmodi eidem hominibus de Fulgineo aliquod preiudicium generari, quominus super
dampnis illatis eisdem predicti Narnien. et homines eiusdem diocesis teneantur plenarie stare
iuri.

Dat. ut supra.

¹ Nicht nachgewiesen.

² Narni (Prov. Terni).

³ Foligno (Prov. Perugia).

545 (123)

*Martin befiehlt dem Pfalzgrafen in der Toskana, Guido Salvatico, entgegen seiner Absicht
weiterhin für die Besatzung der Burg Modigliano zu sorgen, und teilt ihm mit, dass er den
Rektor der Romagna angewiesen habe, die Grafen von Modigliano zur Zahlung des
5 erforderlichen Soldes zu zwingen.*

Perugia, 1284 Dezember 26.

Reg. Vat. 42, fol. 112v

Martinus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio nobili viro Guidoni Salvatico¹ in
Tuscia comiti Palatin. salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut nuper accepimus, in commissa tibi custodia rocce Mutilian.² reputas te gravatum ex
eo, quod deputatis a te ibidem custodibus oportuna stipendia non solvuntur, propter quod
5 eandem roccam habere ulterius sub tua custodia non intendis, set in manibus dilecti filii . . .
rektoris Romaniolae³ niteris resignare.

Nos itaque attendentes, quod tibi, tamquam devoto filio et honoris nostri et Romane
ecclesie precipuo zelatori, per rectorem predictum commissa extitit custodia dicte rocce,
nobilitatem tuam attente rogandam duximus et hortandam per apostolica tibi scripta
10 mandantes, quatinus super hoc nostris beneplacitis devotius te coaptans roccam ipsam, sicut
hactenus, adhuc per tempus aliquod pro nostra et apostolice sedis reverentia facias fideliter
custodiri, ita quod eiusdem rocce occasione non possit aliquod scandalum in dicta provincia
exoriri, set potius devotionem tuam exinde possimus de bono in melius dignis in Domino
laudibus commendare.

15 Nos enim eidem rectori damus nostris litteris in mandatis, ut ad requisitionem tuam
comites Mutilian. precise tradita sibi potestate compellat ad solvendum tibi oportuna stipendia
pro custodia dicte rocce tam pro preterito tempore quam etiam pro futuro.

Dat. Perusii VII kal. Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

¹ Guido Salvatico, vgl. Nr. 62.

² Modigliana (Prov. Forlì). Für die Bewachung der Burg mußten die Grafen von Modigliana aufkommen, siehe oben Nr. 229 bzw. Nr. 230 und den nachfolgenden Brief.

³ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

546 (124)

Martin befiehlt dem Rektor der Romagna, Guillaume Durand, die Grafen von Modigliano zu zwingen, Guido Salvatico für die Bewachung der Burg Modigliano einen angemessenen Betrag zu zahlen.

(Perugia, 1284 Dezember 26).

Reg. Vat. 42, fol. 112r

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti cappellano nostro rectori provincie Romaniolae salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut nuper accepimus, dilectus filius nobilis vir Guido Salvaticus, in Tuscia comes Palatin., in commissa sibi custodia rocce Mutilian. etc. ut supra verbis competenter mutatis usque commendare.

5

Ideoque presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ad requisitionem prefati nobilis comites Mutilian. precise tradita tibi potestate compellas ad solvendum ei oportuna stipendia pro custodia dicte rocce tam pro preterito tempore quam etiam pro futuro.

Dat. ut supra.

547 (125)

Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona, Giffrid von Anagni, die Städte Ancona, Fermo und Ascoli Piceno unter Strafantrohung anzuweisen, keine Richter als Appellationsinstanzen einzusetzen bzw. die bereits eingesetzten wieder zu entlassen, da die Kirche alleinige Appellationsinstanz ist.

Perugia, 1284 Dezember 27.

Reg. Vat. 42, fol. 112r

Mercantini, Giffredo di Anagni, 641.

Martinus tec. Dilecto filio magistro Gifrido de Anangnia¹ notario nostro Marchie Anconitan. rectori salutem etc.

Sicut nuper ex parte tua accepimus, Anconitan.,² Firman.³ et Esculan.⁴ civitatum communia ad enervationem domini et iurisdictionis Romane ecclesie improvide anelantes exgravatores⁵ super causis appellationum, quarum cognitio ad eandem ecclesiam immediate non est dubium pertinere, intendunt assumere et habere, super quo^a petebas a nobis tibi nostrum beneplacitum demandari.

5

Cum itaque talia, que in nostrum et apostolice sedis preiudicium et gravamen manifeste
redundant, non intendamus - prout etiam nec debemus - aliquatenus tolerare, presentium tibi
10 auctoritate mandamus, quatinus eisdem communibus sub certa pena, de qua videris expedire,
auctoritate nostra districte precipias, ne super huiusmodi appellationibus dictos exgravores^b
seu alios, quocumque nomine censeantur, eligere vel assumere quoquomodo presumant, et si
quos forsitan assumpserunt, non differant amovere, eos, qui contra fecerint, per exactionem
dicte pene et alias spiritualiter et temporaliter potestate tibi tradita sic acriter castigando, quod
15 ipsi a tanta presumptione destare compellantur ac alii metu pene attemptare similia non
presumant et nos tuam possimus exinde diligentiam merito commendare.

Nos enim nichilominus irritum decernimus et inane, quicquid super hiis per dicta
communia vel eorum aliquod est attemptatum seu contigerit in posterum attemptari.

Dat. Perusii VI. kal. Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

^a Davor as getilgt. ^b Für exgravatores.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Ancona.

³ Fermo (Prov. Ascoli-Piceno).

⁴ Ascoli Piceno.

⁵ Zu diesem Begriff vgl. Du Cange, II-III, 361.

548 (126)

Martin befiehlt dem Rektor der Campagna und Marittima, Friedrich, dem Elekten von Ivrea, nach eigenem Gutdünken einen Kapitän für das päpstliche Heer auszuwählen. In den übrigen Angelegenheiten wird er ihm seine Entscheidungen schriftlich mitteilen.

Perugia, 1284 Dezember 21.

Reg. Vat. 42, fol. 112v

Martinus etc. Dilecto filio F. electo Iporien.¹ Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

Cum, sicut nobis tuis litteris intimasti, . . . capitaneo stipendiariorum nostrorum in Campania
data licentia recedendi iidem stipendiarii de eligendo alio non concordent, petebas, quod
unum capitaneum mitteremus vel significaremus carissimo in Christo filio nostro . . . regi
5 Sicilie illustri², ut huiusmodi capitaneum destinaret. Et quia videtur iustitiariis regiis
Aprutin.,³ cum quibus super hoc habuisti tractatum, quod quilibet de quatuor personis, quas in
dictis tuis litteris expressisti, esset ydoneus ad dicte capitanie officum exercendum, postulabas
instanter super hoc nostrum beneplacitum declarari.

Nos igitur adtendentes, quod ad presens non expedit personas novas conducere pro officio
10 supradicto, presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus absque more dispendio illum de
dictis stipendiariis preficias in capitaneum, de quo utilius videris expedire.

Super eo vero, quod intimasti Conradum de Antiochia⁴, rebellem ecclesie Romane, a
subditis monasteriorum Farfen.⁵ Sublacen.⁶ Sancti Salvatoris Reatin.⁷ et nonnullis allis de
15 terris Romane ecclesie memorate maiori subsidio confoveri, noveris nos in hoc iam per
nostras litteras providisse, prout vidimus oportunum.

De depositis proditorum^a dicti regis, que significasti reperta in monasterio Fossenove⁸, in brevi providebimus, prout viderimus expedire. Interim autem illa facias conservari, donec super hiis nostrum beneplacitum duxerimus exprimendum.

Dat. Perusii XII. kal. Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

^a *Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt, predictorum gestrichen.*

¹ Friedrich von Ivrea, vgl. Nr. 201 Anm. 2.

² Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

³ Abruzen.

⁴ Konrad von Antiochien, vgl. Nr. 140 Anm. 2.

⁵ Farfa (Prov. Rieti).

⁶ Subiaco (Prov. Rom).

⁷ San Salvatore Maggiore, Benediktinerkloster, vgl. Nr. 538.

⁸ Fossanova (Prov. Latina), Zisterzienserkloster.

549 (127)

Martin befiehlt dem Rektor der Campagna und Marittima, Friedrich, dem Elekten von Ivrea, genau zu untersuchen, inwieweit Adinulf Mathie von Anagni und andere aus seiner Provinz Konrad von Antiochien, der im Regno rebelliert, unterstützen.

Perugia, 1284 Dezember 24.

Reg. Vat. 42, fol. 112v

Siehe zu den Personen auch den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio F. electo Iporien. Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

Ad nostrum pervenit auditum, quod Adinulfus Mathie de Anagnia¹ et nonnulli alii de Campania contra Romanam ecclesiam occulte maculam indevotionis habentes nuper Conrado de Antiochia², de infidelium stirpe progenito, nostro et ecclesie prefate rebeli, cum idem C.
5 regnum Sicilie quibusdam congregatis rebellibus violenter aggredi attemptavit, transmiserunt quandam armatorum hominum quantitatem.

Volentes itaque veritatem scire de temeritate huiusmodi et excessu discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus inquisitionem de hiis facias diligentem et quicquid inde inveneris, nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas quamtocius intimare.

10 Dat. Perusii VIII. kal. Ianuarii pontificatus anno quarto.

¹ Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

² Konrad von Antiochien, vgl. Nr. 140 Anm. 2. - Im Zentrum des hier geschilderten Aufstandes standen die Abruzen, vgl. Meriggi, *Corrado I*, 177.

550 (128)

Martin entspricht einer Bitte von Friedrich von Ivrea und gestattet ihm, solange nichts von dem bei ihm in Verwahrung befindlichen Teil des Zehnten auszahlen zu müssen, wie er sich in päpstlichem Dienst befindet.

Perugia, 1284 Dezember 21.

Reg. Vat. 42, fol. 112v

Martinus etc. Eidem.

Cum, sicut nuper ex tenore litterarum tuarum accepimus, apud te deposita est quedam
quantitas de pecunia decimarum nec de levi in tua possit absentia ipsius peccunie restitutio
obtineri, quare supplicabas humiliter, ut te nostris et ecclesie Romane servitiis immorante per
5 collectorem decimarum Lombardie faceremus terminum, quo tenebaris dictam pecuniam
restituere, prorogari.

Nos igitur tuis supplicationibus inclinati tibi tenore presentium indulgemus, quod, quamdiu
in nostris et Romane ecclesie servitiis permanebis, ad restitutionem dicte pecunie compelli
non possis absque vestra spetiali conscientia et mandato, ita tamen, quod, postquam a servitiis
10 predictis discesseris, tenearis ad restitutionem dicti depositi sicut prius.

Dat. Perusii XII kal. Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

551 (129)

*Martin erlaubt Friedrich von Ivrea, elf für die Sicherheit und die Bewachung der Stadt
wichtige Häuser in Frosinone aus den Einnahmen seiner Provinz zu kaufen. Außerdem läßt er
ihn wissen, dass die Lehen des verstorbenen Emanuel, um die Friedrich für zwei seiner Neffen
5 gebeten hatte, schon vergeben sind, versichert ihn aber weiterhin seines Wohlwollens in
dieser Sache.*

(Perugia, 1284 Dezember 21).

Reg. Vat. 42, fol. 112v

Martinus etc. Eidem. Significasti nobis per tuas litteras, quod quedam casalina sunt infra
moram^a castrum Frusinon.,¹ sine quibus non potest bene provideri cautela et custodia dicti castrum.
Unde, cum casalina ipsa, que sunt undecim numero, ad minus pro pretio quingentorum
Florenorum auri haberi valeant, petebas super hoc votum nostrum tibi apertius declarari.

5 Volumus igitur, ut circa dicti castrum custodiam et cautelam adhibeas omnem, quam potes,
diligentiam oportunam. Casalina ipsa de proventibus commisse tibi provincie, qui ad manus
tuas obvenient, emas nostro et ecclesie Romane nomine faciens de emptione huiusmodi
confici publica instrumenta per te ad nostram cameram transmittenda.

10 Super eo vero, quod duobus tuis nepotibus, clericis bone indolis et bene studentibus in
scolasticis disciplinis de beneficiis quondam Emanuelis provideri petebas, noveris dicta
beneficia fuisse a nobis petita, priusquam nobis essent tue super hiis littere destinate, et ea nos

iam aliis concessisse. Intendimus autem eos obtentu tui recomendatos habere ac prosequi gratiose. Quare significa nobis, cuius etatis iidem existere dinoscantur, et beneficia, si qua habent.

15 Dat. ut supra.

^a Für murum.

¹ Frosinone.

552 (130)

Martin befiehlt . . , dem Thesaurar in der Campagna und Marittima, dem Rektor Friedrich von Ivrea für die großen Ausgaben zu Beginn seiner Amtszeit zusätzlich zu seinem täglichen Lohn 200 Pfund aus den Einnahmen seiner Provinz auszuzahlen.

Perugia, 1284 Dezember 22.

Reg. Vat. 42, fol. 112v-113r

Martinus etc. Dilecto filio . . . tesaurario¹ Romane ecclesie in Campania et Maritima salutem etc.

5 Cum dilectum filium F., Iporien. electum², Campanie Maritimeque rectorem, in principio sui regiminis propter multa sibi incumbentia subire oportuerit graviora onera expensarum, nos intendentes eum super hoc in aliquo relevare ducentas libras provenientes de proventibus provincie regimini suo commisse de speciali gratia sibi per nostras litteras duximus concedendas.

10 Ideoque volumus et presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ei de * huiusmodi proventibus preter cotidianum stipendium sibi a nostra camera deputatum persolvas quantitem^a pecunie supradicte.

Dat. Perusii XI. kal. Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

^a Für quantitatem.

Brief gleichen, nur entsprechend abgewandelten Inhalts an den Rektor.

(Perugia), 1284 Dezember 21.

¹ Nicht identifiziert.

² Friedrich von Ivrea, vgl. Nr. 201 Anm. 2.

In eundem modum. Eidem rectori verbis competenter mutatis usque in finem.
Dat. XII^a kal. Ianuarii.

^a *Davor ut supra. gestrichen.*

553 (131)

Martin befiehlt dem Volk und Klerus von Ivrea, dem Elekten Friedrich und jetzigen Rektor der Campagna und Marittima, auch wenn er es versäumt hat, innerhalb der erforderlichen Frist die Weihe zu erbitten, zu gehorchen und ihm die geschuldeten Einnahmen zukommen zu lassen.

Perugia, 1284 Dezember 19.

Reg. Vat. 42, fol. 113r

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis clero et populo Yporien.¹ salutem etc.

5 Ex parte dilecti filii F., Yporien. electi², Campanie Maritimeque rectoris, fuit expositum coram nobis, quod ipse dudum ad sedem apostolicam ea intentione accessit, ut ipsum a vinculo, quo tenetur dicte ecclesie, absolvere dignaremur, propter quod infra tempus statutum a canone non
10 petiit consecrari. Quare humiliter supplicavit, ut super hoc sibi providere de oportuno remedio dignaremur.

Cum igitur eundem electum ad regimen Campanie ac Maritime, terrarum Romane ecclesie, duxerimus deputandum ac ipse commissum sibi regimen fideliter exercendo nostra et ipsius ecclesie servitia prudenter et sollicite prosequatur^a nosque ipsum propter hoc reputemus dignum
15 apostolice sedis gratia et favore, unversitatem vestram rogamus et hortamur attente vobis per apostolica scripta mandantes, quatinus ei predictis servitiis immoranti non obstante, quod munus consecrationis infra dictum tempus non petiit, tamquam electo vestro obedire humiliter ac de iuribus et redditibus sibi debitis integre respondere curetis, ita quod devotionem vestram
possimus in Domino einde non immerito commendare.

15 Dat. Perusii XIII. kal. Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

^a *prosequantur vor Korrektur.* ^b *Für exinde.*

¹ Ivrea, Prov. Turin.

² Friedrich von Ivrea, vgl. Nr. 201 Anm. 2.

554 (132)

Martin befiehlt Friedrich von Ivrea, unverzüglich die gegen Adinulf von Anagni und seine Anhänger verhängten Strafen gemäß der ihm früher übersandten päpstlichen Mandate einzufordern.

Perugia, 1284 Dezember 23.

Reg. Vat. 42, fol. 113r

Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio F.¹ Iporien. electo Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

5 Nuper transmissae nobis tue littere inter alia continebant, quod ad exactionem penarum Adinulfi de Anagnia² ac fautorum suorum et quarumlibet communitatum et personarum Campanie et Maritime, in quas tam pro suis culpis, quam per processus contra eos habitos incidisse noscuntur, prout per litteras nostras tibi mandatum extitit, certis inpeditis negotiis olim procedere nequivisti quodque nunc ad exequendum ipsum intendis sollicite laborare^a.

10 Nos autem super hiis volentes a te celeriter et intelligenter procedi tibi per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatinus ad exactionem predictarum penarum contra predictum Adinulfum eiusque complices et sequaces ac omnes alios supradictos iuxta earundem litterarum nostrarum tenorem et etiam auctoritate presentium intrepide et efficaciter procedere non postponas, ita quod per effectum operis possimus exinde tue diligentie studium de bono in melius commendare. Nolumus, quod per mandatum huiusmodi contra communem Anagnie³ absque nostra spetiali licentia procedatur.

15 Dat. Perusii X. kal. Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

^a *Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt, liberare gestrichen.*

¹ Friedrich von Ivrea, vgl. Nr. 201 Anm. 2.

² Adinulf von Anagni, vgl. Nr. 194 Anm. 1.

³ Anagni, Prov. Frosinone.

555 (133)

Martin antwortet Friedrich von Ivrea in Anlehnung an einen Entscheid Karls von Anjou, dass die Dinge, die er und die päpstlichen Söldner während einer Schlacht bei Castrocielo in ihren Herbergen zurückgelassen haben und bei ihrer Rückkehr nicht mehr vorfinden, nicht ersetzt werden müssen. Bei dem Ersetzen der Pferde möge er umsichtig verfahren, so dass die Kammer nicht zu sehr belastet wird.

(Perugia, 1284 Dezember 23).

Reg. Vat. 42, fol. 113r

Martinus etc. Eidem.^a Significasti nobis per tuas litteras, quod pridem occasione belli habiti apud Castrum Cellarum¹ tu ac stipendiarii nostri, qui in ipso bello viriliter preliarunt, dum ad hospitia rediretis,^b res et bona, que in ipsis dimiseratis hospitiis, invenistis amissa et per ipsius castris proditores capta et etiam asportata, super quibus petebas provideri a nobis ac celeriter responderi.

5
10
15
20
25
30
35
40
45
50
55
60
65
70
75
80
85
90
95
100
105
110
115
120
125
130
135
140
145
150
155
160
165
170
175
180
185
190
195
200
205
210
215
220
225
230
235
240
245
250
255
260
265
270
275
280
285
290
295
300
305
310
315
320
325
330
335
340
345
350
355
360
365
370
375
380
385
390
395
400
405
410
415
420
425
430
435
440
445
450
455
460
465
470
475
480
485
490
495
500
505
510
515
520
525
530
535
540
545
550
555
560
565
570
575
580
585
590
595
600
605
610
615
620
625
630
635
640
645
650
655
660
665
670
675
680
685
690
695
700
705
710
715
720
725
730
735
740
745
750
755
760
765
770
775
780
785
790
795
800
805
810
815
820
825
830
835
840
845
850
855
860
865
870
875
880
885
890
895
900
905
910
915
920
925
930
935
940
945
950
955
960
965
970
975
980
985
990
995

Nos igitur attendentes, quod alias in casu simili carissimi in Christo^c . . . regis Sicilie illustris², consilium duximus requirendum, qui expresse asseruit non esse consuetum, quod de talibus fiat restitutio vel emenda, et super hoc stipendiariis suis Galicis, tunc in Romaniola ad servitium Romane ecclesie existentibus, suas patentes litteras destinavit, presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus super premissis acquiescas^d assertioni huiusmodi dicti regis.

Super eo vero, quod de emendandis equis subsequenter in dictis^e tuis litteris dicebatur, volumus, quod emende equorum rationabiles eis fiant, proviso tamen, quod in hiis non sic te exhibeas liberalem, quod camera nostra exinde indebite aggravetur. Ipsos autem stipendiarios, cum, sicut intimasti, fideles sint et strenui, in eorum iustis petitionibus habere intendimus commendatos, ut sentientes sibi favorem apostolicum gratiosum ad nostra et ecclesie predictae servitia fortius animentur.

Dat. ut supra.

^a *Davor* Dilecto filio Federico electo Iporien. Campanie Maritimeque rectori salutem etc. *gestrichen*.

^b *reddiretis vor Korrektur.* ^c *Danach filii zu ergänzen.* ^d *Davor actibus gestrichen.* ^e *Über der Zeile nachgetragen.*

¹ Castrocielo, Prov. Frosinone. Federico hatte Konrad von Antiochien und seine Anhänger hier in einer Schlacht im Herbst 1284 besiegt, siehe oben Nr. 532.

² Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

556 (134)

Martin befiehlt Friedrich von Ivrea, da Konrad von Antiochien fortfährt, Unruhe zu stiften, gegen dessen Bürgen, die sich in seiner Provinz oder benachbarten Orten aufhalten, vorzugehen und die festgesetzten Bußen einzufordern.

Perugia, 1284 Dezember 21.

Reg. Vat. 42, fol. 113r-v

Martinus etc. Eidem salutem etc.

5
10
15
20
25
30
35
40
45
50
55
60
65
70
75
80
85
90
95
100
105
110
115
120
125
130
135
140
145
150
155
160
165
170
175
180
185
190
195
200
205
210
215
220
225
230
235
240
245
250
255
260
265
270
275
280
285
290
295
300
305
310
315
320
325
330
335
340
345
350
355
360
365
370
375
380
385
390
395
400
405
410
415
420
425
430
435
440
445
450
455
460
465
470
475
480
485
490
495
500
505
510
515
520
525
530
535
540
545
550
555
560
565
570
575
580
585
590
595
600
605
610
615
620
625
630
635
640
645
650
655
660
665
670
675
680
685
690
695
700
705
710
715
720
725
730
735
740
745
750
755
760
765
770
775
780
785
790
795
800
805
810
815
820
825
830
835
840
845
850
855
860
865
870
875
880
885
890
895
900
905
910
915
920
925
930
935
940
945
950
955
960
965
970
975
980
985
990
995

Cum Conradus de Antiochia¹, noster et ecclesie Romane rebellis, tamquam obstinationis filius, non vereatur in sua contumacia dampnabiliter perdurare, volumus et presentium tibi tenore precipiendo mandamus, quatinus contra fideiussores suos, quos in commissa tibi provincia vel locis eidem vicinis poteris reperire, viriliter et animose procedens eos ad solutionem penarum, ad quos pro dicto Conrado se Romane ecclesie obligarunt, prout constat publico insrumento, cuius copiam sub sigillo dilecti filii B.², camerarii nostri, tibi transmittimus, appellatione remota efficaciter compellere non postponas, ita quod tue diligentie studium possimus exinde merito

10 commendare rescripturus nobis per tuas litteras harum seriem continentes, quicquid super hiis duxeris * faciendum.

Dat. Perusii XII. Kal Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

¹ Konrad von Antiochien, vgl. Nr. 140 Anm. 2.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

557 (135)

Martin antwortet Friedrich von Ivrea, dass er Wales Paelle zum neuen Kapitan des päpstlichen Heeres in der Campagna bestimmt hat und befiehlt ihm, diesen durch den Marschall Balduin Triste einsetzen zu lassen. - Über die Tatsache, dass der Rebell Konrad von Antiochien durch die Untertanen der Klöster Farfa, Subiaco und San Salvatore Maggiore unterstützt wird, wird er ihm demnächst seine Entscheidungen mitteilen. - Die Güter des Petrus de Calabria, die er im Kloster Fossanova gefunden hat, soll er diesem zurückgeben, alle übrigen aber bis auf weiteres einbehalten, bis über ihre Verwendung entschieden ist.

Perugia, 1285 Januar 12.

Reg. Vat. 42, fol. 113v

5 Martinus etc. Eidem. Cum, sicut nobis tuis litteris intimasti, capitaneo stipendiariorum nostrorum in Campania data licentia recedendi iidem stipendiarii de eligendo alio non concordent, petebas, quatinus capitaneum mitteremus vel significarem carissimo in Christo filio nostro . . . regi Sicilie illustri¹, ut huiusmodi capitaneum destinaret. Et quia videtur iustitiariis regii Aprutin.,² cum quibus super hoc habuisti tractatum, quod quilibet de quatuor personis, quas in dictis tuis litteris expressisti, esset ydoneus ad dicte capitanie officium exercendum, postulabas instanter super hoc nostrum beneplacitum declarari.

10 Nos igitur attendentes, quod nobilis vir Wales Paelle marescalcus stipendiariorum ipsorum ad gerendam eandem capitaniam ydoneus reputatur, volumus et presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus dilecto filio Balduino dicto Tristan, milite in marescalcie officio constituto, predictum Wales Paelle absque more dispendio predictis stipendiariis in capitaneum preficere non postponas faciens ei in hiis, que ad officium eius pertinet, obediri.

15 Super eo vero, quod intimasti Conradum de Antiochia³, rebellem ecclesie Romane, a subditis monasteriorum Farfen.⁴ Sublacen.⁵, Sancti Salvatoris Reatin.⁶ et nonnullis aliis de terris Romane ecclesie memorate maiori subsidio confoveri, noveris iam in hoc nos per nostras litteras providisse, prout vidimus oportunum.

Preterea, sicut nobis eisdem tuis litteris intimasti, inter deposita, que nuper invenisti in monasterio Fossenove⁷, quoddam depositum nobilis viri Petri de Calabria Cortis Caranzarii reperitur, super quo tibi exprimi nostrum beneplacitum postulabas.

20 Nos attendentes, prout fidedignorum relatione accepimus, quod idem Petrus erga servitia dicti regis se gerit fideliter et prudenter, volumus et tibi presentium tenore mandamus, ut huiusmodi depositum dicti Petri absolvas nec ipsum aliqua occasione super ipso deposito impetas vel

25 molestes, quominus, quicquid sibi placuerit, sicut de aliis bonis suis possit facere de eodem. Reliqua vero deposita diligenter facias conservari, donec super hiis nostrum beneplacitum duxerimus exprimendum.

Dat. Perusii IIII idus Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

¹ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5.

² Abruzzen

³ Konrad von Antiochien, vgl. Nr. 140 Anm. 2.

⁴ Farfa, Prov. Rieti.

⁵ Subiaco, Prov. Rom.

⁶ San Salvatore Maggiore, Benediktinerkloster, vgl. Nr. 538.

⁷ Fossanova (Zisterzienserklöster), Prov. Latina.

558 (136)

Martin quittiert dem Kaufmann Alfano Johannis und den übrigen Kaufleuten der Florentiner Sozietät der 'Alfani', dass er aus dem in Deutschland von dem Prior (Theoderich) von San Andrea in Orvieto gesammelten Kreuzzugszehnten 771 Mark Silber aus Straßburg (nach Straßburger Pfund) und 300 Mark Silber aus Freiburg (nach Mainzer Pfund) an die genannten Kammerkaufleute übergeben hat.

Perugia, 1284 Dezember 18.

Reg. Vat. 42, fol. 113v

Martinus^a etc. Dilecto filio Alfano Johannis de societate Alfanorum civi et mercatori Florentin. salutem etc.

5 Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte per dilectum filium . . priorem secularis ecclesie Sancti Andree Urbevetan.,¹ cappellanum nostrum, in partibus Alamanie apostolica auctoritate collecta et penes socios tuos eadem auctoritate deposita in diverso genere
10 monetarum dilectis filiis Dino Johannis de Thome Spiliati et Lapi Hugonis, Maynetto Raynaldi de Pulicum et Rimbertainorum Florentin., Thure Bonamiki de Bonaventure Bernardini Senen. et Vanto Honesti de Rizardorum Lucan. societatibus mercatoribus recipientibus nostro et ecclesie
15 Romane ac Terre Sancte nomine ad mandatum dilecti filii Berardi, camerarii nostri², auctoritate litterarum nostrarum ei super hoc spetialiter directarum et de spetiali nostra conniventia tibi factum septingentas septuaginta unam argenti de Argentina ad pondus Argentin., trecentas argenti de Friborg ad ponus^b Maguntin. marcas tuo, Aldebrandini Brunetti, Jacobiti Verroclii et Foresii de Alfani ac omnium aliorum sociorum tuorum et societatis tue nomine duxeris persolvendas, nos solutionem huiusmodi ratam et gratam habentes ac volentes super hoc tue societatis et sociorum ipsorum indemnitatibus precavere tenore fatemur de huiusmodi quantitate pecunie per te tuo et eorundem sociorum et societatis tue nomine, ut premititur, dictis mercatoribus persoluta fore nobis et Romane ecclesie ac predictae Terre Sancte plenarie satisfactum decernentes, ut instrumenta seu quecumque littere et obligationes sub quavis forma verborum super pecunia huiusmodi decimarum confecta sint omnino cassa et vacua quoad

20 eandem quantitatem pecunie sic solutam mercatoribus supradictis nec aliquis pretextu eorundem instrumentorum, litterarum et obligationum te ac societatem eandem et socios ipsos ac tuos heredes eorum et successores inposterum impetere valeat aut etiam molestari. Has quoque litteras bulla nostra munitas in testimonium solutionis huiusmodi tibi ^bad tuam^b et eorundem sociorum tuorum et societatis cautelam duxerimus concedendas.

25 Dat. Perusii XV. kal. Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

^a Paragraphenzeichen fehlt, daneben am Rand: apodissa.
nachgetragen.

^b Für pondus.

^{c-c} Über der Zeile

¹ Theoderich von Orvieto, vgl. Nr. 530 Anm. 3. - Es handelt sich also hier um Gelder, die in den Erzdiözesen Mainz und Trier gesammelt worden waren, wo Theoderich als Kollektor fungierte.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

559 (137)

Martin befiehlt Bernardo de Assisi und Matheo Johannes Citadino de Orvieto, über die schweren Verbrechen, die in Orvieto gegen die Familie des verstorbenen Marschalls der Kurie, Robert von Richeville und andere Kuriale unter Mitwissen des damaligen Kapitäns der Stadt, Nerius Hugolini de Orcla, begangen worden waren, alle Zeugen zu befragen und ihm ihre schriftlich festgehaltenen Ergebnisse zu überbringen, damit er über das weitere Vorgehen entscheiden kann.

(Perugia), 1285 Januar 13.

Reg. Vat. 42, fol. 113r-114r

Martinus etc. Dilectis filiis Bernardo de Asisio et Matheo Johannis Citadini de Urbeveteri salutem etc.

Pridem in civitate Urbemveterum nobis cum nostra curia adhuc existentibus in eadem nonnulli fami*liares Neri Hugolini de Greca¹ militis, tunc capitanei dicte civitatis, adunitis sibi quibusdam iniquitatis filiis, qui in rebus pessimis gloriantur, in familiam quondam Roberti de Riccavilla², tunc nostre curie marescalci, et quamplures alios curiales non absque ipsius Neri conniventia, prout verisimiliter presumitur, insultum publice ex premeditata malitia facientes aliquos ex ipsa familia crudeliter occiderunt et nonnullos letaliter vulnerantes alias nimis et iniuriis gravibus affecerunt predicto Nerio et quibusdam aliis suis concivibus eosdem malefactores post huiusmodi facinus publice perpetratum non verentibus in huiusmodi excessibus defendere eos on propriis domibus receptando.

Cum igitur hec non sine nostra et apostolice sedis iniuria et contemptu ac omnium, qui in prefata curia commorantur, gravi personarum et rerum periculo perpetrata noscantur nec illa nos deceat impunita relinquere, ne prebeant aliis ausum similia presumendi, discretioni vestre presentium auctoritate committimus et mandamus, quatinus vocatis omnibus, quos videritis evocandos super premissis, tam contra eundem Nerium quam contra malefactores eosdem ac omnes alios defensores et receptatores eorum ab hominibus dicte civitatis et omnibus aliis de Romana curia vel etiam aliunde, de quibus expedire videritis, inquiratis diligenter et sollicite

20 veritatem et que inveneritis, in scriptis redacta fideliter per vos ad nostram notitiam deducatis, ut
super hiis, prout expedire viderimus, procedere auctore Domino valeamus.

Dat. idus^a Ianuarii pontificatus nostro anno quarto.

^a *Richtig wäre* Idibus.

¹ Ranieri bzw. 'Neri' della Greca, Sohn Hugolinos della Greca, war 1280-81 und 1284 *capitano del popolo* in Orvieto und Anführer der dortigen Ghibellinen, vgl. Waley, *Mediaeval Orvieto*, 53 ff.

² Robert de Richeville, vgl. Nr. 89 Anm. 3.

560 (138)

Martin ernennt Guido Corgue aus Perugia zum zuständigen Richter für Appellationen an die Kurie bei Verbrechen.

Perugia, 1285 Januar 27.

Reg. Vat. 42. fol. 114r

Martinus etc. Dilecto filio Guidoni Corgue civi Perusin. iudici salutem et apostolicam benedictionem.

5 Inter multiplices^a curas et sollicitudines, que pro temporis qualitate animo nostro se ingerunt, illam non modicam reputamus, qua provocantibus de terra ecclesie ad sedem apostolicam in
singulis casibus, ut iustitiam invenire valeant, providetur.

10 Cum itaque nonnumquam contingat a rectoribus, qui sunt per sedem apostolicam deputati ad regimen terrarum, que Romane ecclesie quoad spiritualia et temporalia sunt subiecte, necnon et ab aliis rectoribus locorum singularium ipsarum terrarum super sententiis et processibus
causarum criminalium, de quibus est personis ecclesiasticis a canone cognitio interdicta, ad
15 sedem appellari eandem ac appellationes huiusmodi ex defectu iudicis competentis plus debito prorogari, propter quod plerumque crimina remanent impunita et oppressorum innocentia interdum longioribus afficitur laboribus et expensis, volentes super hoc de oportuno remedio
providere te, iuris peritum, de cuius fidei puritate ac devotionis constantia plenam in Domino
fiduciam obtinemus, super huiusmodi appellationibus apud sedem apostolicam audiendis et fine
15 debito terminandis auditorem et iudicem usque ad nostrum beneplacitum constituimus generalem tibi per apostolica scripta mandantes, quatinus in hiis habens pre oculis solum deum sic fideliter et sapienter iniunctum tibi ministerium exequaris, quod in die districti examinis dignam deo reddere valeas rationem et nostram et apostolice sedis gratiam promereri.

Dat. Perusii VI. kal. Februarius pontificatus nostri anno quarto.

^a *Daneben am Rand:* commissio causarum appellationum criminalium.

561 (139)

Martin entspricht einer Bitte der Stadt Cagli und befiehlt dem Rektor der Romagna, Guillaume Durand, den Sold für die Bewacher der Dörfer, die die Stadt dem Kapitan des päpstlichen Heeres, Guillaume Chenini, unterstellt hat, ab dem 1. Januar aus den Einkünften der Kammer zu begleichen.

Perugia, 1285 Januar 26.

Reg. Vat. 42, fol. 114r-v

Martinus etc. Dilecto filio magistro Guillelmo Duranti¹ capellano nostro decano Carnoten. rectori provincie Romaniole salutem etc.

Nuper ex parte hominum civitatis Callen.² fuit nobis expoitum^a, quod olim dilecto filio Guillelmo Chenini, capitaneo exercitus nostri in Romaniola, quedam castra comunis civitatis
5 eiusdem et singularium personarum sita prope Urbinum, per que dubitabatur deferri victualia ad hostes ecclesie inibi receptatos, sibi primo assignari petente fuerunt ei per dictos homines castra ipsa liberaliter assignata. Postmodum vero, cum idem capitaneus pro castrorum ipsorum
10 custodibus ad certum tempus stipendia peteret ab eisdem, illa et pro maiori etiam tempore ob nostram et apostolice sedis reverentiam^a persolverunt. Post hec quasdam munitiones ipsius civitatis assignari sibi ab eis in custodiam petiit; quas iidem homines et pecuniam pro ipsarum
custodia eidem sine contradictione * qualibet assignarunt. Quare humiliter supplicabant, ut, cum ipsi super solvenda custodia ipsorum castrorum et munitionum plurimum aggraventur, providere
eis super hoc de benignitate solita dignaremur.

Nos igitur volentes eos ab onere custodie castrorum ipsorum, sicut devotos filios, relevare per
15 dilectum filium B.³ camerarium nostrum, scribi mandavimus capitaneo memorato, quod dicta castra expensis camere nostre sicut alia, que custodiuntur in illis partibus, usque ad nostrum beneplacitum faceret custodiri. Verum licet te super hiis dictus capitaneus requireret per suas litteras spetiales, tu tamen solvere dicta stipendia denegasti, nisi prius super hoc exprimeremus
tibi nostre beneplacitum voluntatis.

20 Quare presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus custodibus dictorum castrorum de pecunia camere nostre a Kalendis Ianuarii proximo preteritis et deinceps usque ad beneplacitum nostrum solvas stipendia oportuna.

Dat. Perusii VII kal. Februarii pontificatus nostri anno quarto.

^a Für expositum.

^b Danach ein waagerechter Strich bis zum Zeilenende.

¹ Guillaume Durand, siehe Nr. 13 Anm. 1.

² Cagli, Prov. Pesaro e Urbino.

³ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

562 (140)

Martin befiehlt dem Rektor der Campagna und Marittima, Friedrich von Ivrea, die Bürger, die Johannes de Ceccano benennen will, nachdem er sich nach vorangegangenen Übergriffen auf Terracina wieder dem Papst unterworfen hat, unter den genannten Bedingungen zu akzeptieren und sonst in dieser Sache so zu entscheiden, wie es für die Kirche am besten ist.

Perugia, 1285 Januar 27.

Reg. Vat. 42, fol. 114v

Martinus etc. Dilecto filio F.¹ Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

Sicut nobis tuis litteris intimasti, Johannes, filius Anibaldi de Ceccano², super excessibus commissis ab eo in civitate Terracenen.³, cum alios fideiussores habere non possit, de terra sua et patris sui usque ad vigintiquinque fideiussores et etiam plures, quos volueris nominare, paratus
5 est tibi dare deparendo mandatis et solvendo id, in quo fuerit condempnatus, eo modo sine conditione adiecta. Quod si ipsum contingeret non parere vel non solvere penam, quam duxeris infligendam, exnunc absolvit ipsos ab omni dominio et iure, quod habet in eis, et illud in te recipientem nomine Romane ecclesie transfert^a totaliter et concedit promittens se facturum et curaturum, quod pater suus . . uxor et . . nurus et quilibet alius, cuius interest, consentient
10 omnibus supradictis. Preterea, cum non habeat bona mobilia, quartam partem, quam habet in castro Carpineti, offert pro pignore tibi dare, licet dictam partem castri pro cautione recipere non reputes^a ydoneam cautionem^a. Quare super premissis petebas tibi^b nostrum beneplacitum declarari.

Nos igitur attendentes, quod de hiis eorumque circumstantiis habere potes et debes notitiam
15 pleniorum quodque^c circa iniunctum tibi officium honorem et exaltationem Romane ecclesie procuras sollicite ac prosequeris diligenter, presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus, si dictus Johannes alios fideiussores ydoneos tibi dare non potest, predictos fideiussores sub prefato modo et alias, prout melius nostro et ipsius ecclesie honori et utilitati videris expedire, recipias et
20 tam in hiis quam aliis, que incumbunt, cuncta^d peragas et prosequaris prudenter, que noveris oportuna, ita quod tua diligentia possit exinde de bono in melius merito^c commendari.

Dat. Perusii VI. kal. Febrario pontificatus nostri anno quarto.

^a Für transfert. ^{a-a} Durch Zeichen umgestellt. ^b Über der Zeile nachgetragen. ^c Über der Zeile, quodque gestrichen. ^d vor Korrektur cuncta. ^e Über der Zeile nachgetragen.

¹ Friedrich von Ivrea, vgl. Nr. 201 Anm. 2.

² Sohn Annibaldi de Ceccano, Enkel Landolfos. – Die Herren von Ceccano galten als Gegner Martins IV (siehe oben).

³ Terracina, Prov. Latina.

563 (141)

Martin befiehlt Riccardo de Ceccano, auf Bitten des Rektors der Campagna und Marittima die Herrschaft über die Stadt Terracina abzugeben, nachdem dort ständige Unruhe herrscht.

Perugia, 1285 Januar 26.

Reg. Vat. 42, fol. 114v

Vgl. F. Savio, Gli Annibaldi di Roma, in: Studi e Documenti di Storia e Diritto, XVII (1896), 355. - Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio Riccardo de Ceccano clerico salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut ex plurium^a fidedignorum relatione didicimus homines civitatis Terracenen. occasione discordie, quam pro eligendo rectores ibidem diversis temporibus habuerunt, in personis et rebus perpassi sunt dampna gravia et iacturas, ita quod intentore malorum omnium turbationis et rancoris superseminante zizania utrumque partes intestino bello pluries se graviter colliserunt, propter quod ipsius terre status adeo expositus est ruine, quod ex diversitate rectorum, sicut timetur ex probabilibus coniecturis, nisi super hoc per apostolice sedis providentiam oportunum consilium celeriter apponatur, vix adiciet, ut resurgat.

Nos igitur cupientes huiusmodi submovere obstacula, quibus eisdem hominibus datur materia sic se invicem graviter conquassandi, et inter eos procurare auctore Domino bonum pacis discretionem tuam rogamus et hortamur attente tibi per apostolica scripta mandantes, quatinus rectoriam, quam inibi habere diceris, ad requisitionem dilecti filii . . . rectoris Campanie et Maritime, pro nostra et apostolice sedis reverentia libere et absolute dimittas, ita quod circa reformationem status ipsius terre, quam desiderabiliter affectamus, votum nostrum possimus Deo propitio per effectum operis adimplere ac tuam devotionem proinde dignis in Domino laudibus commendare.

Dat. Perusii VII, kal.^b Febr. anno IIII.^{o b}

^a Über der Zeile, plurimum gestrichen.

^{b-b} Unterhalb der Zeile nachgetragen.

(142)

Martin befiehlt Richard Annibaldi dafür zu sorgen, dass sein Sohn . . . die Herrschaft über den Ort Terracina auf Bitte des Rektors der Campagna und Marittima abgibt.

(Perugia, 1285 Januar 26).

Item in eundem modum. Dilecto filio nobili viro Riccardo Mathie Anibaldi¹ civi Roman. spiritum consilii sanioris.

Sicut etc. usque bonum pacis nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente tibi per apostolica scripta mandantes, quatinus rectoriam, quam inibi . . . filius tuus habere dicitur, ad requisitionem dilecti filii . . . rectoris Campanie et Maritime, pro nostra et apostolice sedis reverentia libere et absolute dimitti facias ab eodem, ita quod circa usque adimplere ac tuam nobilitatem etc. usque in finem.

¹ Aus der Familie der Annibaldi, hier aber nicht genauer zu identifizieren.

564

Martin befiehlt dem Rektor der Campagna und Marittima, Friedrich von Ivrea, indem er den Kleriker Riccardo de Ceccano sowie den Edlen, ..., den Sohn von Riccardo Annibaldo, ersucht, die Herrschaft über Terracina aufzugeben, umsichtig für eine Verbesserung der Zustände dort zu sorgen.

(Perugia, 1285 Januar 26).

*Reg. Vat. 42, fol. 114v-115r
Siehe Nr. 562.*

Martinus etc. Dilecto filio F. electo Iporien. Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

Sicut ex plurium etc. ut supra in proxima usque bonum pacis Riccardo de Ceccano clerico et nobili viro Riccardo Mathie civi Roman. damus nostris diversis litteris in mandatis, ut ipse Riccardus clericus rectoriam ipsius terre dimittat libere, dictus vero nobilis A., filio suo, rectoriam, quam in eadem terram habere dicitur, dimitti faciat, cum a te fuerint requisiti.

Quocirca tibi *^a mandamus, quatinus super hiis ex parte nostra requirens clericum et nobilem supradictos ad reformationem status ipsius terre, quam desiderabiliter affectamus, sollicite ac diligenter intendas, prout melius videris expedire.

Dat. ut supra^a.

^{a-a} Am oberen Rand der folgenden Seite, durch Verweiszeichen hier eingefügt, mandamus - requirens am unteren Seitenrand gestrichen.

565 (143)

Martin befiehlt dem Bischof (Nicolas) von L'Aquila, diejenigen seiner Stadt, die sich geweigert hatten, sich für die Ausschreitungen gegen den päpstlichen Elemosinar Johannes vor der Kurie zu verantworten, deshalb exkommuniziert worden waren und jetzt zur Kirche zurückkehren möchten, von der Exkommunikation zu lösen, nachdem sie entsprechende Eide und Sicherheiten geleistet haben.

Perugia, 1285 Januar 28.

Reg. Vat. 42, fol. 115r

Martinus etc. Venerabili fratri . . . episcopo Aquilen.¹ salutem etc.

Olim tibi sub certa forma nostris dedimus litteris in mandatis, ut illos de civitate tua, qui occasione excessuum sive iniuriarum commissarum olim per eos in dilectum filium fratrem Johannem, elemosinarium nostrum, auctoritate nostra citati comparere coram nobis in prefixo eis

5 termino contumaciter contempserunt, tamdiu faceres excommunicatos publice nuctiari^a, donec compellerentur apostolicam sedem adire nostris beneplacitis parituri.

Verum cum, sicut accepimus, nonnulli clerici et laici huiusmodi excommunicatione ligati et a te taliter nuntiati humiliter redire desiderant ad ecclesiasticam unitatem nostrisque super premissis beneplacitis obedire, nos volentes misericorditer agere cum eisdem fraternitati tue per apostolica
10 scripta mandamus, quatinus ab eis de parendo nostris et ecclesie Romane mandatis iuramentis et cautionibus ydoneis receptis ipsis ab excommunicatione huiusmodi absolvas auctoritate nostra iuxta formam ecclesie consuetam et denunties absolutos. Volumus autem, quod de receptione iuramentorum et cautionum huiusmodi confici facias publica instrumenta ipsa ad cameram nostram per fidelem nuntium transmissurus.

15 Dat. Perusii V. kal. Februarii pontificatus nostri anno quarto.

^a Für nuntiari.

¹ Nicolas de Sinizio, Bischof von L'Aquila 1267 - 1294, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 98.

566 (144)

Martin befiehlt allen geistlichen und weltlichen Personen und Institutionen, denjenigen, die im Auftrag der genannten Kaufleute der Kammer das Hab und Gut aus dem jenseits der Alpen eingesammelten Kreuzzugszehnten mithilfe von Tieren zur Kurie transportieren, freies Geleit zu gewähren und sie ohne Auferlegung irgendwelcher Zahlungen passieren zu lassen.

Perugia, 1285 Januar 27.

Reg. Vat. 42, fol. 115r

Martinus etc. Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelati ac nobilibus viris comitibus, baronibus, potestatibus, rectoribus, consulibus, communitatibus, consiliis, balivis et custodibus passuum ceterisque personis tam clericis quam laicis presentes litteras inspecturis salutem et
5 apostolicam benedictionem.

Cum dilecti filii Dinus Johannis de Thome Spiliati et Lapi Hugonis Spine, Mainectus Rainaldi de Rimbertainorum et Pulicum Florentin., Thura Bonamici de Bonaventure Bernardini Senen. ac Lapro Ulpelli de Riccardorum Lucan. societatibus, camere nostre mercatores, quasdam res sive bona de decimis Terre Sancte de spetiali mandato et beneplacito nostro de partibus ultramontanis
10 cum videlicet^a tribus bestiis faciant ad presentiam nostram deferri, universitatem vestram hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus sociis sive nuntiis dictorum mercatorum presentes litteras deferentibus de securo conductu, cum ab eis requisiti fueritis, pro nostra et apostolice sedis reverentia liberaliter providentes nullam eis occasione pedagii seu cuiuscumque solutionis oneris inferatis molestiam vel gravamen, set potius per passus et
15 districtus vestros cum eisdem rebus et bestiis transire libere permittatis, ita quod iidem nuntii, cum ad nos venerint, grata de vobis referre valeant et nos devotionem vestram possimus exinde merito in Domino commendare presentibus post quatuor menses minime valituris.

Dat. Perusii VI. kal. Februarii pontificatus nostri anno quarto.

^a So aufgelöst, in der Handschrift 'ul', möglicherweise verschrieben für duobus [fehlt] vel tribus...

567 (145)

Martin erlaubt dem Rektor der Mark Ancona, dem Notar Giffrid (von Anagni), über die Zahlung von Bußen bis zu einer Höhe von 50000 Pfund Ravennaten selbst Abmachungen mit den Verurteilten zu treffen, und befiehlt ihm, bei höheren Summen unter anderem der Kurie mitzuteilen, wieviel die Verurteilten bereit sind zu zahlen oder sie offensichtlich zahlen können, damit er darüber befinden kann.

(Perugia, 1285 Januar 27).

Reg. Vat. 42, fol. 115r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Giffrido¹ notario nostro rectori Marchie Anconitan. salutem etc.

Sicut nuper ad auditum nostrum pervenit, nonnullae communitates et singulares persone Marchie Anconitan. regimini tuo commisse de condemnationibus pecuniariis contra eas factis pro certis causis sive excessibus tecum desiderant ad compositionem vel concordiam devenire. Verum ad id non intendere diceris, nisi de huiusmodi condemnationibus tibi satisfactionem integram exhiberent. Eedem vero communitates et persone, cum ipse condemnationes sint in pecuniarum quantitativis quodammodo, sicut asserunt, excessive, reputant ex hoc plurimum se gravari, et prout petitur ab eis, non potest satisfactio pro nostra camera obtineri.

Nos igitur de circumspectione tua plenarie confidentes discretioni tue componendi, concordandi seu transigendi super condemnationibus, quarum aliqua quingentarum librarum Raven. summam aliquatenus non excedat, prout condemnationum consideratis facultatibus, delictis et aliis circumstantiis, que attendende fuerint et decenter videris expedire, plenam tenore presentium concedimus facultatem per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus super reliquis condemnationibus summam quingentarum librarum transcendentibus supradictam facultatem delinquentium et delictorum qualitate pensata, quantum condemnationum^a offerant quantumve ab eis tibi videatur solvendum, notificando alias circumstantias oportunas nobis per tuas litteras harum seriem continentes plene ac districte rescribas, ut exinde instructi plenius valeamus tibi nostrum beneplacitum declarare.

Dat. ut supra.

^a Für condemnationum.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

568 (146)

Martin verleiht Francesco Fabri aus Viterbo, dem Sohn Pietros di Vicenza, das Lehen des verstorbenen Manuccio di Verralla in dem Ort Orcla, wofür er jährlich einen Zins von zwei Soldi an die Kammer entrichten soll.

Perugia, 1285 Januar 29(?)

Reg. Vat. 42, fol. 115r

Martinus etc. Dilecto filio Francisco nato Petri de Vicentia Fabri civi Viterbien. salutem etc.

Volentes tibi obtentu dilecti filii Petri de Vicentia, patris tui, devoti nostri, gratiam facere spetialem feudum, quod quondam Mannucius de Verralla, laicus in castro Orcla¹, a Romana tenebat ecclesia, vacans adpresens cum omnibus iuribus et pertinentiis suis presentium tibi auctoritate concedimus a te, quoad vixeris, retinendum, nisi id nos vel successores nostri, Romani pontifices, spetialiter duxerimus revocandum, ita tamen, quod debita et consueta servitia propter hoc semper exhibeas ecclesie memorate. Et ut in predictis circa possessionem et proprietatem ecclesie prefate in futurum memoria certior habeatur, volumus, quod annis singulis infra quindendam festi natalis dium pro predicto feudo cum ostensione litterarum huiusmodi duos soldos propter camere nostre persolvas. Quod si facere forte contempseris, omne ius, quod tibi ex nostra concessione debetur, extunc ad predictam ecclesiam devolvantur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Dat. Perusii IIII.^a Februarii pontificatus nostri anno quarto. *

^a Danach kal. Zu ergänzen.

¹ Norchia, Prov. Viterbo.

569 (147)

Martin befiehlt . . dem Kastellan des Ortes Orcla das obengenannte Lehen Francesco Fabri zu übergeben.

Perugia, 1285 Januar 30.

Reg. Vat. 42, fol. 115v

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio . . castellano castri de Orcla Viterbien. diocesis salutem etc.

Volentes dilecto filio Francisco nato dilecti filii Petri de Vicentia Fabri, devoti nostri, civi Viterbien. obtentu ipsius Petri gratiam facere spetialem, feudum etc. verbis competenter mutatis ut supra usque devolvatur^a.

Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus predictum feudum eidem Francisco vel procuratori suo assignes ipsumque facias illius possessione gaudere proviso, quod prefata ecclesia suis iuribus in aliquo non fraudetur.

Dat. Perusii III. kal. Februarii pontificatus nostri anno quarto.

^a Richtig wäre devolvantur (siehe vorhergehender Brief).

570 (148)

Martin befiehlt dem Kardinallegaten in der Romagna, B(ernhard), sorgfältig darauf zu achten, dass von den Orten dort, vor allem im Montefeltro, die der Rebellion verdächtigt werden, keine größeren Gefahren ausgehen.

Perugia, 1285 Januar 13.

Reg. Vat. 42, fol. 115v

Baluze, Miscellanea III, 411 - Potthast 22202.

Martinus etc. Venerabili fratri B. episcopo Portuen.¹ apostolice sedis legato salutem etc.

Sicut nuper ex insinuatione dilecti filii G.², rectoris provincie Romaniolae ac Masse Trabarie, et aliorum quamplurium fidedignorum relatione accepimus, nonnulla castra in eisdem provinciis et maxime in Monteferetro consistunt, de quorum rebellionem presumitur vel potius dubitatur.

5 Verum quia huiusmodi castra, que sicut penitus ignoramus, tuorum locorum et terrarum commisse tibi legationis et conditionum eorum presertim partium predictarum habere possis et debeas notitiam plenioram, volumus et presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus, ne ex predictis castris vel aliquibus ex eis in dictis provinciis et terris possit aliquod scandalum seu turbatio provenire, sic maturam adhibeas diligentiam et cautelam, quod ex defectu aliquo vel
10 neglectu non possit sinistrum aliquod evenire, sed potius experte tue sollicitudinis studium de bono in melius valeat commendari.

Dat. Perusii idus Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

¹ Bernardo da Languissel, vgl. Nr. 35 Anm. 2.

² Guillaume Durand, vgl. Nr. 13 Anm. 1.

571 (149)

Martin befiehlt . . , dem Guardian des Franziskanerklosters in Città di Castello, den Podestà, den Kapitan, die Ratsmitglieder und die übrigen Einwohner der Stadt von der Exkommunikation zu lösen und das Interdikt über die Stadt aufzuheben unter der Bedingung, dass die auferlegten Geldstrafen bis Anfang Mai beglichen werden. Andernfalls sollen die Exkommunikationen und das Interdikt weiterhin Gültigkeit besitzen.

Perugia, 1285 Januar 29.

Reg. Vat. 42, fol. 115v

Sbaralea, Bullarium Franciscanum III, Nr 75. - Potthast 22218.

Martinus etc. Dilecto filio . . guardiano fratrum minorum Civitatis Castelli salutem etc.

Ex parte . . potestatis, . . capitanei, consilii, officialium et communis Civitatis Castelli¹ fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum ipsi super excommunicationum et interdicti sententiis ac pecuniariis penis, quas incurrisse noscuntur ex eo, quod dudum Ballionum, militem Perusin., tunc
5 rebellem ecclesie, contra mandatum nostrum sub certa forma et pena per speciales nuntium et litteras eis factum pro potestate retinere temere presumpserunt et alias contra Fulginates² Perusinis³ tunc in rebellione predictae ecclesie persistentibus dederunt auxilium, consilium et favorem necnon super quibuscumque aliis excessibus, quos reperirentur contra nos et Romanam ecclesiam commisisse, per proprium eorum syndicum ad hoc hoc^a spetialiter constitutum
10 iuraverint nostris et ipsius ecclesie precise stare mandatis et nonnullas de satisfaciendo prestiterint cautiones, eos absolvi a prefatis excommunicationibus et relaxari interdictum huiusmodi per discretum aliquem misericorditer faceremus.

Nos igitur, licet ex causis predictis possemus contra eos rigorem iuris durius exercere, considerata tamen devotionis constantia, qua erga predictam ecclesiam viguerunt temporibus
15 retroactis, speramus, quod quanto benignius se a nobis tractari perceperint tanto ferventius in eiusdem ecclesie devotione consurgent. Volumus et discretioni tue presentium auctoritate mandamus, quatinus prefatis potestati, capitaneo, consiliaribus, officialibus et singularibus personis civitatis et diocesis Castellan.^b, cum ab eis fueris requisitus, auctoritate nostra iuxta formam ecclesie beneficium absolutionis impendas et relaxes huiusmodi interdictum mandans eis
20 ex parte nostra, quod infra kalendas maii proximo futuras de dictis penis pecuniariis, quas incurrisse noscuntur, sic nobis et ecclesie satisfacere studeant, quod nos de ipsorum satisfactione contentos non immerito reputemus. Alioquin predictis eisdem, quod si hoc facere non curarent, extunc predictos potestatem, capitaneum, consiliarios, officiales et alias singulares personas excommunicationis sententiae, quam ex nunc in ipsos proferimus, et predictam civitatem
25 interdicto ecclesiastico, cui exnunc similiter ipsam subicimus, volumus subiacere, ita videlicet, quod extunc, si secus fecerint, iidem potestas, capitaneus, consilarii, officiales et singulares persone in excommunicationis et civitas eadem in interdicti sententias relabantur.

Tu quoque tue diligentie studium in hac parte prudenter exercens de absolutione, relaxatione, mandato et predictione huiusmodi ac de aliis^c omnibus^c, que feceris in premissis, confici facias

30 publica instrumenta illa nobis per fidelem nuntium transmissurus; non obstante indulgentia, si qua tibi vel ordini tuo a sede apostolica sit concessa, quod non tenearis te intromittere de quibuscumque negotiis, que tibi per ipsius sedis litteras committuntur, non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi et eodem ordine mentionem.

Dat. Perusii III. kal. Februarii pontificatus nostri anno quarto.

^a Verschrieben. ^b Davor Civitatis zu ergänzen. ^{c-c} Durch Zeichen umgestellt.

¹ Città di Castello, Prov. Perugia.

² Foligno.

³ Perugia.

572 (150)

Martin befiehlt dem Rektor des Dukats Spoleto, Filippo di Lavena, in dem Ort Conissa unter Wahrung der Rechte der Einwohner eine geeignete Person zum Rektor, deren Gehalt von ihnen aufzubringen ist, einzusetzen.

Perugia, 1285 Februar 3.

Reg. Vat. 42, fol. 115v-116r

Martinus etc. Dilecto filio Philippo de Lavena¹ rectori ducatus Spoletan. salutem etc.

5 Ex parte universitatis hominum castri Conisse² fuit nobis expositum, quod nonnullis infidelibus Romane ecclesie ac heredum clare memorie C., regis Sicilie, occasione obitus eiusdem³ regis aspirantibus ad turbationem status regni Sicilie dubitant propter hoc sibi periculum
10 imminere. Quare humiliter supplicarunt, ut eis presertim instanti tempore providere de rectore idoneo dignemur, qui eos in devotione Romane ecclesie et ipsius regis heredum fidelitate manutenere et dirigere fideliter procuraret.

Nos igitur devotionem ipsorum in hac parte dignam favore apostolico reputantes ac considerantes, quod tu eiusdem castri terris commisse tibi iurisdictionis * contigui et
10 circumstantiarum omnium habere potes et debes notitiam plenioram, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus considerato bono statu eorundem hominum ac honore Romane ecclesie et ipsius regis heredum conditionibus, quibus iura eorum servantur, diligentius circumspectis eisdem hominibus ex parte nostra de aliqua bona et fidei persona provideas in
15 rectorem faciens sibi ab eisdem hominibus de competenti salario responderi, ita quod ex hoc eorum augeatur devotio erga Romanam ecclesiam et nos discretionem tuam possimus exinde merito commendare.

Dat. Perusii III. non. Februarii pontificatus nostri anno quarto.

¹ Filippo di Lavena, vgl. Nr. 152 Anm. 3.

² Noch nicht identifiziert.

³ Karl I. von Anjou war 1285 Januar 7 gestorben.

573 (151)

Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona, Giffredo d'Anagni, gegen Ezelino di Moliano und Raynalducio di Brunforte und andere Einwohner seiner Provinz, die die Rebellen in den benachbarten Abruzzen unterstützen, vorzugehen und ihm darüber zu berichten.

(Perugia, 1285 Februar 3).

Reg. Vat. 42, fol. 116r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Giffrido de Anagnia¹ notario nostro Marchie Anconitan. rectori salutem etc.

Nuper ad auditum nostrum pervenit, quod Ezelinus de Moliano et Raynalducius, filius quondam Raynaldi de Brunforti,² et quidam alii Anconitan. Marchie non considerantes fidelitatem, qua Romane tenentur ecclesie, nonnullis rebellibus, qui ex obitu clare memorie C., regis Sicilie³, spiritu elationis assumpto non sine contemptu nostro et ipsius ecclesie in depressionem heredum dicti regis in partibus Aprutin.⁴, provincie tibi commisse vicinis, moliuntur turbationem et scandala suscitare, dederant auxilium, consilium et favorem et eis per se et suos non verentur assistere in hiis, que ipsorum fidelitatem commaculant et ipsius provincie statum pacificum possent facile, nisi eorum obsistatur processibus, perturbare.

Cum itaque talia sicut perniciose exemplo nec preterire clausis oculis intendamus, discretioni tue presentium auctoritate mandamus, quatinus super hiis veritatem celeriter et diligenter inquirens ipsos, et quoscumque alios culpabiles tibi esse constiterit, sic acriter punias et castiges, quod metu pene a similibus ceteri arceantur nosque ex hoc tue diligentie studium spetialiter commendare possimus. Volumus autem, ut quicquid super premissis feceris, cum id vehementius cordi nostro inseat, nobis tuis litteris harum seriem continentibus rescribere non postponas.

Dat. ut supra.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Die Herren von Brunforte hatten ihr Machtzentrum in der Nähe von Amandola, vgl. Waley, *Papal State*, 220. 1290 ist ein Raynaldus de Brunforte als Podestà in Viterbo belegt, vgl. Kamp, *Istituzioni Comunali*, 89. Er ist möglicherweise identisch mit dem hier genannten Raynalducio.

³ Karl I. von Anjou, vgl. Nr. 25 Anm. 5, er war 1285 Januar 7 gestorben.

⁴ Abruzzen.

574 (152)

Martin befiehlt dem Rat und der Gemeinde von Montefiascone, den Richter und die Notare, die der Podestà Angelo Rainucio aus Orvieto eingesetzt hat, zu akzeptieren und ihnen den geschuldeten Gehorsam zu leisten.

(Perugia, 1285 Februar 3).

Reg. Vat. 42, fol. 116r

Martinus etc. Dilectis filiis . . consilio et communi Montisflascon.¹ salutem etc.

Nuper nobis potestariam terre vestre pro anno presenti per vestrum spetialem syndicum presentastis promittentes per eum in potestatem illum recipere pro dicto tempore ac tenere, quem nominaremus per nos vel alium seu ad dictum officium mitteremus. Nos itaque dilectum filium
5 nobilem virum Angelum quondam Rainucii de Munalden., civem Urbevetan., de cuius devotione ac sufficientia plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad dicte terre vestre officium exercendum duximus deputandum, prout dilectus filius Berardus, camerarius noster², de spetiali conscientia nostra vobis per suas litteras intimavit. Eo autem ad exercendam potestariam huiusmodi veniente cum . . iudice ac . . notariis, ut est moris, vos dictos iudicem et notarios recipere nolulistis
10 asserentes, quod iudicem et notarios de terra vestra ex quadam nova ordinatione vultis eligere ac habere, de quo non absque turbatione miramur pro eo, quod omnes, qui per electionem vestram, sicut audivimus, maxime illi, qui per ordinationem nostram hactenus vestro regimini preferunt, duxerunt et habuerunt absque contradictionis obstaculo suos iudices et notarios oportunos, et pro
15 eo etiam, quod in instrumentis electionis dicte potestarie ac syndicatus . . , sindici memorati, nulla mentio facta fuit, quod is, quem ad dictum officium mitteremus, huiusmodi officiales suos secum non duceret nec haberet.

Ideoque devotioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus predictos iudicem et notarios prefati potestatis recipere ac eis parere, tamquam vestris officialibus, pro supradicto tempore debeatis statuto aliquo non obstante iuramento vel quavis alia firmitate vallato, a quo vos
20 auctoritate presentium duximus absolvendos.

Dat. ut supra.

¹ Montefiascone, Prov. Viterbo.

² Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

575 (153)

Martin verpfändet Dino Johannes und seinen Mitgesellschaftern aus der Florentiner Sozietät 'Spiliati - Spine' aus dem bei ihnen verwahrten Einnahmen aus dem Kreuzzugszehnten ein Drittel von 100 Goldunzen, die er und die genannten anderen Kammerkaufleute dem Thesaurar des verstorbenen Karls I. von Anjou ausgezahlt hatten, sowie ein Drittel von 8000 Goldunzen, die sie

dem Edlen Johanni de Bruliaco Iuveni bei Nimes für Angelegenheiten dieses Königs übergeben hatten.

Perugia, 1285 Januar 23.

Reg. Vat. 42, fol. 116r-v

Martinus^a etc. Dilecto filio Dino Johannis de societate Thome Spiliati et Lapi Hugonis, civi et mercatori Florentin., salutem etc.

Cum, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, pridem ad mandatum nostrum tibi factum per dilectos filios nostros A., tituli sancte Praxedis¹, et G., tituli sancti Martini presbyteros², ac B., Sancti Nicolai in Carcere Tullian. diaconum³ cardinales tu et Tura Bonamiki de societate Bonaventure Bernardini Senen. ac Vantus Honesti de societate Riccardorum Lucan., mercatores camere nostre, . . . thesario^b bone memorie K., regis Sicilie⁴, recipienti pro se ac aliis nuntiis ipsius regis apud sedem apostolicam constitutis centum uncias auri ad pondus regni Sicilie liberaliter duxeritis persolvendas et dilecto filio nobili viro Johanni de Bruliaco Iuveni pro certis negotiis dicti regis per socios vestros apud Nemausum octo milia uncias auri infra certos terminos mandaveritis assignari, humiliter supplicasti, ut tue ac sociorum tuorum super hoc indemnitatibus providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos itaque promptitudinis tue studium in hac parte non immerito commendantes ac volentes in posterum tue et sociorum tuorum indemnitatibus precavere presentium tibi auctoritate concedimur, ut tu et socii tui usque ad tertiam partem predictarum centum unciarum solutarum et earundem octo milium, ut * premittitur, solvendarum nobili supradicto de hiis, que ipsum nobilem per legitima documenta constiterit recepisse, de pecunia decimarum, que apud te et socios tuos habetur in depositum, licite valeas titulo pignoris retinere, donec de bonis predicti regis vel heredum suorum tibi fuerit integre satisfactum, nec interim super eisdem decimis quoad huiusmodi tertiam sic retentam a quoquam possis impeti vel etiam molestari, presentes litteras bulla nostra munitas in huiusmodi rei testimonium concedentes.

Dat. Perusii X. kal. Februarii pontificatus nostri anno quarto.

^a *Daneben am Rand:* apodissa.

^b *Für* thesaurario.

¹ Ancherus Pantaleonis, 1262 – 1286 Kardinalpriester von S. Praxedis, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 8.

² Gervasius de Glincomp, 1281 – 1287 Kardinalpriester von S. Martino, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 10.

³ Benedikt Caetani (der spätere Papst Bonifaz VIII.), vgl. Nr. 80 Anm. 4.

⁴ Karl I. von Anjou (vgl. Nr. 25 Anm. 5), gest. 1285 Januar 7.

576 (154)

Briefe gleichen Inhalts wie oben (Nr. 575) für Ture Bonamiki aus der Sieneser Sozietät 'Bonaventura Bernardini' sowie für Vanto Honesti aus der Luccheser Sozietät der 'Ricchardi'.

Reg. Vat. 42, fol. 116v

Martinus^a etc. Dilecto filio Ture Bonamiki de societate Bonaventure Bernardini civi et mercatori Senen. salutem etc.

Cum, sicut n nostra etc. tu et Dinus Johannis de societate Thome Spiliati et Lapi Hugonis Florentin. ac Vantus Honesti de societate Riccardorum Lucan. camere nostre mercatores thesaurario etc. ut in proxima usque in finem.

^a *Daneben am Rand: apodissa.*

Item in eundem modum. Vanto Honesti de societate Riccardorum civi et mercatori Lucan. etc. usque tu et Dinus Johannis de societate Thome Spiliati et Lapi Hugonis Florentin. ac Thura Bonamiki de societate Bonaventure Bernardini ^aSenen. mercatores camere nostre etc. ut in proxima usque finem^a.

^{a-a} *Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.*

577 (155)

Martin verpfändet Dino Johannes und seinen Mitgesellschaftern aus der Florentiner Sozietät 'Spiliati - Spine' aus dem bei ihnen verwahrten Einnahmen aus dem Kreuzzugszehnten 4000 Florenen, die er und die genannten anderen Kammerkaufleute Jean d'Eppe, dem Seneschall in Sizilien, ausgezahlt hatten.

Perugia, 1285 Januar 30.

*Reg. Vat. 42, fol. 116v
Sieh Nr. 575.*

Martinus etc. Dilecto filio Dino Johannis de Thome Spiliati et Lapi Hugonis societate civi et mercatori Florentin. salutem etc.

Cum de summa duodecim milium Florenorum auri, que nuper ad mandatum nostrum tibi factum per dilectos filios nostros G., tituli Sancti Martini presbyterum, I., Sancte Marie in Cosmedin. et B., Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, diaconos cardinales, tu et Thura Bonamiki de Bonaventure Bernardini Senen. et Vantus Honesti de Riccardorum Lucan. societatibus, mercatores camere nostre, dilecto filio nobili viro Johanni de Apia,¹ senescalco regni Sicilie, pro urgentibus multum necessariis negotiis et utilitatibus dicti Regni liberaliter assignastis, quatuor milia Florenorum de tua et sociorum tuorum pecunia duxeris persolvenda, nos tue promptitudinis studium commendantes ac tue et sociorum tuorum volentes super hoc indemnitatibus in posterum favorabiliter precavere tibi presentium auctoritate concedimus, ut de pecunia decimarum, que apud te, socios vel societatem tuam in depositum seu quocumque alio nomine habetur, usque ad quantitatem huiusmodi quatuor milium Florenorum per te predicto senescalco taliter persolutam titulo pignoris tuo sociorumque tuorum nomine licite valeas retinere, donec de bonis heredum clare memorie K., regis Sicilie, de huiusmodi quatuor milibus Florenis tibi vel sociis tuis integre fuerit satisfactum.

Nec interim tu vel ipsi tui socii super eisdem decimis quoad eadem quatuor milia Floren. sic presentium auctoritate retenta a quoquam possitis impeti vel etiam molestari, has quoque litteras

20 bulla nostra munitas in huiusmodi rei testimonium et ad tuam et eorundem sociorum tuorum
cautelam duximus concedendas.

Dat. Perusii III. kal. Februarii pontificatus nostri anno quarto.

¹ Jean d'Eppe, vgl. zu ihm Nr. 25. Er ist noch bis 1292 als Seneschall im Regno belegt, vgl. Kiese Wetter, *DBI*, 43, 33.

(156)

Briefe gleichen Inhalts wie oben (Nr. 577) für Thure Bonamiki aus der Sieneser Sozietät 'Bonaventura Bernardini' sowie für Vanto Honesti aus der Luccheser Sozietät der 'Ricchardi'.

5 In^a eundem modum. Thure Bonamiki de societate Bonaventure Bernardini, civi et mercatori
Senen., usque tu et Dinus Johannis de Thome Spiliati et Lapi Hugonis Florentin. ac Vantus
Honesti de Riccardorum Lucan. societatibus, mercatores camere nostre, etc. ut in proxima usque
in finem.

^a Daneben am Rand: apodissa.

10 In^a eundem modum. Vanto Honesti de societate Riccardorum, civi et mercatori Lucan., etc.
usque tu et Dinus Johannis de Thome Spiliati et Lapi Hugonis Florentin.^b ac Tura Bonamiki de
Bonaventure Bernardini Senen. societatibus mercatores etc. ut^c supra usque in finem.^c

^a Daneben am Rand: apodissa. ^b am Rand, durch Zeichen hier eingefügt. ^{c-c} am Rand.

578 (157)

*Martin befiehlt den Einwohnern der Stadt Andria, Jean d'Eppe bei seinem Vorgehen gegen den
Rebellen Konrad von Antiochien, der einige Dörfer in den Abruzzen besetzt hält, mit Rat und Tat
zu unterstützen.*

Perugia, 1285 Februar 3.

*Reg. Vat. 42, fol. 116v-117r
Meriggi, Corrado I, 179.*

Martinus etc. Dilectis filiis universis hominibus civitatis Andrie salutem etc.

5 Letamur in Domino sibi que devotas et uberes gratiarum referimus actiones, quod, sicut
fidedignorum habet assertio, sic vos laudabiliter geritis, sic dirigitis actus vestros et opera, quod,
etsi hactenus devotionis vestre sinceritas fideique constantia evidentibus signis claruerint, nunc
tamen qualitate temporis exigente lucidioribus pollent indiciis et effectu prerutilant ampliori,
propter quod civitas vestra precipuis est nec immerito prosequanda favoribus, honoranda gratiis,
laudibus attollenda.

Nuper siquidem mirantes audivimus et referrimus perturbati, quod Conradus de Antiochia^{a,1}
cuius detestanda malitia semper in deteriora prolabitur, preteritis ab ipso commissis excessibus

10 non contentus, sed mala malis adiciens et excessus excessibus coacervans, in tamtam prorupisse
dicitur temeritatis audaciam ac in illam superbiam quinimmo insaniam devenisse, quod regnum
Sicilie per partes Aprutii, prout ad vestram credimus pervenisse notitiam, cum non modica
suorum in hoc fautorum et complicum comitiva ingressus iam nonnulla castra ipsarum partium
temere occupavit non sine gravi Romane ecclesie ac . . heredis² clare memorie Caroli, Sicilie
15 regis, iniuria et contemptu.^b

Cum itaque tante presumptionis excessus tanteque superbie ausus non sint aliquatenus
tolerandi^c dilectus filius nobilis vir Johannes de Epa³ nostris precibus et exhortationibus excitatus
ad partes illas propter hoc cum ipsius ecclesie gente non modica, cui eum preesse volumus, donec
super hoc aliud contigerit ordinari, se personaliter conferat non solum Conradi fautorum et
20 complicum predictorum, verum etiam aliorum quorumlibet rebellium heredis eiusdem prefatas
presumentium partes invadere vel turbare conatus nepharios actore * Domino repressurus,
universitatem vestram rogandam attente duximus et hortandam, quatinus laudabilem devotionis et
fidei vestre constantiam ferventer et laudabiliter prosequentes eidem nobili super hiis ad honorem
heredis eiusdem et bonum ac prosperum statum partium predictarum, cum ab eo fueritis requisiti,
25 plenis favoribus, consiliis et auxiliis assistatis, ut vestro et aliorum fidelium illarum partium
suffragiis circumfultus utilius et efficacius habere se valeat in hac parte vosque ceteris exemplum
laudabile tribuentes non solum ipsius heredis, sed etiam nostrum et apostolice sedis favorem et
gratiam vobis uberius vendicetis.^d

Dat. Perusii III. Non Februarii pontificatus nostri anno quarto.

^a auf Rasur.
vindictis.

^b Für contemptu.

^c Hier wohl et zu ergänzen.

^e Klass.

¹ Konrad von Antiochien, vgl. Nr. 140 Anm. 2.

² Karl II. von Anjou, vgl. Nr. 310 Anm. 1.

³ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25

579 (158)

Martin befiehlt dem Iustitiar in den Abruzzen, Giacomo Cantelmo, Jean d'Eppe bei seinem Vorgehen gegen den Rebellen Konrad von Antiochien zu unterstützen.

(Perugia, 1285 Februar 3).

Reg. Vat. 42, fol. 117r

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Jacobo Gantelmi¹ iustitiario Aprutii salutem etc.

Ad tuam credimus pervenisse notitiam, quod Conradus de Antiochia², cuius detestanda malitia
etc. usque repressurus, nobilitatem tuam rogandam attente duximus et hortandam, quatinus pro
eiusdem heredis honore ac predictarum partium statu pacifico et tranquillo eidem nobili super
5 hiis, cum ab eo fueris requisitus, assistas favoribus, consiliis et auxiliis oportunis, ut tuo et^a

fideliū partium ipsarum suffragiis circumfultus utilius et efficacius habere se valeat in hac parte tibi que proinde laudis non indigne proveniat incrementum.

Dat. ut supra.

^a *Über der Zeile nachgetragen.*

¹ Giacomo Cantelmo, Iustitiar in den Abruzzen seit 1284 April 26 (RA 27, Nr. 457), 1289 zum letzten Mal belegt (RA 30, Nr. 88).

² Konrad von Antiochien, vgl. Nr. 140 Anm. 2.

580 (159)

Martin befiehlt dem Iustitiar in den Abruzzen, Amiel d'Agoult di Courban, Jean d'Eppe bei seinem Vorgehen gegen den Rebellen Konrad von Antiochien zu unterstützen.

Reg. Vat. 42, fol. 117r

Martinus etc. Dilecto^a filio nobili viro Amelio de Corban.¹ iustitiario Aprutii salutem etc.

Ad tuam credimus pervenisse notitiam, quod Conradus de Antiochia, cuius detestanda malitia etc. ut supra usque in finem.

^a *Davor In eundem modum gestrichen.*

¹ Amiel d'Agoult di Courban, vgl. Nr. 5 Anm. 1. - Er war seit dem 1284 April 26 Iustitiar in einem Teil der Abruzzen, vgl. Sabatini, DBI, 1, 495.

581 (160)

Martin befiehlt Jean d'Eppe, sich mit Soldaten der Kirche, zu deren Befehlshaber er ihn bis auf weiteres ernennt, in die Abruzzen zu begeben, um gegen Konrad von Antiochien, der einige Dörfer besetzt hat, und andere Rebellen vorzugehen.

(Perugia, 1285 Februar 3).

Reg. Vat. 42, fol. 117r

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Johanni de Epa¹ salutem etc.

Mirantes audivimus et referimus perturbati, quod Conradus de Antiochia², cuius detestanda malitia semper in deteriora prolabitur, preteritis ab ipso commissis excessibus non contentus, sed mala malis adiciens et excessus excessibus coacervans, in tantam prorupit temeritatis audaciam ac
5 in illam superbiam quinimmo insaniam iam devenit, quod regnum Sicilie per partes Aprutii cum non modica suorum in hoc fautorum et complicum comitiva ingressus nonnulla castra ipsarum partium temere occupavit non sine gravi Romane ecclesie ac heredis³ clare memorie Caroli, Sicilie regis, iniuria et contemptu.

10 Cum itaque tante presumptionis excessus tanteque superbie ausus non sint aliquatenus
tolerandi, nos ad ipsius heredis iura servanda et eiusdem regni pacificum statum et prosperum
intendentes nobilitatem tuam rogandam attente duximus et hortandam, quatinus ad partes illas
cum gente ipsius ecclesie, quam habebis, cui preesse te volumus, donec super hoc aliud fuerit
ordinatum, te personaliter conferens non solum Corradi, fautorum et complicum predictorum,
15 verum etiam aliorum quorumlibet rebellium heredis eiusdem prefatas attemptantium partes
invadere vel turbare conatus nefarios reprimere studeas viriliter et potenter, ut eorum ausibus,
prout expedit, divina cooperante potentia refrenatis dictarum partium populus in ipsius heredis
devotione ac fidelitate sincera favente Domino conservetur tuque proinde non immerito
commendari valeas et ipsius heredis ac sedis apostolice favorem et gratiam uberius promereri.

Dat. ut supra.

¹ Jean d'Eppe, vgl. Nr. 25.

² Konrad von Antiochien, vgl. Nr. 140 Anm. 2.

³ Karl II. von Anjou, vgl. Nr. 310 Anm. 1.

582 (161)

Martin befiehlt dem Rektor der Provinz Campagna und Marittima, dem Elekten Friedrich von Ivrea, Jean d'Eppe für dessen Feldzug gegen Konrad von Antiochien und die übrigen Rebellen in den Abruzzen einhundert der päpstlichen Ritter zur Verfügung zu stellen und ihn bei Auswahl und Bezahlung von Rittern aus seiner Provinz sowie dem Kauf von Pferden zu unterstützen. Außerdem teilt er ihm mit, wie Jean d'Eppe und seine Söldner zu bezahlen sind.

Perugia, 1285 Februar 4.

Reg. Vat. 42, fol. 117r

Siehe zu den Namen auch den vorhergehenden Brief.

Martinus etc. Dilecto filio . . . electo Yporien.¹ Campanie Maritimeque rectori salutem etc.

5 Cum dilectum filium nobilem virum Johannem de Epa, exhibitorem presentium, ad partes
Aprutii contra Conradum de Antiochia, iniquitatis filium, alumpnum nequie, qui propriis finibus
non contentus regnum Sicilie per easdem partes ingressus hostiliter nonnulla castra ipsarum
dicitur occupasse, ac etiam contra quoslibet alios . . . heredis clare memorie Caroli, Sicilie regis,
rebelles predictas partes turbare vel invadere presumentes fiducialiter destinemus et velimus
predictum nobilem certam propter hoc equitum de Campania et Maritima quantitatem habere,
sicut nuper tibi per nostras litteras duximus intimandum, discretioni tue per apostolica scripta
10 districte precipiendo mandamus, quatinus eidem Johanni centum de equitibus nostris, quos
habeas, sublata qualibet difficultate concedas processuros illuc una cum Campanis et Maritimanis
equitibus et moraturos inibi cum eodem usque ad nostre beneplacitum voluntatis. Et nicilominus^a
memorato Johanni super eligendis equitibus Campanie et Maritime predictarum ac ordinandis
stipendiis et eorum solutionibus faciendis necnon et emendis equorum assistas oportuno consilio
et favore, ut omnia prudenter et laudabiliter actore Domino peragentur.

15 Ordinatum est autem, ut idem Johannes pro stipendiis suis die quolibet tres Florenos auri recipiat et singuli militum sociorum suorum, qui habere tenentur unum armigerum armatum et^b quatuor equos, pro mensibus singulis uncias auri quatuor habeant, quolibet ex eius scutiferis, quorum similiter singuli duos equos habere tenentur, pro mense uno duabus auri unciis percepturo. Ad hec, quia prefatus Johannes nonnullos alios milites et scutiferos ultramontanos ac
20 Berardum^b de Aquila militem invenit, quos secum ducere intendit, volumus, ut huiusmodi milites et scutiferi ad nostra recipiantur stipendia et secundum quantitatem ipsorum detrahantur de numero equitum, quos stipendiarii volumus de Campania et Maritima supradictis, ita quod omnes recepti de novo ducentorum equitum numerum non excedant.

Quod vero in hac parte contigerit fieri, nobis per tuas litteras plene studeas intimare.

25 Dat. Perusii II. non. Februarii anno quarto.

^a Für nichilominus.

^b Über der Zeile nachgetragen.

^c am Rand, durch Zeichen hier in eine Lücke eingefügt.

¹ Friedrich von Ivrea, vgl. Nr. 201 Anm. 2.

583 (162)

Martin ernennt Johannes Muscate, den Archidiakon von Łęczyka im Bistum Gnesen, zum Kollektor für alle der römischen Kirche geschuldeten Abgaben in Polen und Pommern und stattet ihn mit den zur Durchführung dieser Aufgabe erforderlichen Vollmachten aus.

Perugia, 1285 Januar 9.

Reg. Vat. 42, fol. 117r-v

Martinus etc. Dilecto filio Johanni Muscate archidiacono Lancitien. in ecclesia Gneznen.¹ salutem etc.

Puritas devotionis^a et fidei, quam te circa nos et Romanam ecclesiam tam ex fidedignorum testimonio quam tue probitatis actibus habere accepimus, nos hortatur, ut personam tuam sincera
5 complectentes in Domino caritate sollicitudinem tuam in nostris et ecclesie predicte agendis, cum expedit, fiducialiter requiramus sperantes, ut ea, que tibi a sede apostolica committuntur, fideliter exequi et prosequi studeas diligenter.

Cum itaque denarius beati Petri sive * census ecclesie Romane in Polonia et Pomorania
10 debitus elapsis iam annis quampluribus non fuerit ipsi ecclesie, sicut accepimus, persolutus, nos, de discretionem tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, exigendi, colligendi et recipiendi per te vel alium nostro et ecclesie predicte nomine ea omnia, que sedi apostolice de huiusmodi denario, censibus, redditibus, proventibus et debitis ex quibuscumque iuribus vel causis spiritualibus vel temporalibus a quibuscumque personis ecclesiasticis vel secularibus, ecclesiis, monasteriis,
15 civitatibus, castris, villis vel locis debentur, pro toto tempore, quo de huiusmodi censibus, redditibus, proventibus et debitis tibi non constitit fore Romane ecclesie satisfactum, necnon et compellendi debitores et detentores huiusmodi ad solutionem predictorum omnium tibi faciendam, postquam tibi vel illis, quibus super hiis vices tuas commiseris, de hoc per

inquisitionem vel alio modo constiterit, eosque, qui pro huiusmodi debitis non solutis
excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias incurrerunt, a prefatis sententiis,
20 postquam de hiis tibi satisfactum fuerit, absolvendi et faciendi etiam super hoc litteras
absolutionis necnon et quitationis de hiis, que tibi fuerint prefato nomine persoluta, contradictores
quoque, cuiuscumque dignitatis, ordinis, conditionis seu gradus existant, per censuram
ecclesiasticam appellatione postposita compescendi liberam tibi auctoritate presentium
concedimus facultatem non obstante, si personis aliquibus ab eadem sede indultum existat, quod
25 per litteras sedis ipsius excommunicari, interdici nequeant aut suspendi, et quibuscumque
indulgentiis vel privilegiis, per que effectus presentium in hac parte impediri valeat vel etiam
retardari et de quibus plenam et expressam aut de verbo ad verbum oporteat in nostris litteris fieri
mentionem, seu quibuscumque litteris apostolicis super exigendis et recipiendis eisdem denario
sive censibus alii vel aliis destinatis ac constitutione de duabus dietis edita in concilio generali².

30 Volumus autem, ut frequenter rescribas nobis per tuas litteras harum seriem continentes, quid
et quantum et pro quanto tempore et a quibus per te vel alios inde duxeris colligendum.

Dat. Perusii V. idus Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

^a *Daneben am Rand:* Polonia.

¹ Johann Muskata, Archidiakon in Łęczycza (Bistum Gnesen), 1294 Bischof von Krakau, gest. 1320, vgl. Maschke, *Peterspfennig*, 79.

² *Constitutio de duabus dietis*, c. 37 Conc. Lat. IV = X 1, 3, 28

584 (163)

Martin befiehlt den Herzögen von Oppeln, dafür zu sorgen, dass die deutschen Siedler in ihrem Herzogtum entgegen ihrer bisherigen Weigerung dem päpstlichen Kollektor Johannes Muscate die geschuldeten Abgaben für das gegenwärtige und die vergangenen Jahre zahlen.

Perugia, 1285 Januar 12.

Reg. Vat. 42, fol. 117v

Les Registres de Martin IV., Nr. 566 ; Schlesisches Urkundenbuch V, Nr. 169 ; Vgl. Maschke, Peterspfennig, 76.

Martinus^a etc. Dilectis filiis nobilibus viris ducibus de Opol¹ Wratislawien.^b et Cracovien. dioc. salutem etc.

Honorem vestrum decere credimus ac vestris et ducatum vestrorum profectibus expedire, si, que ab hominibus domini vestri iuste debentur sacrosancte Romane ecclesie, matri vestre,
5 prompta liberalitate solvantur, cum ex hoc divinam vitantes offensam nostram et apostolice sedis gratiam comprobemini uberius promereri. Sane, sicut accepimus, theutonici et nonnulli alii, qui se incolatum terrarum ducatum vestrorum transtulisse noscuntur, licet terras et possessiones excolant, quarum ratione consuevit solvi denarius beati Petri sive census Romane ecclesie supradicte, censum ipsum solvere indebite contradicunt.

10 Cum itaque dilecto filio Johanni Muscate², archidiacono Lancitien. in ecclesia Gneznen., de cuius discretione plene confidimus, denarium beati Petri, census ac omnia alia, que in Polonia et Pomorania apostolice sedi debentur, commiserimus nostro et ipsius ecclesie Romane nomine

exigenda, nobilitatem vestram rogandam duximus attentius et hortandam vobis per apostolica
scripta mandantes, quatinus pro nostra et dicte sedis reverentia huiusmodi censum, in quo iidem
15 homines predictae sedi teneri noscuntur, pro presenti et preteritis annis a tempore, quo solutus non
extitit, prefato archidiacono nostro et dicte Romane ecclesie nomine integraliter faciatis persolvi,
ita quod nos id gratum habentes devotionem vestram debeamus exinde cum gratiarum actionibus
in Domino merito commendare.

Alioquin sententias, quas idem archidiaconus propter hoc rite tulerit in rebelles, ratas
20 habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter
observari.

Dat. Perusii II. idus Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

^a *Daneben am Rand:* de eodem..

^b *Davor eine Lücke*

¹ Herzöge von Oppeln.

² Johann Muskata, vgl. Nr. 583 Anm. 1.

585 (164)

*Martin befiehlt den Herzögen in Polen und Pommern, den Kollektor des Peterspfennigs und
anderer in diesen Gebieten der Kurie zustehender Abgaben, Johannes Muscate, bei seiner
Aufgabe zu unterstützen.*

Perugia, 1285 Januar 9.

Reg. Vat. 42, fol. 117v-118r

Les Registres de Martin IV., Nr. 565 ; Schlesisches Urkundenbuch V, Nr. 167.

Martinus^a etc. Dilectis filiis nobilibus viris universis ducibus per Poloniam et Pomoraniam¹
constitutis salutem etc.

Credimus, quod geratis in votis more devotissimorum filiorum, ut in hiis, que nobis et ecclesie
Romane debentur, promptitudine animi et effectu operis exhibeatis vos favorabiles et attentos.

5 Cum itaque Johanni Muscate² archidiacono Lancitien. in ecclesia Gneznen., de cuius industria
et discretione plene confidimus, denarium beati Petri, census aliaque iura omnia apostolice sedi
debita in partibus Polonie et Pomoranie commiserimus exigenda, nobilitatem vestram affectuose
requirimus et rogamus per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus eidem archidiacono pro
nostra et dicte sedis reverentia promptum et efficacem super hiis impendatis favorem, cum ab eo
10 fueritis exinde requisiti, ut eo utilius commissa sibi a nobis negotia exequatur, quo circa illa
manum vestri auxilii duxeritis efficacius apponendam et nos vestre diligentie studium, quod in
hac parte gratum quamplurimum habebimus * et acceptum, propter hoc commendare dignis in
Domino laudibus et spetialibus gratiarum actionibus prosequi merito teneamur.

Dat. Perusii V. idus Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

^a *Daneben am Rand:* super eodem.

¹ Polen und Pommern.

² Johann Muskata, vgl. Nr. 583 Anm. 1.

(165)

Briefe gleichen Inhalts an den Herzog von Schlesien und Herren von Breslau sowie an den Herzog von Krakau.

5 In eundem modum. Dilecto filio nobili viro . . duci Slezie et domino Waatislavie¹ verbis
competenter mutatis usque^a in finem.

^a *Davor etc. gestichen.*

¹ Schlesien und Breslau.

(166)

Item in eundem modum. Dilecto filio nobili viro . . duci Cracovie¹ usque^a in finem.

^a *Davor etc. gestrichen.*

¹ Krakau.

586 (-)

Martin befiehlt dem Kollektor des Peterspfennigs in Polen und Pommern, Johannes Muscate, alle Bischöfe, Archidiacone und übrigen kirchlichen Würdenträger, die den Peterspfennig dort eingesammelt und ihn noch nicht der päpstlichen Kammer übergeben haben, zur Herausgabe des Geldes zu zwingen und ihn, den Papst, über die Einzelheiten der Sammlung zu unterrichten.

Perugia, 1284 Dezember 28.

Reg. Vat. 42, fol. 118r

Theiner, Monumenta Poloniae et Lithuaniae I, Nr. 170 - Potthast 22191

Martinus etc. Dilecto filio Johanni Muscate¹ archidiacono Lancitien. in ecclesia Gneznen. salutem etc.

5 Cum, sicut accepimus, nonnulli episcopi et archidiaconi sive alii ecclesiarum prelati de^a
denario beati Petri sive censu in Polonia et Pomorania² ecclesie Romane debito magnam
collegerint sive receperint pecunie quantitatem nec de ipsa, prout debuerunt, camere nostre
satisfacere procurarint, discretioni tue presentium auctoritate committimus et mandamus, quatinus
inquisita super hiis diligentius veritate eos, quos tibi constiterit huiusmodi pecuniam recepisse, ad
10 restitutionem ipsius pecunie faciendam tibi nostro et prefate ecclesie nomine per te vel per alium
monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas; non obstante, si
aliquibus a sede apostolica est indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint
per litteras sedis apostolice^b non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi mentionem.

Volumus autem, ut frequenter rescribas nobis per tuas litteras harum seriem continentes, quid et quantum et pro quanto tempore et a quibus per te vel alios inde duxeris colligendum.

Dat. Perusii V. kal. Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

^a Über der Zeile nachgetragen ^b Daneben am Rand: de eodem.

¹ Johann Muskata, vgl. Nr. 583 Anm. 1.

² Polen und Pommern.

587 (167)

Martin befiehlt dem Erzbischof von Gnesen und seinen Suffraganbischöfen, den Kollektor des Peterspfennigs und der übrigen der römischen Kirche geschuldeten Abgaben, Johannes Muscate, bei seiner Aufgabe zu unterstützen.

Perugia, 1285 Januar 9.

Reg. Vat. 42, fol. 118r

Theiner, Monumenta Poloniae et Lithuaniae I, Nr. 175; Les Registres de Martin IV., Nr. 564; Schlesisches Urkundenbuch V, Nr. 168; - Potthast 22200.

Martinus etc. Venerabilibus fratribus . . archiepiscopo Gneznen.¹ et eius suffraganeis salutem etc.

Cum de dilecti filii Johannis Muscate, archidiaconi Lancitien. in ecclesia Gneznen., discretionis industria confidentes denarium beati Petri, census et alia iura ecclesie Romane debita
5 in partibus Polonie et Pomoranie commiserimus exigenda, universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus prefatum archidiaconum pro nostra et apostolice sedis reverentia circa collectionem et exactionem huiusmodi denarii, censuum et iurium habentes favorabiliter commendatam^a eidem super hiis, cum ab eo requisiti fueritis, impendatis consilium et auxilium oportunum, ita quod nos id gratum habentes devotionem
10 vestram debeamus exinde cum gratiarum actionibus merito commendare.

Dat. Perusii V. idus Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

^a Für commendatum.

¹ Jakob Swinka, 1283 – 1313 Erzbischof von Gnesen, vgl. Eubel, *Hierarchia*, I, 265.

588 (168)

Briefe gleichen Inhalts wie Nr. 587 an den Landmeister, den Präzeptor und die Mitglieder des Deutschen Ritterordens in Preußen, Polen und Pommern sowie den Bischof von Kammin.

Perugia, 1285 Januar 12.

5 *Reg. Vat. 42, fol. 118r*

Martinus etc. Dilectis^a filiis . . magistro, . . preceptori et fratribus hospitalis Sancte Marie Theutonicorum¹ per Prusciam, Poloniam et Pomoraniem constitutis salutem etc.

Cum^b de dilecti filii Johannis Muscate etc. ut supra in proxima.
Dat. Perusii II. idus Ianuarii pontificatus nostri anno quarto.

^a *Davor* In eundem modum *gestrichen*.

^b *Davor* Dat. Perusii II idus Ianuarii pontificatus nostri anno quarto *gestrichen*.

¹ Deutscher Ritterorden, Personen nicht identifiziert.

(169)

In eundem modum . . . episcopo Caminen.¹

¹ Hermann von Gleichen, Bischof vom Kammin 1251 – 1288.

589 (170)

Martin befiehlt dem Erzbischof von Gnesen, seinen Suffraganen sowie allen geistlichen Personen und Institutionen in Polen und Pommern, die den vorliegenden Brief erhalten, dem päpstlichen Kollektor für diese Gebiete, Johannes Muscate, wenn er dorthin kommt, 16 Schilling Turnosen pro Tag für seinen Unterhalt und sicheres Geleit zu gewähren.

Perugia, 1285 Februar 13.

Reg. Vat. 42, fol. 118r

Theiner, Monumenta Poloniae et Lithuaniae I, Nr. 175; Les Registres de Martin IV., Nr. 567; Schlesisches Urkundenbuch V, Nr. 179. - Siehe zu den Namen Nr. 587.

Martinus etc. Venerabilibus fratribus . . . archiepiscopo Gneznen. et eius suffraganeis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis et aliis ecclesiarum prelati ac eorum vices gerentibus ac ecclesiasticis personis, religiosi et aliis ecclesiarum capitulis et conventibus exemptis et non exemptis, Cisterciens., Cluniacens., Premonstratens., Sancti Benedicti, Sancti Augustini et aliorum ordinum necnon magistris et preceptoribus^a Militie Templi et hospitalis Sancti Johannis Ierosolimitan. et beate Marie Theotonicorum per Poloniam et Pomoranicam constitutis, ad quos littere iste pervenerint, salutem etc.

Cum dilecto filio Johanni Muscate¹, archidiacono Lancitien. in ecclesia Gneznen., de cuius circumspectione laudabili et providentia circumspecta plenam in Domino fiduciam obtinentes denarium beati Petri, census aliaque iura in partibus Polonie et Pomoranie apostolice sedi debita nostro et ecclesie Romane nomine commiserimus exigenda, universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus ei, postquam ad partes ipsas pervenerit, singulis diebus, quibus per se vel alium seu alios huiusmodi commissioni vacaverit, in sexdecim soldis Turonen. pro suis necessariis et de securo conductu liberaliter providere curetis, ita quod devotionem vestram exinde commendare merito debeamus.

Alioquin sententiam, quam idem propter hoc per se vel per^b alium rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam appellacione remota inviolabiliter observari; non obstante, si aliquibus est ab eadem sede indultum, quod legatis vel

20 nuntiis sedis ipsius aliquam procuracionem exhibere vel in ipsa contribuere, nisi ad eos
declinaverint, minime teneantur, seu quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per
litteras apostolicas, que de indulto huiusmodi totoque tenore ipsius plenam et expressam non
fecerint mentionem, seu aliquibus privilegiis vel indulgentiis quibuscumque personis, locis et
ordinibus sub quavis forma verborum ab eadem sede concessis, de quibus totisque tenoribus in
25 nostris litteris similis mentio sit habenda et per que presens mandatum nostrum quomodolibet
valeat impediri.

Dat. Perusii idus Februarii pontificatus nostri anno quarto.

^a Für preceptoribus.

^b Über der Zeile nachgetragen.

¹ Johann Muskata, vgl. Nr. 583 Anm. 1.

590 (171)

Martin quittiert den Kaufleuten der Florentiner Sozietät der 'Alfani', dass sie 3500 Goldflorenen aus dem in Deutschland von T(heoderich von Orvieto) gesammelten Kreuzzugszehnten an die genannten Kammerkaufleute übergeben haben, und erklärt alle Ansprüche an die 'Alfani' und ihre Nachfolger bezüglich dieser Summe für nichtig.

Perugia, 1285 Februar 21.

Reg. Vat. 42, fol. 118v

Martinus^a etc. Dilectis filiis Jacobo Alfani et Alfano Johannis de societate Alfanorum civibus et mercatoribus Florentin. salutem etc.

5 Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte per dilectum filium T., priorem secularis ecclesie Sancti Andree Urbevetan.¹, cappellanum nostrum, in partibus
Alamanie² apostolica auctoritate collecta et penes vos vel socios vestros eadem auctoritate
deposita in diverso genere monetarum dilectis filiis Dino Johannis de Tomasii Spiliati et Lapi
Hugonis, Thure Bonamiki de Bonaventure Bernardini et Labro Volpelli de Riczardorum
societatibus Florentin., Senen. et Lucan. civitatum, camere nostre mercatoribus, seu aliis ex sociis
eorundem tria milia quingentos florenos auri de spetiali nostra conscientia et expresso mandato
10 nostro per dilectum filium Berardum, camerarium nostrum³, oretenus vobis facto duxeritis
liberaliter persolvendos, nos solutionem huiusmodi ratam habentes et gratam ac volentes super
hoc indemnitati vestre et sociorum vestrorum inposterum paterna sollicitudine providere
presentium tenore fatemur de predicta quantitate florinorum fore nobis, Romane ecclesie ac Terre
Sancte plenarie satisfactum, decernentes, ut instrumenta seu quecumque littere et obligationes sub
15 quavis forma verborum super pecunia huiusmodi decimarum confecta sint omnino cassa et vacua
quoad eandem quantitatem pecunie sic solutam mercatoribus supradictis.

Nec aliquis pretextu eorundem instrumentorum, litterarum et obligationum vel alias per litteras
apostolicas a nobis quibuscumque aliis super assignandis eis dictis decimis vel earum parte sub
quacumque forma concessas, etiamsi earum sit auctoritate processum, vos socios et societatem
20 vestros ac heredes et successores vestros et sociorum ipsorum inposterum impetere valeat vel

quomodolibet molestare, has quoque litteras bulla nostra munitas in testimonium solutionis huiusmodi vobis ad vestram vestrorumque sociorum, societatis, heredum et successorum ipsorum cautelam duximus concedendas.

Dat. Perusii VIII kal. Martii pontificatus nostri anno quarto.

^a *Daneben am Rand:* apodissa.

¹ Theoderich von Orvieto, vgl. Nr. 530 Anm. 3.

² Deutschland.

³ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

591 (172)

Quittung für die Kaufleute der Sozietät der 'Ammanati' aus Pistoia, die 4000 Goldflorenen von dem in den Provinzen Mainz und Trier gesammelten Kreuzzugszehnten den päpstlichen Kammerkaufleuten übergeben haben.

(Perugia, 1285 Februar 21).

Reg. Vat. 42, fol. 118v

Siehe den vorhergehenden Brief.

Martinus^a etc. Dilectis filiis Bandino Ammanati, Johanni Gherardini, Neso Bartholomei, Martino Jacobi, Jacobo Agolantis, Spine Philippi, Lanto Agolantis, Thomeo Petri ac ceteris eorum sociis de societate Ammannatorum civibus et mercatoribus Pistorien. salutem etc.

5 Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte per dilectum filium T., priorem secularis ecclesie Sancti Andree Urbevetan., cappellanum nostrum, in Treveren. et Maguntin. provinciis apostolica auctoritate collecta etc. ut in proxima usque aliis ex sociis eorundem quatuor milia florenorum auri de spetiali nostra conscientia etc. usque duxeritis liberaliter persolvenda, nos solutionem huiusmodi ratam habentes et gratam etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Daneben am Rand:* apodissa.

592 (173)

Quittung für die Kaufleute der Sozietät 'Pulices - Rimbertyni' aus Florenz, die 900 Goldflorenen aus dem Kreuzzugszehnten den päpstlichen Kammerkaufleuten übergeben haben.

(Perugia, 1285 Februar 21).

Reg. Vat. 42, fol. 118v

Siehe Nr. 590.

Martinus^a etc. Dilectis filiis Uberto et Guelfo Rainaldi, Francisco Rimbertain., Symoni Ammannato et Marutio Rote, Maynecto Rainaldi et Cino Aliotti de societate Pulicum et Rimbertainorum civibus et mercatoribus Florentin. salutem etc.

5 Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte per dilectum filium T., priorem secularis ecclesie Sancti Andree Urbevetan., cappellanum nostrum, etc. ut in proxima usque seu aliis ex sociis eorundem nongentos florenos auri de spetiali nostra conscientia usque liberaliter persolvendos, nos solutionem huiusmodi etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Daneben am Rand:* apodissa. *Daneben:* hic sum.

593 (174)

Quittung für die Kaufleute der Sozietät der 'Frescobaldi' aus Florenz, die 4000 Goldflorenen von dem in den Provinzen Mainz und Trier gesammelten Kreuzzugszehnten den päpstlichen Kammerkaufleuten übergeben haben.

(Perugia, 1285 Februar 21).

Reg. Vat. 42, fol. 118v
Siehe Nr. 590.

Martinus^a etc. Dilectis filiis Ghino Friscobaldi, Lapo Contenne, Coppo Joseppi, Corbolino Benti, Michaeli Johannis, Jacobo del Fronte, Gualtero Anghelotti, Coppo Contenne, Noffo de Ghi, Cepparello Deutaiuti, Lapo Parisci et Guidoni Ture de societate Frescobaldorum civibus et mercatoribus Florentin. salutem etc.

5 Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte per dilectum filium T., priorem secularis ecclesie Sancti Andree Urbevetan., cappellanum nostrum, in Treveren. et Maguntin. provinciis etc. usque aliis ex sociis eorundem quatuor milia florenorum auri de spetiali nostra conscientia etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Daneben am Rand:* apodissa.

594 (175)

Quittung für die Kaufleute der Sozietät der 'Lambertazzi' aus Florenz, die 3600 Goldflorenen aus dem Kreuzzugszehnten den päpstlichen Kammerkaufleuten übergeben haben.

(Perugia, 1285 Februar 21).

Reg. Vat. 42, fol. 118v
Siehe Nr. 590.

Martinus^a etc. Dilectis filiis Lambertucio et Johanni Fliscobaldi, Carucio de Verrio, Philippo Raynucii, Restoro Spiliati, Petro Foresii et Lapo Bonaiuti de societate ipsius Lambertucii civibus et mercatoribus Florentin. salutem etc.

5 Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte etc. usque seu aliis ex sociis eorundem tria milia, sexcentos florenos auri de spetiali nostra conscientia etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand: apodissa.

595 (-)

Quittung für die Kaufleute der Sozietät 'Rainucio Rustici - Johannis Rubei' aus Florenz, die 4000 Goldflorenen aus dem Kreuzzugszehnten den päpstlichen Kammerkaufleuten übergeben haben.

(Perugia, 1285 Februar 21).

Reg. Vat. 42, fol. 118v
Siehe Nr. 590.

Martinus^a etc. Dilectis filiis Ranucio Rustici de Abbatibus, Johanni Rubei Bacarelli, Lamberto Abbatis, Rossolino Baccarelli, Albizo et Johanni Rustici de Abbatibus et Lapo Johannis et Betto Jacobi ac ceteris eorum sociis de societate dictorum Ranucii et Johannis Rubei civibus et mercatoribus Florentin. salutem etc.

5 Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte etc. ut in proxima usque seu aliis ex sociis eorundem quatuor milia florinorum auri de spetiali nostra conscientia etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a Paragraphenzeichen und Zählung fehlen.

596 (176)

Quittung für die Sozietät der Söhne von Ranerius de Pazzo, Clericus und Iaquinottus, aus Florenz, die 4000 Goldflorenen aus dem Kreuzzugszehnten den päpstlichen Kammerkaufleuten übergeben haben.

(Perugia, 1285 Februar 21).

Reg. Vat. 42, fol. 118v
Siehe Nr. 590.

Martinus^a etc. Dilectis filiis Clerico et Iaquinotto filiis Ranerii de Paczo, Iano de Labella, Pazino Iacobi, Gerio Cardinalis, Cato Passavanti, Lapo Truffecti et Iacobino, qui dicitur Lega

Uberti, ac ceteris eorum sociis de societate dictorum Clerici et Iaquinocti civibus et mercatoribus Florentin. salutem etc.

5 Cum de pecunia decimarum concessarum etc. ut supra usque seu aliis ex sociis eorundem quatuor milia Florenorum auri de spetiali nostra conscientia etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Daneben am Rand:* apodissa.

597 (177)

Quittung für die Kaufleute der Sozietät der 'Battosi' aus Lucca, die 6000 Goldflorenen aus dem Kreuzzugszehnten den päpstlichen Kammerkaufleuten übergeben haben.

(Perugia, 1285 Februar 21).

Reg. Vat. 42, fol. 118v-119r

Siehe Nr. 590.

Martinus^a etc. Dilectis filiis Custoro et Orlando et Johanni Battosi fratribus Bollono Roscilionis Lazario Binanesi Boniorno * Burgunnoni Vanni del Blanco de societate Battosorum civibus et mercatoribus Lucan. salutem etc.

Cum de pecunia decimarum concessarum etc. usque aliis ex sociis eorundem sex milia florenorum auri de spetiali nostra conscientia etc. usque duxeritis liberaliter persolvenda, nos solutionem huiusmodi etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Daneben am Rand:* apodissa.

598 (-)

Reg. Vat. 42, fol. 119r -Dieser Brief ist getilgt. Er ist die gekürzte Fassung von Nr. 600. - Siehe Regest ebenda.

Martinus etc. Dilectis filiis Ubaldo et Brunecto Cardellini de Cardellinorum et Orlandino Paganelli de Paganellorum societatibus civibus et mercatoribus Lucan. salutem etc.

5 Cum de pecunia decimarum concessarum etc. usque aliis ex soiciis^a eorundem sex milia florenorum auri de spetiali nostra conscientia etc. usque auctoritate processum, vos, socios et societates vestros etc. usque solutionis huiusmodi vobis ad vestram vestrorumque sociorum societatum etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Für sociis.*

599 (178)

Quittung für die Kaufleute der Sozietät der 'Paganelli' aus Lucca, die 310 Mark Silber aus Freiburg (nach Trierer Pfund) und 100 Pfund kleiner Turonen aus dem Kreuzzugszehnten auf Befehl des Kämmerers Berard den päpstlichen Kammerkaufleuten übergeben haben.

5 (Perugia, 1285 Februar 21).

*Reg. Vat. 42, fol. 119r
Siehe Nr. 590.*

Martinus etc. Dilecto filio Orlandino Paganelli de societate filiorum Paganelli civi et mercatori Lucan. salutem etc.^a

5 Cum de pecunia decimarum etc. usque aliis ex sociis eorundem trecentas decem marcas argenti de Frunborgen. ad pondus Treveren. et centum libras Turonen. parvorum de spetiali nostra conscientia et expresso mandato nostro per dilectum filium Berardum, camerarium nostrum, oretenus tibi facto duxeris liberaliter persolvendas, nos solutionem huiusmodi etc. usque presentium tenore fatemur de predictis marcarum et Turonen. quantitibus fore nobis, Romane ecclesie ac Terre Sancte plenarie satisfactum, decernentes etc. usque vacua quoad easdem quantitates sic solutas mercatoribus supradictis.

10 Nec pretextu etc. usque processum te, socios et societatem tuos ac heredes et successores tuos et sociorum ipsorum etc. usque tibi ad tuam tuorumque sociorum, societatis, heredum et successorum ipsorum cautelam duximus concedendas.

Dat ut supra.

^a *Daneben am Rand: apodissa.*

600 (179)

Quittung für die Sozietäten der 'Cardellini' und 'Paganelli' aus Lucca, die 6000 Goldflorenen aus dem Kreuzzugszehnten, die der Franziskaner Monaldus in Portugal gesammelt hat, den päpstlichen Kammerkaufleuten übergeben haben.

(Perugia, 1285 Februar 21).

*Reg. Vat. 42, fol. 119r
Sbaralea, Bullarium Franciscanum III, Nr. 74 - Potthast 22214.*

Martinus etc. Dilectis filiis Ubaldo et Brunecto Cardellini de Cardellinorum et Orlandino Paganelli de Paganellorum^a societatibus civibus et mercatoribus Lucan. salutem etc.

5 Cum de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte per dilectum filium fratrem Munaldum¹ ordinis minorum in regno Portugalie apostolica auctoritate collecta et penes vos vel socios vestros eadem auctoritate deposita in diverso genere monetarum dilectis filiis etc. usque

aliis ex sociis eorundem sex milia Florenorum auri de spetiali nostra conscientia etc. ut in secunda superiori usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Daneben am Rand:* apodissa.

¹ Monaldus de Matelica, Franziskaner, vgl. Nr. 529 Anm. 1.

601 (180)

Martin befiehlt dem päpstlichen Kämmerer Berard dafür zu sorgen, dass die genannten Kammerkaufleute Pandulfo de Suburre bis zu 10000 Unzen Goldflorenen aus dem in den Provinzen Mainz und Trier gesammelten Kreuzzugszehnten übergeben, damit dieser sie dem päpstlichen Legaten für Sizilien, dem Kardinalbischof von S. Sabina, G(erhard von Parma) überbringen kann.

(Perugia, 1285 Februar 21).

Reg. Vat. 42, fol. 119r

Martinus etc. Dilecto filio Berardo camerario nostro¹ salutem etc.

Cum pro imminente defensione Regni Sicilie, que^a medulitus insidet cordi nostro, per dilectum filium Pandulphum de Subura, cappellanum nostrum,² usque ad quantitatem decem milium unciarum ad generale pondus ipsius regni in florenis auri, quinque florenis pro uncia qualibet
5 computatis, venerabili fratri nostro G., episcopo Sabinen.³, apostolice sedis legato, presentialiter mittere intendamus, volumus et presentium tibi tenore mandamus, quatinus dilectos filios Dinum
Johannis, Thuram Bonamiki et Labrum Vulpelli, camere nostre mercatores, vel alios ex sociis eorundem ex parte nostra requiras eisque precipias, ut ipsi in^b tante necessitatis articulo
huiusmodi quantitatem auri prefato cappellano studeant de ipsorum pecunia assignare per ipsum
10 dicto legato celeriter deferendam recepturi propter hoc per litteras nostras sufficientes cautelas super pecunia decimarum in Treveren. et Maguntin. provinciis⁴ auctoritate apostolica collecta per
dilectum filium T., priorem secularis ecclesie Sancti Andree Urbevetan., cappellanum nostrum⁵,
et assignata mercatoribus de Frescobaldorum, Alfanorum, Pulicum et Rimbertainorum,
15 Lambertucii Frescobaldi, Ranucii de Abbatibus et Johannis Rubei Bacharelli, Clerici et Iaquinocci de Paczis, Battusorum, Paganellorum et Ammannatorum societatibus Florentin., Lucan. et
Pistorien. civitatum. Quam quidem pecuniam apud ipsos mercatores camere nostre per te deponi volumus et mandamus. Volumus autem, quod de huiusmodi assignatione predicte quantitatis
decem milium unciarum facienda prefato Pandulpho pro dictorum mercatorum eiusdem camere
20 Sancte cautela confici facias publica instrumenta.

Dat ut. supra.

^a *Daneben am Rand:* de pecunia decimarum missa in Regnum.

^b *Über der Zeile nachgetragen.*

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Pandulfus de Subura, vgl. Nr. 167 Anm. 5.

³ Gerhard von Parma, vgl. Nr. 447 Anm. 3.

⁴ Kirchenprovinzen Mainz und Trier, siehe oben Nr. 590 ff.

⁵ Theoderich von Orvieto, vgl. Nr. 530 Anm. 3.

602 (181)

Martin erlaubt den päpstlichen Kammerkaufleuten der Florentiner Sozietät 'Thomas Spiliati - Hugo Spine', 3333 Unzen und 10 Goldtarenen aus dem in den Provinzen Mainz und Trier gesammelten und bei ihnen hinterlegten Kreuzzugszehnten einzubehalten, nachdem sie diese Summe aus ihrem Vermögen Pandulfo de Suburre vorgestreckt haben. damit dieser sie dem Kardinalbischof von S. Sabina und päpstlichen Legaten in Sizilien, G(erhard von Parma), übergibt.

Perugia, 1285 Februar 23.

Reg. Vat. 42, fol. 119r-v

10 *Siehe den vorhergehenden Brief.*

Martinus etc. Dilectis filiis Dino Johannis, Jano Bentavegne et Feo Bonfantini de societate Thome Spiliati^a et Lapi Hugonis camere nostre mercatoribus civibus Florentin. salutem etc.

Cum de summa decem milium unciarum auri ad generale pondus Regni Sicilie, que nuper vos et dilecti filii Thura Bonamiki de Bonaventure Bernardini et Labrus Volpelli de Riczardorum societatibus Senen. et Lucan. civitatum, camere nostre mercatores, de spetiali nostra conscientia et mandato per dilectum filium Berardum, camerarium nostrum¹, ex parte nostra oretenus vobis facto dilecto filio Pandulfo de Subura, cappellano nostro, communiter assignastis per venerabilem fratrem nostrum G., episcopum Sabinen., apostolice sedis legatum, in urgentem defensionem^b Regni predicti, que instanter inminet, convertenda, de vestra sociorumque vestrorum pecunia tria milia trecentas triginta tres uncias et decem tarenos auri ad dictum pondus in florenis auri, quinque florenis pro uncia qualibet computatis, duxeritis persolvendos, nos id gratum habentes plurimum et acceptum ac volentes vestre et sociorum vestrorum indempnitatibus super hoc paterna sollicitudine inposterum providere et vobis et sociis vestris ex certa scientia apostolica auctoritate concedimus, ut de pecunia decimarum concessarum subsidio Terre Sancte collecta in * Treveren. et Maguntin. provinciis auctoritate predicta per dilectum filium T., priorem secularis ecclesie Sancti Andree Urbevetan., cappellanum nostrum, et assignata mercatoribus de Frescobaldorum, Alfanoorum, Pulicum et Rimbertainorum, Lambertucii Frescobaldi, Ranucii de Abbatibus et Johannis Rubei Bacharelli, Clerici et Jaquinotti de Paczis, Battusorum, Paganellorum et Ammannatorum societatibus Florentin., Lucan. et Pistorien. civitatum, que per supradictum camerarium nostrum apud vos vel alios de societate vestra presenti mense Februarii auctoritate nostra deposita esse dinoscitur vel per eum seu alium auctoritate predicta inposterum deponent usque ad huiusmodi quantitatem trium milium trecentarum triginta trium unciarum et decem tarenorum auri pro vestra securitate atque cautela retinere vestro et sociorum vestrorum nomine licite valeatis, donec de bonis^c heredis . .² clare memorie C., regis Sicilie, vel alias vobis

25 exinde fuerit plenarie satisfactum. Nec interim possitis per litteras apostolicas quibuscumque sub
quavis forma verborum concessas vel etiam concedendas ad restituendum de pecunia ipsarum
decimarum usque ad predictam quantitatem a vobis, ut premittitur, persolutam quomodolibet a
quoquam impeti vel etiam molestari.

Nos enim decernimus irritum et inane, quicquid contra huiusmodi concessionis nostre tenorem
30 contigerit attemptari has litteras bulla nostra munitas vobis in huius rei testimonium concedentes.

Dat. Perusii VII. kal. Martii pontificatus nostri anno quarto.

^a Daneben am Rand: apodissa.

^b defensionis vor Korrektur.

^c Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

¹ Berard von Camerino, vgl. Nr. 68 Anm. 2.

² Karl II. von Anjou, vgl. Nr. 310 Anm. 1.

603 (182)

*Brief gleichen Inhalts wie Nr. 602 für die päpstlichen Kammerkaufleute der Sozietät der
'Ricchardi' aus Lucca.*

(Perugia, 1285 Februar 23).

5 *Reg. Vat. 42, fol. 119v*

Martinus^a etc. Dilectis filiis Labro Volpelli et Vanto Honesti de societate Riczardorum camere
nostre mercatoribus civibus Lucan. salutem etc.

Cum de summa decem milium unciarum auri ad generale pondus Regni Sicilie, que nuper vos
et dilecti filii Dinus Johannis de Thome Spiliati et Lapi Hugonis et Thura Bonamiki de
5 Bonaventure Bernardini societatibus Florentin. et Senen. civitatum, camere nostre mercatores, de
spetiali nostra conscientia et mandato per dilectum filium etc. ^but supra in proxima^b usque in
finem.

Dat. ut supra.

^a Daneben am Rand: apodissa.

^{b-b} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

604 (183)

*Brief gleichen Inhalts wie Nr. 602 für die päpstlichen Kammerkaufleute der Sozietät
'Bonaventure Bernardini' aus Siena.*

(Perugia, 1285 Februar 23).

5 *Reg. Vat. 42, fol. 119v*

Martinus^a etc. Dilectis filiis Thure Bonamiki et Bindo Clarici de societate Bonaventure
Bernardini camere nostre mercatoribus civibus Senen. salutem etc.

Cum de summa decem milium unciarum auri ad generale pondus Regni Sicilie, que nuper vos
et dilecti filii Dinus Johannis de Thome Spiliati et Lapi Hugonis et Vantus Honesti de
5 Riczardorum societatibus Florentin. et Lucan. civitatum, camere nostre mercatores, de spetiali
nostra conscientia et mandato per dilectum filium etc. usque in finem.

Dat. ut supra.

^a *Daneben am Rand:* apodissa.

605 (184)

*Martin befreit alle Amtsträger des Dorfes Gualdo und des umliegenden Territoriums von allen
auferlegten Bußzahlungen und befiehlt dem Guardian des dortigen Franziskanerklosters, die
Einwohner und das Gebiet von Interdikt und Exkommunikation zu lösen.*

5 *Perugia, 1285 Februar 28.*

Reg. Vat. 42, 119v

Martinus etc. Dilecto filio . . . guardiano fratrum minorum castri Gualdi, Nucerin. diocesis,
salutem etc.

Ex parte . . . potestatis, consilii, officialium et communis castri Gualdi¹ et territorii eius,
Nucerin. diocesis, fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum ipsi^a super excommunicationum et
5 interdici sententiis aliisque processibus et penis pecuniariis dudum in eos et ipsorum terram per
^b nos et auctoritate nostra^b apostolica auctoritate prolatis pro eo, quod contra homines de Fulgineo²
eorumque bona hominibus de Perusio³, tunc in rebellione Romane ecclesie persistentibus,
dederunt auxilium, consilium et favorem, per . . . syndicum eorum legitimum ad hoc spetialiter
constitutum precise stare iuraverint nostris beneplacitis et mandatis sitque per eos de huiusmodi
10 penis iuxta nostrum beneplacitum nostre camere satisfactum, ipsos a predictis
excommunicationibus absolvi et interdictum huiusmodi relaxari per discretum aliquem
misericorditer mandaremus.

Nos itaque more pii patris volentes benignius agere cum eisdem ac satisfactionem huiusmodi
acceptantes eos a prefatis penis et processibus pecuniariis presentium auctoritate absolvimus et
15 quitamus discretioni tue, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta
mandantes, quatinus auctoritate nostra prefatum interdictum relaxans eisdem potestati,
consiliariis, officialibus et hominibus castri et territorii predictorum tam maribus quam feminis,
cum ab ipsis requisitus fueris, per te vel alium seu alios a prefatis excommunicationibus
beneficium absolutionis impendas iuxta formam ecclesie consuetam et iniungas eis penitentiam
20 salutarem non obstante indulgentia, si qua tibi vel ordini tuo a sede apostolica sit concessa, quod
non tenearis te intromittere de quibuscumque negotiis, que tibi per ipsius sedis litteras
committuntur non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi et eodem ordine
mentionem. Nolumus autem per quitationem, absolutionem et relaxationem huiusmodi eisdem
hominibus de Fulgineo aliquod preiudicium generari, quominus super dampnis illatis eisdem
25 homines eorundem castri et territorii teneantur plenarie stare iuri.

Dat. Perusii II. kal. Martii pontificatus nostri anno quarto.

^a Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

^{b-b} Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.

¹ Gualdo Tadino, Prov. Perugia.

² Foligno, Prov. Perugia.

³ Perugia.

(185)

Brief gleichen Inhalts wie oben an den Bischof von Spoleto, der die Einwohner und das Gebiet des Ortes Montefalco, der zu seiner Diözese gehört, von Exkommunikation und Interdikt lösen soll.

5

(Perugia, 1285 Februar 28).

In eundem modum. Episcopo Spoletan.¹ pro . . potestate, consilio, officialibus et communi castri Montisfalconis² et territorii eius Spoletan. diocesis verbis competenter mutatis usque mandaremus.

Nos itaque etc. fraternitati tue, de qua etc. usque salutarem nolumus etc. usque in finem.

10

Dat. ut supra.

¹ Rolando Taverna, Bischof von Spoleto 1278-85, vgl. Ughelli, *Italia sacra I*, 1263.

² Montefalco, Prov. Perugia.

606 (186)

Martin teilt dem Kardinallegaten in der Romagna, B(ernardo da Languissel), mit, dass er die Rückkehr der Einwohner des aufständischen Urbino zur Kirche nur akzeptieren soll, wenn sie nicht an irgendwelche Bedingungen geknüpft ist.

5

Perugia, 1285 Februar 21.

Reg. Vat. 42, fol. 119v-120r

Raynaldi, Annales ecclesiastici ad anno 1285, § 10 - Potthast 22215.

Martinus etc. Venerabili fratri B. episcopo Portuen.¹ apostolice sedis legato salutem etc.

5

Nuper fraternitatis tue transmissae nobis littere inter alia continebant, quod pridem intellecto obitu clare memorie * C., regis Sicilie², ad robur et consolationem fidelium ipsarum partium generale colloquium ordinasti, in quo, cum divina gratia tuis labiis sit infusa, ut necessarium scias proferre sermonem tempore oportuno, que ad exaltationem Romane ecclesie ac depressionem ipsius rebellium pertinebant, fuisti laudabiliter prosecutus in eodem colloquio specialiter ordinato, ut in kalendis Maii proximo futuris contra receptaculum in piorum, Urbinum videlicet, generalis exercitus in virtute divini nominis congregetur.

10

Nos autem ex hoc tuam diligentiam dignam in Domino laudibus commendantes super eo^a, quod eodem tue littere continebant Urbinates velle sub ea conditione ad mandata nostra redire, videlicet quod alienigene rebelles inibi receptati salvis personis et rebus abire libere permittantur, fraternitati tue totaliter duximus respondendum, quod, nisi ipsi sine aliquo pacto et conditione ac

intendimento expresse voluerint ad mandatum nostrum redire, ipsos in talibus aliquatenus non
audias nec admittas, cum id tanquam votis nostris contrarium manifeste in exemplum^b ac ^cin
15 perniciosam depressionem^c honoris Romane ecclesie redundaret.

Dat. Perusii IX. kal. Martii pontificatus nostri anno quarto.

^a Über der Zeile nachgetragen. ^b Davor pernitio seu depressionem gestrichen. ^{c-c} Am Rand, durch
Zeichen hier eingefügt.

¹ Bernardo da Languissel, vgl. Nr. 35 Anm. 2.

² Karl I. von Anjou war 1285 Januar 7 gestorben.

(187)

*Martin läßt den Kardinallegaten wissen, dass er über alle Einzelheiten seiner Verhandlungen
mit Urbino unterrichtet werden will und er sie nur mit päpstlicher Zustimmung abschließen soll.*

Tenor cedulae in prefatis litteris intercluse¹.

5 Ceterum scire te volumus, quod negotium Urbinatum adeo nobis cordi existit, quod,
quantumcumque se dicant libere velle ad ecclesie ac nostra mandata redire, volumus, quod nobis
tractatum habitum cum eisdem cum omnibus circumstantiis oportunitis studeas intimare nec ad
consumationem eius procedas, nisi prius super hiis tibi nostrum beneplacitum exprimamus.

¹ Es handelt sich also hier um eine „littera clausa“ (siehe Einleitung).

607 (188)

*Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona, Giffrid von Anagni, dafür zu sorgen, dass die
Anhänger der Kirche in der Mark, die diesseits des Flusses Fiume Esino Urbino gegenüber
5 wohnen, den Kardinallegaten bei seinem für Anfang Mai geplanten Feldzug gegen Urbino
tatkräftig unterstützen.*

Perugia, 1285 März 7.

Reg. Vat. 42, fol. 120r

Martinus etc. Dilecto filio magistro Giffrido¹ notario nostro Marchie Anconitan. rectori
salutem etc.

5 Cum, sicut venerabilis frater noster . . . episcopus Portuen.², apostolice sedis legatus, nobis per
suas litteras intimavit, ad prosternendam elatam superbiam Urbinatum generalem exercitum
fidelium provincie Romaniole in generali colloquio per eum nuper celebrato in kal. Maii proximo
futuris mandaverit congregari, nos eiusdem legati super hoc diligentiam commendantes ac
cupientes ipsum exercitum tanto felicioribus prosperari successibus, quanto potioribus fuerit
fidelium Romane ecclesie adactus favoribus et presidiis communitus, volumus et presentium tibi
10 tenore mandamus, quatinus fideles nostros de Marchia, qui sunt versus dictum Urbinum constituti
citra flumen, quod dicitur Flumisinum³, requiras sollicite et inducas eisque ex parte nostra
precipias, quod potenter et viriliter se accingant ad dictum exercitum decenter muniti equis et

15 armis dicto termino accessuri, ita quod eorum devotio, quam speramus per effectum operis votis apostolicis in liberali promptitudine parituram, nostrum et apostolice sedis favorem comprobetur ex hoc efficacius promereri nosque diligentiam tuam proinde possimus in Domino merito commendare.

Dat. Perusii non. Martii pontificatus nostri anno quarto.

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

² Bernardo da Languissel, vgl. Nr. 35 Anm. 2.

³ Fiume Esino.

608 (189)

Martin befiehlt den genannten Orten, sich in angemessener Zahl und Bewaffnung an dem Heer des Kardinallegaten, das dieser zur Bekämpfung des aufständischen Urbino versammeln wird, zu beteiligen.

5

Perugia, 1285 März 11.

Reg. Vat. 42, fol. 120r

Theiner, Codex diplomaticus I, Nr 441 - Potthast 22220.

Martinus etc. Dilectis filiis . . potestati, consilio et communi Esin.¹ salutem etc.

5 Cum, sicut venerabilis frater noster . . episcopus Portuen.², apostolice sedis legatus, nobis per suas litteras intimavit, ad prosternendam elatam superbiam Urbinatum generalem exercitum fidelium provincie Romaniolae in generali colloquio per eum nuper celebrato in kal. Maii proximo
10 futuris mandaverit congregari, nos eiusdem legati super hoc diligentiam commendantes ac cupientes ipsum exercitum tanto felicioribus prosperari successibus, quanto potioribus fuerit fidelium Romane ecclesie adauctus favoribus et presidiis communitus, universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus provide attendentes, quod, si dictorum rebellium fuerit edomata superbia et malitia conculcata, vobis et aliis fidelibus
15 ipsarum partium proculdubio pacis comodum procuratur, sic vos potenter et viriliter accingatis ad dictum exercitum decenter muniti equis et armis predicto termino accessuri, quod vestro et aliorum fidelium studio operante ipsorum hostium in brevi, prout speramus in Domino, capitibus conculcatis huiusmodi negotium, quod vehementius cordi gerimus, cum honore nostro et exaltatione sancte Romane ecclesie matris vestre votivum et laudabilem sortiatur effectum et
20 nichilominus devotionem vestram proinde possimus dignis in Domino laudibus merito commendare.

Dat. Perusii iiii. idus Martii pontificatus nostri anno quarto.

Item in eundem modum .. potestati, consilio et communi Fanen.³

Item in eundem modum .. potestati, consilio et communi Senegallien.⁴

20 Item in eundem modum .. potestati, consilio et communi Callen.⁵

Item in eundem modum .. potestati, consilio et communi Pensaurien.⁶

Item in eundem modum .. potestati, consilio et communi Forosinfronien.⁷ spiritum consilii sanioris. *

¹ Jesi, Prov. Ancona.

² Bernardo da Languissel, vgl. Nr. 35 Anm. 2.

³ Fano, Prov. Pesaro e Urbino.

⁴ Senigallia, Prov. Ancona.

⁵ Cagli, Prov. Pesaro e Urbino.

⁶ Pesaro.

⁷ Fossombrone, Prov. Pesaro e Urbino.

609 (190)

Martin befiehlt dem Rektor der Mark Ancona, Giffrid von Anagni, der Stadt Ancona unter Strafandrohung zu untersagen, in Appellationsfällen Richter zu wählen bzw. ihr zu befehlen, die bereits gewählten wieder zu entlassen. Alle diesem Verbot widersprechenden Entscheidungen Anconas erklärt er für nichtig.

Perugia, 1285 März 13.

Reg. Vat. 42, fol. 120v

Martinus etc. Dilecto filio magistro Gifredo de Anagnia¹ notario nostro Marchie Anconitan. rectori salutem etc.

Sicut nuper ex parte tua accepimus commune Anconitan. ad enervationem domini et iurisdictionis Romane ecclesie improvide anelantes exgravatores super causis appellationum, quarum cognitionem ad eandem ecclesiam immediate non est dubium pertinere, intendunt
5 assumere et habere, super quo petebas a nobis tibi nostrum beneplacitum demandari.

Cum itaque talia, que in nostrum et apostolice sedis preiudicium et gravamen manifeste redundant, non intendamus - prout etiam nec debemus - aliquatenus tolerare, presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus eidem communi sub certa pena, de qua^a videris expedire,
10 auctoritate nostra districte precipias, ne super huiusmodi appellationibus dictos exgravatores seu alios, quocumque nomine censeantur, eligere vel assumere quoquomodo presumant et, si quos forsitan assumpserunt, non differant amovere.

Alioquin homines ipsius communis per exactionem dicte pene et alias spiritualiter et temporaliter potestate tibi tradita sic acriter castigare procures, quod ipsi a tanta presumptione
15 desistere compellantur ac alii metu pene attemptare similia non presumant et nos tuam exinde possimus diligentiam merito commendare. Nos enim nichilominus irritum decernimus et inane, quicquid super hiis per dictum commune vel singulares personas ipsius attemptatum est seu contigerit inposterum attemptari.

Dat. Perusii III. idus Martii pontificatus nostri anno quarto.

^a *Am Rand, durch Zeichen hier eingefügt.*

¹ Giffrid von Anagni, vgl. Nr. 130 Anm. 1.

Item in eundem modum .. potestati, consilio et communi Firman.¹

Item in eundem modum .. potestati, consilio et communi Esculan.²

¹ Fermo, Prov. Ascoli Piceno (wohl hier fälschlich nachgetragen, gehört zur Nr. 608).

² Ascoli Piceno.

610 (191)

Martin teilt dem Kardinallegaten G(erhrd von Parma), zusammen mit R(ober) von Artois Regent im Königreich Sizilien, mit, dass er ihm 50000 Goldflorenen übersandt hat und ersucht ihn eindringlich, das Geld nur für die Bewachung der Orte und Kastelle im Regno sowie als zukünftigen Sold zu verwenden und über dessen Verwendung sorgfältig Rechenschaft abzulegen. Gleichzeitig informiert er ihn über die prekäre Finanzlage der Kurie und mahnt strengste Sparsamkeit an.

Perugia, 1285 März 1.

Reg. Vat. 42, fol. 120v

10 *Kiesewetter, Regentschaft, 481.*

Martinus^a etc.^a Venerabili fratri G. episcopo Sabinen.¹ apostolice sedis legato et una cum dilecto filio nobile viro R. comite Atrebaten.² baiulo Regni Sicilie per Romanam ecclesiam constituto.

5 Auditis per litteras tuas^b et per relationem dilectorum filiorum magistrorum Campani, cappellani nostri,³ et Francisci, nepotis tui, canonici Parmen., nuntiorum tuorum, necessitatibus imminentibus pro conservatione Regni Sicilie ac necessitatibus ipsis consideratis attentius ecce quinquaginta milia florenorum auri per dilectum filium Pandulfum de Subura⁴, capellanum nostrum, latorem presentium, tibi mittimus assignanda fraternitati tue per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandantes, quatinus pro debitis vel quibuscumque
10 expensis stipendiariorum vel aliis preteriti temporis de pecunia ipsa nichil^c minuas vel expendas, set eam pro custodiis castrorum et locorum ac pro stipendiis pro tempore futuro dumtaxat provide ac temperate distribuas, prout ingruerit necessitas et videris expedire faciens conscribi distincte, quid, quantum et pro quo vel pro quibus et ubi et quando pecuniam ipsam vel aliam, si quam tibi miserimus pro predictis, expendes et scripturas huiusmodi per fidelem nuntium mittes nobis, ut id
15 apparere possit in posterum, si expedierit, per legitima documenta.

Et quidem de tua circumspectione confidimus et tibi fiducialiter aperimus, quod camera nostra gravibus est debitorum oneribus aggravata, ita quod non de facili mutuam invenimus. Unde tu, sicut vir providus, hec infra te ipsum attente consideres nec ostendas vel des spem aliquibus vel etiam tu ipse confidas, quod ratione baiulatus Regni Sicilie tibi et dilecto filio, nobili viro R.,
20 comiti Atrebaten., commissi possimus vel intendamus cameram nostram multiplicatis debitorum oneribus aggravare immo prudenter ac secrete non detegendo, que scribimus, sic procures cum dicta pecunia et cum fructibus et obventionibus predicti Regni transire, quod in hoc nos vel dicta camera ulterius non gravemur et possimus tue providentie studium merito commendare.

Preter hec autem per dictum P. capellanum circa premissa de intentione nostra poteris plenius
25 informari.

Dat. Perusii kal. Martii pontificatus nostri anno quarto.

^{a-a} *Am Rand nachgetragen.* ^b *Daneben am Rand:* de pecunia missa in Regnum. ^c *Daneben am Rand:* fuit clausa.

¹ Gerhard von Parma, vgl. Nr. 447 Anm. 3.

² Robert II., Graf von Artois, * um 1248, gest. 1302, über die Regentschaft siehe Kiesewetter, a. a. O.

³ Campano da Novara, bed. Mathematiker und Astronom, seit 1263 belegt, † 1296, vgl. über ihn Paravicini - Bagliani, *Medicina e scienze della natura alla corte dei papi*, 98 f.

⁴ Pandulfus de Subura, vgl. Nr. 167 Anm. 5.

611 (192)

Martin befiehlt dem Kardinallegaten im Regno, Gerhard von Parma, indem er einer Bitte der Stadt Benevent entspricht, die genannten Bürger mit den Ämtern des Richters bzw. Tabellionars zu betrauen.

5

Perugia, 1285 März 14.

Reg. Vat. 42, fol. 120v

Martinus etc. Venerabili fratri G. episcopo Sabinen.¹ apostolice sedis legato salutem et apostolicam benedictionem.

5

Ex parte communis Beneventan. fuit nobis humiliter supplicatum, ut iudicatus et tabellionatus officia dilectis filiis Petro Gaudrisii, Jacobo Luce Malenoctis et Francisco de Sabaniano eorum concivibus concedere de benignitate solita curaremus.

Nos itaque ipsius communis supplicationibus inclinati fraternitati tue, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, presentium auctoritate mandamus, quatinus eis, si ad premissa ipsos repereris esse ydoneos, huiusmodi officia secundum modum, que in talibus Romana observat ecclesia, auctoritate nostra concedas.

10

Dat. Perusii II idus Martii pontificatus nostri anno quarto.

¹ Gerhard von Parma, vgl. Nr. 447 Anm. 3.

612 (193)

Martin beauftragt den Guardian von Bettona, alle Amtsträger von Bettona und dem umliegenden Gebiet, die entsprechende Bußzahlungen geleistet haben, von den auferlegten Kirchenstrafen zu lösen.

5

Perugia, 1285 März 24.

Reg. Vat. 42, fol. 121r

Sbaraleae, Bullarium Franciscanum, III, Nr. 76; Theiner, Codex temporalis, Nr. 442; - Potthast 22221

Martinus^a episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio . . . guardiano fratrum minorum castris de Bictonio¹ Asisinat. diocesis salutem etc.

Ex parte . . . potestatis, consilii, officialium et communis castris Bictonii et territorii eius, Asisinat. diocesis, fuit nobis humiliter supplicatum, ut, cum ipsi super excommunicationum et
5 interdicti sententiis aliisque processibus et penis pecuniariis dudum in eos et ipsorum terram
per nos et auctoritate nostra prolatis pro eo, quod contra homines de Fulgineo² eorumque bona
hominibus de Perusio³, tunc in rebellionem Romane ecclesie persistentibus, dederunt auxilium,
consilium et favorem, per . . . syndicum eorum legitimum ad hoc specialiter constitutum precise
10 stare iuraverint nostris beneplacitis et mandatis sitque per eos de huiusmodi penis iuxta
nostrum beneplacitum nostre camere satisfactum, ipsos a predictis excommunicationibus
absolvi et interdictum huiusmodi relaxari per discretum aliquem misericorditer mandaremus.

Nos itaque more pii patris volentes benignius agere cum eisdem ac satisfactionem
huiusmodi acceptantes eos a prefatis penis et processibus pecuniariis presentium auctoritate
absolvimus et quitamus discretioni tue, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per
15 apostolica scripta mandantes, quatinus auctoritate nostra prefatum interdictum relaxans
eisdem potestati, consiliariis, officialibus et hominibus castris et territorii predictorum tam
maribus quam feminis, cum ab ipsis requisitus fueris, per te vel alium seu alios a prefatis
excommunicationibus beneficium absolutionis impendas iuxta formam ecclesie consuetam et
iniungas eis penitentiam salutarem non obstante indulgentia, si qua tibi vel ordini tuo a sede
20 apostolica sit concessa, quod non tenearis te intromittere de quibuscumque negotiis, que tibi
per ipsius sedis litteras committuntur non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi
et eodem ordine mentionem. Nolumus autem per quitationem, absolutionem et relaxationem
huiusmodi eisdem hominibus de Fulgineo aliquod preiudicium generari, quominus super
dampnis illatis eisdem homines eorundem castris et territorii teneantur plenarie stare iuri.

25 Dat. Perusii VIII kal. Aprilis pontificatus nostri anno quinto.

^a *Am oberen Seitenrand:* quinti anni, *darunter von anderer Hand:* Incipit annus quintus; *oberhalb des Textes von moderner Hand:* 24. Mart. 1285.

¹ Bettona, Prov. Perugia.

² Foligno, Prov. Perugia.

³ Perugia.